Dbl. zu Cb 87.

Bd 116.

THEOPHILI CHRISTOPHORI HARLES

INTRODVCTIO

IN

HISTORIAM LINGVAE GRAECAE

TOMI POSTERIORIS

PARS PRIMA

EDITIO ALTERA EMENDATIOR ET AVCTIOR

ALTENBVRGI
IN OFFICINA LIBRARIA RICHTERIA
cIↄIↄCCLXXXXV.

Z
7021
H3
1792
t.2
pars 1

LIBRARY
SEP 13 1966
UNIVERSITY OF TORONTO

1122688

IOANNI FRIDERICO DEGEN

VIRO CLARISSIMO,

PHILOSOPHIAE DOCTORI, ET PROFESSORI AC DIRECTORI SCHOLAE NEAPOLITANAE AD AISSVM PRAECLARE MERITO

VETERI SVO AMICO

S. D. PL.

GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLES.

Quod nuper, inſtantibus nundinis Lipſienſibus, alter huius introductionis tomus propter multas, quae neceſſariae videbantur, acceſſiones, indeque auctum laborem plagularumque numerum ad finem perduci edique non potuit: operis redemtori e re fore viſum eſt, poſteriorem

tomum in duas diuidere partes: in quarum hac priore reliqui recenſentur graeci ſcriptores, qui vel profanis, vti dicuntur, auctoribus adgregari ſolent, vel res ſiue hiſtoricas ſiue grammaticas potiſſimum tractarunt; in poſteriore autem, quae propediem prelo exibit, hiſtoria primum graecorum V. T. interpretum, dein diuinorum N. T. ſcriptorum pro inſtituto noſtro paucis enarrabitur. Agmen claudet turba patrum et ſcriptorum, qui dicuntur, eccleſiaſticorum. In concinnando tamen poſteriore hoc tomo opera mea ita verſatur, vt, quia partim in pluribus libris maioris minorisque molis omnia fere, licet diuerſa ratione diuerſisque interdum opinionibus ac iudiciis, abunde ſunt expoſita; partim notitia et ſcientia rerum illarum et controuerſiarum a multis ſaeculis agitatarum vberior atque curatior ſacrarum potius litterarum

rum et hiſtoriae eccleſiaſticae cultoribus neceſſaria plerumque videtur: notatu tantum digniora, quanta fieri potuit breuitate, hic explanentur. In fine poſterioris partis corrigam peccata, in quae incidi, typographica.

TVO autem *NOMINI*, mi DEGENI! hancce partem eo lubentius inſcribo, quo gratior a pluribus annis TVA mihi ſemper erat memoria mutuaeque noſtrae coniunctionis et vero neceſſitudinis recordatio. Namque quum annis abhinc fere XXVII TVVM adoleſcentulus Coburgum a reu. patre TVO miſſus eſſes, vt ciuibus gymnaſii, quod ibi floret, academici adſcribereris: ego TE propter pudorem et candorem animi, ingenii facilitatem et ſuauitatem, et litterarum bonarum ſtudium meique obſeruantiam ita diligere coepi, vt, quamdiu litteras ibi docere adhuc mihi licuit, amore patri

TVO vix cederem. Poſtea vero quum TV me, in patriam reuocatum, haud ita multo poſt ſequutus, huc veneras litterarum cauſſa: mutuus noſter amor non tam renouatus eſt, quam potius quotidie auctus et confirmatus. Nihil enim intermiſiſti, quo TVVM mei amorem teſtareris, et ego cum in ſcholis meis tum etiam, qui in aedibus meis habitaſſes, priuatis horis quotidianus eram teſtis diligentiae TVAE ſingularis, adſiduitatis atque perpetui litterarum diuinarum non minus, quam humanarum ſtudii. Neque tamen, muneribus publicis admotus quum primum in ill. Gymnaſio Onoldino, dein in ludo litterario, quem in praeſentia cum laude moderaris, Neapolitano ad Aiſſum, litteras docere iubereris, vmquam defuiſti humanitatis, amoris et amicitiae officiis: immo potius ſaepius et abunde re verbisque declaraſti,

quo

quo erga me eſſes animo. Atque ego vere dicere poſſum, et TE meam viciſſe opinionem, et me paucos inter multos eos, qui diſciplinae meae alumni fuerunt, habere, qui tot tantaque conſtantis nec infucatae amicitiae gratique animi ediderint documenta, quot quantaque me TIBI debere, cum gratae mentis ſignificatione lubenter profiteor. Atqui, TE quanti facerem, et quam valde cuperem TVIS reſpondere officiis, diutius mihi temperare non potui, quin palam teſtarer.

Beneuole igitur accipe, mi DEGENI! hoc incorrupti perpetuique mei erpa TE amoris pignus! Ego vero deum precor, vt diu adhuc ſoſpes ſaluusque floreas vigeasque, iis rebus, quae ad veram vitae felicitatem conducant, numquam non abundes, diuque adhuc et ſcholam TVAM et

litteras, ornes atque illuſtres. Mea autem in TE ſumma amicitiae et neceſſitudinis officia numquam non conſtabunt. Vale, meque amare pergas velim. Scr. Erlangae d. VI. Oct. cIↄIↄCCLXXXXIIII.

SECTIO

SECTIO IV.

DE SCRIPTORIBVS PROFANIS A TEMPORIBVS AVGVSTI VSQVE AD AETATEM CONSTANTINI M.

§. 1.

Flos atticae elegantiae atque eloquentiae iam ſuperiore periodo defloreſcere coepit: hac vero tempeſtate ſenſim ſenſimque periit. Vt de patribus eccleſiaſticis, de quibus infra acturus ſum, in praeſenti taceam, turbae romanae, et confluxus incurſionesque peregrinorum ac barbarorum hominum robur et vim priſtinae linguae purae elegantisque ſenſim fregerunt, nouisque formulis illam veluti commacularunt. Philoſophi, praeſertim Neo Platonici, *) coeperunt ſubtilius et argutius diſſerere et vero nugari, allegorias venari, mythos antiquiſſimos ad ſuam ſuperſtitionem excuſandam ac defendendam cum doctrina chriſtiana temere et contorte comparare atque defendere. Illi vero, vt Chriſtiani doctores, plerumque neglexe-

*) conf. C. *Meiners* Beytrag zur Geſchichte der Denkart der erſten Jahrhunderte nach Chriſti Geburt, in einigen Betrachtungen über die neue Platon. Philoſophie. Lips. 1782. 8.

glexerunt culturam, elegantiam atque colorem ſermonis. Poeſis nullis ornamentis praemiisque excitata, a nulloque Maecenate nutrita, aufugiſſe et Apollo Muſis graecis iratus fuiſſe videtur. Hinc inde quidem, at raro micuerunt ſcintillae, vt ita dicam, ingenii poetici; ſed ſaeuitie et iniuria temporis atque controuerſiis inter Chriſtianos et idolorum cultores agitatis deinceps ſunt exſtinctae. Eloquentia obmutuit, libertate dicendi demta, et naturalem amiſit vim ac pulcritudinem, imperio et tyrannide oppreſſa, atque adulatorum leuitate, artibus prauis immoderatoque blandiendi ac placendi ſtudio corrupta. Pauci exſtiterunt hiſtorici, qui antiquiores imitatione exprimere ſtuderent; ſed fere nullus fuit, qui illorum virtutes, praecipue ſi ſpectes artem narrandi et orationis dignitatem, venuſtatem atque puritatem adſequeretur. Vis imperii atque priſcae orationis periit: et inania remanſerunt. Haud quidem omnino defuerunt ſplendida ingenia, et praeſtantes hiſtorici atque poetae, qui peſti barbariei irruenti ſe quaſi opponerent, ſua diſciplina ſuoque exemplo obicem quouis modo ponerent, et priſtinam linguae dignitatem ac ſplendorem ſtuderent retinere. Neque tamen a labe nouisque formulis ſui aeui omnino immunes, nec calamitati auerruncandae pares fuerunt. Multi praeter ea, quod vmbratili vita palleſcere cogebantur, in ſecretis langueſcere et quemdam velut in opaco ſitum ducere, aut contra inani perſuaſione tumeſcere coeperunt. Vmbratilis hinc fuit eloquentia et ſophiſtarum declamationes ludis atque exedris perſonuerunt. Plures, inſequentibus temporibus, compilare aut excerpere inſtitue-

runt

runt veterum hiſtorias et commentarios; at conſilio ſaepe peſſimo, nec delectu rerum prudenti habito. Quae docte eruditeque ſcripta, poſteris fuiſſent vtilia ſcituque neceſſaria aut iucunda, ea crebrius omiſerunt, nugas aut quisquilias ſaepe captantes. Et quae illi priores bona reddiderunt, ea alii horum compilatores tardiores aboleuerunt, apices litterarum, nugas etymologicas fabellasque abſurdas potiſſimum ſectantes. Illorum quidem grammaticorum ſedulitate factum eſt, vt ex veterum bonorum auctorum ſcriptis multa ab interitu ſeruarentur excerpta, multa e diuerſis libris ſedulo collectu ad noſtram peruenirent memoriam, et lexica nobis adhuc vtilia conſarcinarentur. Quae quamuis omnino grata nobis ſint; illorum tamen opera etiam accidit, vt multi antiquiores melioresque libri, ſiue a poetis horumque vetuſtis commentatoribus, ſiue ab oratoribus et reliquis compoſiti, ſecordia hominum excerptis iſtis et carbonibus ſequenti aeuo contenta, negligerentur, deinceps blattis relinquerentur conſumendi, atque interirent.

§. 2.

DIONYSIVS PERIEGETES.

1. Floruit poſt annum tertium a nato Chriſto.

2. Gente fuit Charazenus. In oppido enim, quod prius Alexandria; deinde Spaſinu Charax dicebatur, in tractibus Suſianis ad ſinum Arabicum, (v. Valeſ. ad Ammian. Marcell. libr. 23. cap. 6. pag. 287. Gronou.) natus eſt, et ob nomen vrbis

antiquius etiam Alexandrinus ſaepe vocatus. Locus claſſicus de noſtro eſt apud Plin. VI. H. N. 27. pag. 335. ed. Bas. vbi v. Harduin. „Charax oppidum Perſici ſinus intimum. — Conditum eſt primum ab Alexandro M. qui — Alexandriam adpellari iuſſerat. — Hoc in loco genitum eſſe *Dionyſium*, terrarum orbis ſitus recentiſſimum auctorem, conſtat, quem ad commentanda omnia in Orientem praemiſit diuus Auguſtus, ituro in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res maiore filio.“ n. Caio Marci Agrippae et Iuliae Auguſti filiae natura, Auguſti adoptione filio. Sed de aetate et patria Dionyſii plura diſputaui ad Fabricii B. Gr. libr. IV. cap. 2. vol. IIII.

3. Scripſit carmine heroico, orbis deſcriptionem, *περιήγησιν οἰκουμένης*, vnde ipſi cognomen *Periegetes* haeſit.

4. *Euſtathius*, libellorum ſupplicum miniſter et Magiſter rhetorum, poſtea Archiepiſcopus Theſſalonicenſis, clarus circa a. C. 1160. egregio et copioſo commentario illuſtrauit Dionyſii Periegeſin, et interdum adpellat *παλαιούς*, ſiue interpretes, qui ante ipſum in Periegeſin commentati ſunt. Exſtant quoque gloſſae graecae interlineares et Paraphraſis graeca Anonymi. Iam antiquioribus temporibus *Auienus* et *Priſcianus* Dionyſii periegeſin latino carmine expreſſerunt, et prior quidem multa Dionyſii ſuo lubitu abiecit atque omiſit, multa alia, ex aliis forſan ſcriptoribus hauſta, addidit, omniaque ſtilo libero ornataque et luculenta oratione expoſuit; poſterior vero pari ferme libertate vſus, at ſtrictior vbique, et grammatici potius, quam poetae perſonam induens, nonnulla hinc

hinc inde ex Solino intertexuit. Illorum interpretationes modo ſeparatim, modo textui Dionyſii additae, ſunt euulgatae. De *Priſciani* verſione huiusque verſione, etiam de *Dionyſio* eiusque dubia aetate docte lateque diſſeruit *Wernsdorf* in poet. lat. minor. tom. V. part. 1. pag. 225 — 247 idem ibid. part. II. pag 656 ſq. 679—706 de *Auieno*, eius carmine, modo *ſitus orbis* vel *ambitus orbis*, modo, et in recentioribus quidem plerumque libris, *deſcriptio orbis terrae*, inſcripto, atque editionibus: et ego ad Fabricii B. Gr. l. m. vberius recenſui illorum editiones.

Graece primum prodiit et lat. ex verſione *Rhemnii Fannii Palaemonis*, cum caſtigationibus, Coelii Calcagnini adnotatione ſuper Anchiale et Rhemniani carminis penſitatione. Ferrariae ap. Io. Maciochum Bondenum. Ferrariae 1512. 4. — Tum graece cum Pindaro, Callimacho et Lycophrone, Venetiis in aedibus Aldi et Andreae Aſulani ſoceri. 1513. 8. — gr. cum verſione lat. (quam editor Rhemnio grammatico adtribuit, et contendit, falſo hactenus Priſciano eſſe adſcriptam), et cum excerptis Coelii Calcagnini adnotatiunculis. Baſil. apud Val. Curionem 1522. 8. — cum Arato, gr. et lat. cum notis *Ceporini*. Baſil. 1523. 1534. 1547. 1561. 1585. Coloniae 1543. Antwerp. 1554. Cal. 1553. 8. — gr. cum graecis *Euſtathii* commentariis. ex offic. Rob. Stephani, regiis typis, Lutetiae 1547. 4. Accuratae huic et e codd. emendatae editioni additae ſunt variae lectiones. — gr. cum V. L. adnotatione, et latine, Rhemnio Fannio interprete. Paris ap. Guil. Morel. 1556. et 1559. 4.

 Ibi-

Ibidem ſeparatim eſt verſio lat. verſibus expoſita. 1556. 4.

De meliori textus habitu bene meruit *Henricus Stephanus*, qui, more ſuo, lectiones audacius interdum mutauit, inter Poetas principes heroici carminis, variis lectionibus additis, Tom. II. pag. 360. a. 1566. — eum ſequutus eſt *Lectius*, in Corpore poet. gr. Geneu. 1606. fol. — cum verſione lat. metrica et notis criticis addita *Priſciani* periegeſi e Dionyſio e codd. recenſita, et Muſaei carmine, Hero et Leander. Antwerp. ex off. Chriſtph. Plantin. 1575. 8. — Iterum ab *Henr. Stephano* editi ſunt. *Dionyſii Alexandrini* et Pomp. Melae ſitus orbis deſcriptio. Aethici Coſmographia. C. I. Solini Polyhiſtor. In Dionyſii poematium commentarii *Euſtathii*: interpretatio eiusdem poematii ad verbum ab *H. Stephano* ſcripta: nec non annotationes eius in idem et quorumdam aliorum etc. 1577. 4. In dedicatione; iam vero, ait, „quod ad editionem hanc attinet, quorum pater meus, eorumdem et ego exemplarium fidem ſum ſequutus: quae partim regis, partim aliorum bibliothecae ſuppeditauerant: ſed diuerſas lectiones margini adſcribere, quasdam in ipſum contextum, (vt vocant,) recipere malui," et maiore, quam Robertus, libertate in mutandis verbis graecis vſus eſt more ſuo. Ceporini, Morellii, et Andreae Pappii adnotationes excerpſit et ſuis intexuit. Pag. 153. ait, editionem Aldinam, et reliquas, quae ante Robertum Stephan. vulgatae, fuerint, multa habere menda. — gr. Paris. ap. Prevoſteau 1603. 8. — graece cum verſione H. Stephani, commentario critico et geographico, tabulis geographicis

et

et indice, a *Guil. Hill.* Londini 1658. et 1679. 8. — atque cum Euſtathii commentario, notisque Stephani, Moreli, Ceporini, ac Papii, ibid. 1688. 8. — gr. cum verſione H. Stephani, et notis atque A. Papii metaphraſi. Salmur. 1676. 8. — Lacunam ingentem in Euſtathio ad *Dionyſii* v. 889 — 917. e codice Holſteniano in bibliotheca latina, Hamburgi 1696. primus ſuppleuerat I. A. Fabricius. Hoc ſupplementum inſeruit *Eduard. Thwaites* ſuae editioni, inſcriptae: — *Dion.* Orbis deſcriptio, cum veterum ſcholiis et Euſtathii commentariis. Accedit Periegeſis Prisciani, cum notis Andreae Papii, Oxoniae 1697. 8. Baſis eſt textus H. Stephani, cuius quoque verſio addita eſt. *Thwaites* vero primus dedit e codd. Bodleianis gloſſas interlineares graecas et paraphraſin graecam Anonymi ſcholiaſtae. Praeter notas et caſtigationes adiecit var. lectiones ex MSSt. codd. et editt. Stephanorum atque interpretibus priſcis Dionyſii, et indices codd. atque editionum Dionyſii, vocabulorum omnium, quae in Dionyſio reperiuntur, et ſcriptorum, quos Euſtathius in commentariis excitat: denique tabulas quinque Geographicas de nouo delineatas ac Dionyſio et Euſtathio adcommodatas. — Huius anni editionis exemplaria loco quarti voluminis interdum addita, ſunt Hudſoni ſcriptor. gr. min. geograph. veteris; ab eo tamen poſtea conſilium fuiſſe mutatum, poſtea adnotabitur. — *Dion.* gr. et lat. cum notis *Georg. Henr. Vrſini*, Gymnaſii Ratisbon. Rectore et Prof. Ratisbonae 1705. 8. — Nouum Dionyſium, qui vero a vetere tantum paene, quantum a terra coelum, diſtat, dare inſtituit *Eduard. Wells.* — *Dionyſii*

Geographia, emendata et locupletata, additione ſcilicet geographiae hodiernae graeco carmine pariter donatae, cum 16. tabulis geographicis, Oxonii 1704. 8. recus. ibid. 1706. et 1709. 8. Londini 1726. 8. et gr. ibid. 1761. 8. Notae et verſio latina ſunt ſeparatim excuſae. Vt et ea, quae deſiderauerit in Dionyſii Periegeſi, et quomodo mutauerit illam Wells, dilucidius cognoſcantur, particulam ex praefatione libelli, quem haud frequentem eſſe intellexi, deſcribam: „Non eſt diſſimulandum, in Periegeſi Dionyſiana reperiendos eſſe errores quosdam geographicos; ſed quales interim autori vitio iure verti nequeunt, quum habendi ſint non tam Dionyſii, quam ſaeculi Dionyſiani. Porro fatendum eſt, a Dionyſio lectorem ſuum ſaepius poetica quadam licentia per immenſos ſaltus huc illuc rapi; non ad amuſſim ordinis Geographici, et quemadmodum libri ſui profitetur titulus, terrarum orbem tamquam manu circunduci. Fatendum eſt etiam, Periegetam nonnulla leuiter tantum attigiſſe, quibus erat diutius immorandum, de nonnullis omnino ſiluiſſe, quorum ſaltem mentio erat facienda; contra autem nonnulla commemoraſſe, immo iisdem commemorandis immoratum fuiſſe, quae, ſi non reticenda, tamen eſſent leuiter attingenda, tamquam ad Geographiam minus ſpectantia. Denique quum hodierna terrae facies Geographica admodum diuerſa ſit ab illa, quam deſcripſit Dionyſius; neceſſe eſt, vt Periegeſis Dionyſiana; perfecta licet fuiſſet, quoad Geographiam veterem, tamen quoad Nouam nonniſi manca habeatur. Singulis hisce incommodis remedia afferre operam dedi, corrigendo

do nimirum errores; deſcribendo regiones iuxta mutuum earum ſitum atque ordinem, transpoſitis ſaepius hunc in finem Dionyſii carminibus; amputando, quae merito habenda eſſent tanquam luxuriantia; adiiciendo, quae deſiderari viderentur; ideoque componendo *Geographiam hodiernam* graeco carmine pariter donatam, eamque per totam Periegeſin Dionyſianam propriis in locis interſerendo, adeo, vt Periegeſis nunc in lucem edita euadat, veritati conſentaneus, methodicus, et integer vtriusque Geographiae et veteris et nouae tractatus metricus. Suam quoque Periegeſin, quae verſſ. 1459. conſtat, in XXXVI. capita diſtinxit." Hactenus Wells. Hinc etiam Americam deſcripſit. Sed ſatis de hoc mutilato et aucto Dionyſio, quo carere poterat orbis litterarius. — de ſitu orbis liber. Interprete Andrea Papio, Gandenſi: vt et Ariſtophanis Plutus, cura *Sigeberti Hauerkampi*, Lugd. B. 1736. 8. — *Hudſon* minoribus geographis gr. primum loco quarti voluminis addita eſt editio a. 1697. Poſtea tamen auctiorem ipſe edidit Dionyſii periegeſin cum adnotatt. in Dionyſium, Euſtathii *) commentariis et anonymi paraphraſi graeca. Accedunt antiquae verſiones Priſciani et R. Feſti Auieni, Oxon. 1710. cum nouo titulo ibid. 1712. 8. rec. et auct. 1717. 8. cum *H.*

*) *Alexander Politus* Euſtathii comment. latine vertit, Coloniae Allobrog. 1741. 8. II. voll. et Obſeruationes criticas in Dionyſium ſcripſit ediditque Romae 1742. conf. *deSainte-Croix* inMemoire etc. ſiue notitia futurae edit. geograph. minor. veter. n. 9. vbi de Dionyſii periegeſi, Euſtathiique comment. et lacuna in eo copioſius differit.

Dodwelli diſſ. de aetate et patria Dionyſii, praemiſſa Vol. IV. Geogr. minor. Sequutus eſt textum Stephani, cuius verſionem quoque retinuit. Paraphraſis eſt ex cod. Paris. aucta: et addita ſunt ἀποσμάτια geographica e MSS. tum variae lectiones, emendationes, notae, indices et tabulae geographicae: de quibus Hudſoni edit. pluribus diſſerui ad Fabric. B. Gr.

5. Res ſane difficilis fuit, ſterilem materiem verſibus includere, illam tamen ornamentis poeticis et luminibus hinc inde illuſtrare ſtuduit. Poeta eſt vtilis et quodammodo iucundus: naeuos vero, quos habet, iam ſupra Wellſii verbis indicauimus.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII Libr. IV. cap. 2. vbi plures verſiones et veteres et recentiores, atque editiones recenſentur. Huc pertinent quoque, quae cl. *Schneider* in Analectis criticis in Scriptores veteres graecos et latinos Traiecti ad Viadr. 1777. 8. nuper dedit, et ſcripſit pag. 18. ſqq. „Supplementum commentariorum Euſtathii ad verſum 882. ſqq. Periegeſeos Dionyſii deſcriptum ex codice regio Pariſienſi No. 2218. qui praeter Lycophronis Caſſandram cum commentario Tzetzae multum caſtigatiore, quam editus exſtat, Oppianum de Venatione et plures Porphyrii libros, habet etiam Dionyſii Periegeſin cum commentariis Euſtathii in memoria vetuſta ſcriptam. Paraphraſis graeca non modo nullis lacunis interrupta legitur, vt in libris editis, ſed ſaepius etiam differt oratione et vocabulis, vt plane noua videri poſſit.“ Integrius dedit ille hoc ſupplementum ab Holſtenio ex cod. Claramont. depromtum, etiam ab *Iniarto* in cat. codd. gr. reg. Matrit. p. 359 ſq.

in

in cod. regio prouti exſtat, vulgatum. — *Petrus Burmann* ad Valerii Flacci Argonaut. IV. 698. contra Hillium docet, Dionyſium noſtrum non fuiſſe Byzantium.

§. 3
STRABO.

1. Floruit ſub Auguſto et Tiberio, imperatoribus. Ipſe libr. IV. Geogr. pag. 316. B. indicat, ſe A. V. C. 771. qui eſt annus XIX. poſt Chriſtum natum et quintus principatus Tiberii, librum ſuum quartum ſcripſiſſe. De aetate patriaque Strabonis multus eſt, locis ex Strabone ipſo collectis, et errores Athenaei atque Franciſci Patricii reuellere ſtudet *Marſilius Cagnatus* in variis obſeruationibus, libr. III. cap. 20. pag. 243—259. Romae 1587. 8.

2. Patria fuit Amaſia, Cappadociae ſiue Ponti vrbs, vnde Ioſepho et aliis dicitur Cappadox. Quamquam philoſophum peripateticum Xenarchum Seleucienſem audiuerat: Stoicorum tamen placita ſectatus eſt: quorum amorem inſtillaſſe videtur Athenodorus, celeber ſub Auguſto Stoicus, quem *ἑταῖρον* ſuum vocat. Itinera per magnam orbis partem ſe ſuscepiſſe et ad extrema Aethiopiae veniſſe, ipſe teſtatur: Trans Alpes tamen Germaniam non adiit. Hinc in deſcriptione Germaniae multos commiſit errores, et minorem habet fidem, quam in deſcribendis reliquis regionibus.

3. Vnum tantum ſcriptoris huius eximii opus ad nos peruenit, libri XVII. *γεωγραφικῶν*, *de Geographia*.

4. La-

4. Latine prius verſu geogr. Strabonis prodiit Romae circit. 1471. et 1473. fol. Venet. 1472. 1484. 1494. 1496. 1510. Par. 1512. Priores X libr. vertit Guarinus Veron. ſeptem autem poſteriores *Gregorius Trifernas.* — Primam tamen Rom. edit. lucem adſpexiſſe probabiliter 1469. demonſtrare conatur *Seemiller*, qui in Incunabulis typogr. bibl. Ingolſtad. tom. 1. pag. 19 ſq. de illa multus eſt. Princeps graeca eſt, at valde vitioſa, edit. Aldina. Venetiis 1516. fol. — tum cura *Marci Hopperi*, (qui in praefatione adfirmat, ſe graecum exemplar, quod ex Aldi officina prodiit, locis aliquibus valde corruptum, obiter recognouiſſe, errataque, quae in illo deprehendere potuit, caſtigauiſſe.) Baſileae per Henricum Petri, 1549. fol. — graece et latine per Guil. Xylandrum, Baſileae ex officina Henricpetrina, Baſileae 1571. fol. ad calcem ſingulorum librorum paucas at doctas Xylander ſubiecit notas. Duplex autem exſtat editio, quae eodem anno et loco, eademque forma ex officina eadem prodiit, quarum altera graecum textum cum verſione latina in altera paginae columna poſita; altera autem, quae verſionem tantum latinam exhibet: vtraque tamen eamdem praefationem Xylandri, huiusque adnotationes, potiſſimum criticas, ſingulis libris ſubiectas habet. In fronte editionis graeco latinae iactat Xylander, a ſe libros Strabonis magna cura recognitos, ac mendis, quae adhuc inhaeſiſſent, innumeris maiore ex parte fideliter ac laborioſe ſublatis, ſibi reſtitutos eſſe; et in praefatione, in qua etiam de Strabone agit, ſe, dicit, cepiſſe ante quinquennium cogitationes de latine reddendo et perplurimis in locis

ſibi

ſibi reſtituendo, annotatiunculisque interdum illuſtrando Strabone inſtituere etc. *Caſaubonus* tamen de Xylandri negligentia in ſcriptore hoc explicando valde queritur. — Ille vero exſtitit Strabonis ſoſpitator: quippe qui graeca ex Aldino exemplo, antiquiore verſione et IV. MSS. codd. ſuique ingenii beneficio, vixdum XXVIII. annos natus emendauit et commentariis eruditis illuſtrauit, addita Xylandri verſione, Geneu. 1587. fol. — Poſtea tamen emendatiorem curisque ſecundis cumulate exornatam et locupletatam idem paullo ante obitum parauit editionem, quae ſexennio fere poſt eiusdem mortem, cum obſeruatiunculis *Federici Morelli* et indicibus tam rerum, quam eorum, quae in Iſ. Caſauboni commentariis memorantur, inſtructa, typis regiis Paris. 1620. fol. exſcripta eſt. — Hanc Pariſienſem editionem formulis typographicis, iisque nitidis, recudi fecit *Theodor Ianſſon van Almeloueen*, cum notis integris G. Xylandri, Iſ. Caſauboni, F. Morellii, Iac. Palmerii, ſelectis vero ex ſcriptis P. Merulae, I. Meurſii, Ph. Cluuerii, L. Holſtenii, Cl. Salmaſii, S. Bocharti, Iſ. Voſſii, Ez. Spanhemii, Ch. Cellarii aliorumque. Subiiciuntur Chreſtomathiae Graecae et Latinae, Amſtel. 1707. fol. Nonnulla verba in ed. Caſauboni omiſſa vel ſubiecit vel textui inſeruit: virorum vero doctiſſimorum animaduerſiones ſuo quasque loco contexto ſubſtrauit Almeloueen. In multis tamen locis Strabo manum adhuc deſiderauit medicam: quam adferre coepit *I. Brequignius*, ſocius regiae quondam inſcriptionum et humaniorum litter. academiae Paris. Ille enim tom. 1. qui tres priores libros ad fidem msstorum, praecipue co-

dicis

dicis regii 1393. recognitos continet, cum latina Xylandri interpretatione ſuisque adnotationibus edidit Paris. 1763. 4. At ſplendidam hanc editionem, taedio rei captus, non abſoluit, et omnem, quem collegerat ad ſuam editionem ornandam, adparatum Anglis V. D. nouam ſplendidamque editionem Oxonii parantibus, commiſit *). Atque Oxonienſis haec editio iam a multo tempore ſub praelo ſudare dicitur. — Inter ea cl. *Siebenkees*, profeſſor philoſophiae Altorfinus, qui in Italia verſatus multos Strabonis codices contulit, eorumque ope multos ſuſtulit errores, meliore reducta lectione, nec paucas expleuit lacunas, ab aliquot annis nouam inſtituit recenſionem et nuper (1794.) tomum 1. in mai. 8. Lipſiae gr. et lat. in lucem prodire iuſſit. — Librum III. Strabonis de Hispania *Ioannes Lopez*, geographus regius, ex latino ſermone in hiſpanicum tranſtulit, et cum textu graeco ſuisque et Caſauboni notis ac mappis III. geographicis veteris Hispaniae cum noua comparatae, edidit Madrit. 1788. 8.

Geographicorum Strabonis Epitomen ſiue Χρηστομαθείας habemus, ex quibus Strabo interdum emendari et in calce libri VII. ſuppleri poteſt. Illa excerpta, incertum quo auctore, intra ann. Chri-

*) *De St. Croix* in Mém. pour ſervir à l'Hiſtoire de la Religion ſecrete des Anciens peuples. Paris 1784. 8. pag. 559. hanc Brequigni editionem ſcribit a. 1764 fuiſſe praelo ſubiectam, idem narrat, Brequignius quoque gallo francicam incepiſſe verſionem: cuius verſionis ſpecimen cum notis criticis, ſ. fragmentum libri X. Strabonis de Labiris, Curetibus etc. dedit *de St. Croix* l. c. pag. 559—578.

Chriſti 976. et 996. ſub Baſilio Bulgaroctono concinnata eſſe, haud temere ſuſpicatur *H. Dodwell* in diſſert. de Excerptore Strabonis.

Has Chreſtomathias primus vulgauit gr. *Sigismund. Gelenius* cum Arriani et Hannonis periplis et Plutarcho de fluminibus et montibus, Baſil. 1533. 4. tum graece et lat. cum Gemuſae verſione (quae poſt Dominici Marii Nigri Veneti libros XI. Geographiae prodiit, Venet. 1557. fol.) et Henr. Dodwelli diſſert. de aetate auctoris, notisque breuibus *Io. Hudſoni*, inter Eiusdem Geographos, gr. minores. Vol. II. Oxon. 1703. 8. quam Hudſoni recenſionem *Almeloueen* recepit in edit. Strabonis. Chreſtomathiae tamen nondum editae latent in biblioth.

5. Scriptor eſt vtiliſſimus, qui cum rerum ſacrarum ſtudioſis, tum omnibus, qui veteres amant ſupraque vulgum ſapere geſtiunt, non ſatis commendari poteſt. Suis enim et orationis et rerum, quas exponit, virtutibus ſplendet, ita vt Straboniana orbis deſcriptio veteris hiſtoriae non minus, quam Geographiae theſaurus, ſingulari iudicio ac delectu compoſitus, iure ſuo haberi poſſit. Nam Strabo, quum acutus eſſet philoſophus, et, vbicumque potuerit, omnia ipſe ſollerter inueſtigasſet, errores ſuperiorum geographicorum peruidit atque emendauit, et de illis aliisque rebus ſubtiliter iudicauit. Sequutus autem eſt Apollodorum Athenienſem Calliſthenem, Daïmachum, Artemidorum, Ephorum, aliosque, inprimis Eratoſthenem. *) Qua-

*) Confer cl. *Mannert* in Geographie der alten Griechen und Römer. tom. 1. pag. 97 ſqq. cl. *Gunth Car.*

Quare, non in eo acquieuit, ſicuti Pomponius Mela fecerat, vt ſitum locorum nominaque ſimpliciter adnotaret, ſed inſtituta quoque, origines fataque, mores, cultumque tam ciuilem, quam religioſum populorum et ciuitatum bene periteque explicuit, viroſque laudauit celebres. Homerus denique infinitis paene locis ex illo illuſtratur. Male tamen egit, quod, vt ipſe ait, recenſendo populos, quorumdam priſcis nominibus, quaſi iniucundis auditu, abſtinuit: alia, in quibus reprehenſionem meret Strabo, cl. Siebenkees recenſet.

6. Confer cl. *Siebenkees* ad *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 1. Vol. IV. LL. TT. Obſeruatt. in Strabonem, Diodorum, Anacreontem, Suidam cum nonnullis Burmanni et Doruillii caſtigationibus, in Miſcell. Obſeruat. Vol. II. Tom. I. pag. 1—4. *Saxii* Onomaſt. liter. Tom. I. pag. 210. — *I. G. Hager* in geographiſchen Bücherſal. tom. 1. p. 1. ſqq. *I. Frid. Hennike* in diſſ. de Strabonis geographicorum fide, ex fontium, vnde is hauſit, auctoritate aeſtimanda. Göttingae 1792. 8. Penzel Strabonem theotisce facere et mire mutare inſtituit, Lemgou. 1775. ſq. Confer cenſuras eius interpretationis in Berolinens. bibliotheca vniuerſalis, vol. 31. Part. II. pag. 1. ſqq. et in noua bibliotheca philolog. Vol. II. Part. I. pag. 152. ſqq. — *Thomas Tyrwhitt*, Anglus, ſcripſit doctas acutasque coniecturas in Strabonem, Oxon. 1783. m. 8. — quas recudendas curaui Erlangae 1788. 8. — *Goſſelin*

Car. Frid. Seidel Eratoſthenis geographicorum fragmenta. Göttingae 1789. 8. cl. *Siebenkees* ad Fabr. B. Gr.

ſelin opus doctum edidit, Geographie des Grecs analyſée. ou les ſyſtemes d' Eratoſthenes, de Strabon et de Ptolémée, comparés entre eux et avec nos Connoiſances modernes. Paris typis Didoti ſenior 1790. 4. additae ſunt tabulae latitudinis et longitudinis nec non decem mappae geographicae, ſecundum trium illorum ſyſtemata. — Multa Strabonis loca emendantur aut explicantur a Gronouio in libro inſcripto: *Varia geographica. Io. Fred. Gronouii* diſſ. de Gothorum ſede originaria aduerſus Phil. Cluuerium. Libellus prouinciar. rom. et ciuitatum prouinciarum gallicarum cum notis *Andr. Schotti* et *Laurent. Theod. Gronouii*, eiusdemque animaduerſiones in Vibium Sequeſtrem. *Io. Casp. Hagenbuchii* exercitatio geographico-critica. — *Accedunt animaduerſiones in Strabonis* γεωγραφικῶν *libros nouem*, depromtae e Ms. cod. mediceo. (edente Abr. Gronouio,) Lugd. B. apud Corn. Haak 1739. 8. — *Schoenemann* ueber die Unternehmung des Aelius Gallus auf Arabien, in Bibliothek der alten Litteratur u. Kunſt. part. IX. nr. I. Gottingae 1792. 8. *Ern. Frid. Neubaueri* PP. progr. ſ. quaeſtio, an nullae inter Chaldaeorum philoſophos fuerint ſectae, ex *Strabone* praecipue deciſa, et ab obiectionibus ex Diodoro Sic. petendis vindicata, viroque cuidam, (Laurentio Reinhardo,) cel. modeſte oppoſita. Gieſſae, 1745. 4. — *Paulli Dan. Longolii* progr. ſiſtens Strabonianos ἐυμονδορους, Curiae Regnitianae 1773. 4. *Ch. Gottl. Heyne*, Religionum et ſacrorum cum furore peractorum origines et cauſae ad Strabon. de Curetibus libr. X. in comment. ſoc. reg. doctrin. Gotting. vol. VIII.

§. 4.
CASSIVS FELIX.

Iatro Sophiſta, ſub Auguſto et Tiberio, ex plurium doctorum hominum coniectura. Scripſit *Problemata*, quae prodierunt graece Paris. 1541. 8. et ibid. eodem anno lat. interprete *Adriano Iunio.* — cum verſione Conr. Gesneri, Tiguri 1562. 8. — graece cum Theophylacto Simocatta etc. e recenſione Bon. Vulcanii, Lugd. B. 1596. 12. — Cum Ariſtotele a Sylburgio edito, Francofurti 1587. 4. — et gr. ac lat. cum notis *Andr. Riuini*, Lipſiae 1653. 4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. III Libr. III. cap. 5. pag 322. not. eee m. edit. et *Alberti von Haller* bibliothecam Anatomicam, Tom. I. Tiguri 1774. 4. pag. 73. ſq. ac biblioth. Chirurgicam Tom. I. Bernae 1774. pag. 28.

§. 5.

Mentionem quoque paucis faciam *Pontii Pilati*, quinti per Iudaeam procuratoris Caeſaris cum iure gladii; ſub cuius auſpiciis Conſeruator noſter, Ieſus Chriſtus, cruci adfixus eſt. Is tamen poſthaec a Caligula in Galliam vel Hiſpaniam relegatus periit A. V. C. 792. a Ch. XL. Sub illius enim nomine ſpurii quidam libelli, ab impoſtoribus confícti, circumferuntur, *Acta Pilati*, ſiue, vt in aliis libris inſcribitur *Euangelium Nicodemi*, et *quatuor epiſtolae*, quarum vltimam, graece ſcriptam, ad Tiberium, imperatorem, *Io. Alb. Fabricius* e cod. Colbertino primus vulgauit in Codice Apogrypho N.T. Tom. II. pag. 972. — De Pontii Pilati actis in cauſa Domini noſtri ad imperatorem Tibe-

Tiberium miſſis probabilia. Feriis memoriae reſurrectionis Domini noſtri ſacratis in academia Iulia Carolina p. p. *Henr. Phil. Conr. Henke*, Theol. D. et PPO. Helmſtad. 1784. 4. *Henke* V. C. hanc disp. in tres diſpeſcit quaeſtiones. Quaerit igitur 1) num Pilatus reuera ad imperatorem Tiberium de cauſa Chriſti retulerit? quod adfirmat, et argumentis corroborat hiſtoricis; 2) quae ſumma fuerit illius relationis? Ea, quae Iuſtinus Martyr, in primis Tertullianus, et ex eo ſcriptores eccleſiaſtici excitant, in illa exſtitiſſe, parum credibile eſt; contra ad probabilitatis ſpeciem Henke deducit argumenta, quibus probaturus eſt, acta Pilati, quae *Euſebius* hiſt. eccles. lib. IX. cap. 5. profert, ab Maximino Thrace, imperatore ad Chriſtum infamandum fuiſſe vulgata, et, niſi integra, tamen maximam partem ex genuina Pilati relatione fuiſſe mutua ſumta: quam coniecturam conſilium, quod iſte prodit euulgando illud ſcriptum, valde probabilem reddit: 3) quem exitum habuerit illa relatio? Primum agit Henke de narratione Tertulliani, Tiberium id egiſſe, vt Chriſtum inter deos referret: tum obſeruat, Tertullianum id conſilii Tiberiani non memorare, quaſi poſt acceptum Pilati relationem fuerit ſuſceptum et Tertullianum, vbi de Tiberio loquitur, parum reſpexiſſe illam narrationem. Quare Henke ſuſpicatur, ſub Tiberio, cui Tertullianus illud conſilium tribuit, Tiberium Claudium eſſe intelligendum, eaque ſuſpicione probata effici, vt Tertullianus ſecum minus pugnet. — *Io. Georg. Altmannus*, contra Clericum et Basnagium diſputans, in disquiſitione hiſtorico-critica, de epiſtola Pontii Pilati ad Tiberium,

rium, qua Chriſti miracula, mors et reſurrectio mortuorum recenſebantur, Bernae 1755. 4 *) tria, quae a multis in dubium vocari ſolent, capita perſequitur, et narrationum veritatem defendere conatur, 1) Pilatum re vera per milites cuſtodes de reſurrectione Chriſti certiorem eſſe factum; 2) eum de morte et reſurrectione Chriſti narrationem, quamquam ab ea, quae hodie ſub nomine eius circumfertur, diuerſam, ad Tiberium perſcripſiſſe; 3) Tiberium a ſenatu romano conſecrationem Chriſti poſtulaſſe. Plura vide de illis apud *Fabricium* l. mem. pag. 213. ſqq. Tom. I. et in B. Gr. vol. XIII. pag. 476 ſq. ac vol. XIV. pag. 270 ſqq. *Hamberg.* in Zuverläſſ. Nachrichten Vol. II pag. 24. ſqq. et *Saxium* in Onomaſt. literario Tom. I. pag. 214. qui plures excitant ſcriptores.

§. 6.

LESBONAX.

1. Rhetor et Sophiſta graecus, ſub Tiberio forte imperatore: ſcripſit orationes politicas vel potius declamationes, e quibus duae exſtant: quae reperiuntur in collectionibus rhetorum graecorum Aldina, Stephaniana, Hanouienſi et Reiskiana. Stephanus et Reiske (in Vol. VIII. orator. graecorum) de integritate contextus bene meruerunt. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Lib. II. cap. 26. pag. 869. ſq. nou. edit.

2. Ab

*) v. Ephem. litter. Gotting. a. 1755. plag. 83. et Erlangens. in ſupplem. eiusdem anni ſcid. 33. pag. 513. ſqq.

2. Ab hoc diuerſus eſt *Lesbonax*, Grammaticus, auctor libelli περὶ σχημάτων, a *Valckenaer* ad Ammonium pag. 177—188. primum editi.

§. 7.

ISIDORVS, Charazenus, Geographus. Vixit ſub Tiberio et Caio Caligula, et ſcripſit ſub Caio Caligula poſt a. C. 37. exiguum libellum, ςαθμὸς παρθικὸς, *manſiones Parthicas*, ſ. interualla locorum in terris Parthicis. Editus eſt graece inter Geographos a Dau. Hoeſchelio. Aug. Vindel. 1600. 8. et graece ac latine, interprete Io. Hudſono, cum notulis I. Alb. Fabricii, in Hudſoni Geograph. graecis minor. Vol. II. cum Dodwelli diſſ. de Iſidoro Charazeno, pag. 57. ſqq. vbi contra Voſſii ſententiam de aetate Iſidori (de hiſtoricis graecis III. p. 298. et IV. cap. 10. pag. 380.) multa disputat. Confer *Fabric.* B. Gr. Vol. IIII Libr. IV. cap. 2. ſect. 8.

§. 8.

XENOCRATES.

1. Floruit ſub imperatore Tiberio ante a. Ch. 37.

2. Aphrodiſienſis, Medicus graecus, et ſcripſit de alimento ex aquatilibus libellum, ab Oribaſio ſeruatum.

3. Graece minus integrum edidit cum verſione ſua et ſcholiis Conradus Gesnerus, cum Iani Dubrauii, Olmocenſis Epiſcopi, libris de piſcinis et piſcium, qui in eis aluntur, natura. Tiguri 1559. 8. — pleniorem et ex cod. integrum cum

Io. Baptiſtae Roſarii interpretatione, *I. Alb. Fabric.* in B. Gr. Vol. IX. Libr. V. cap. 38. pag. 454—474. Cel. *Grunerus* edidit varias lectiones Xenocrateas, Ienae 1777. cl. *Caietano d' Ancora* e cod. Neapolit. curatiorem parat editionem. confer infra in Sect. V. §. de *Oribaſio.*

4. Inſignis et praeclarus ſcriptor, a Galeno et Aëtio aliisque ſaepius laudatus, eſſe dicitur.

5. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. III. Libr. III. cap. 4. pag. 192 ſq. in Catalogo Platonicorum, et Vol. XIII. pag. 452. *Halleri* Biblioth. Botan. Tom. I. p. 89.

§. 9.

PHILO.

1. Floruit circiter A. C. 41. quo anno ad Caligulam imperatorem legatus miſſus eſt. De anno natali non conuenit inter viros doctos. v. *Mangey* Praefat. ad ſuam Philonis editionem, et quae notaui ad Fabricii B. Gr. vol. IIII.

2. Alexandrinus, gente ac religione Iudaeus; ex nobili inter ſuos et ſacra familia ortus, Alexandri Lyſimachi, Alabarchae Alexandrini, h. e. ſcripturae ac vectigalium Magiſtri, qui inter praecipuos ibi magiſtratus erat, frater: philoſophus et Sophiſta. Philoſophiam vero Pythagoricam, et Stoicam, in primis Platonicam, coniunxit cum Iudaica *). Admodum ſenex ad Caium, imperatorem

*) Conf. *I. A. Fabricii* diſſ. de Platoniſmo Philonis, Lipſiae 1693. 4. rec. in eius ſylloge diſſertatt. pag. 150

rem, cuius animus Apionis calumniis aduerſus Iudaeos Alexandrinos vehementer erat incenſus, ita vt illis ius ciuitatis et ſynagogarum adimere minaretur, orator miſſus eſt, vt iram imperatoris deprecaretur. Quamquam ne admiſſus quidem fuit: tamen in ſingulari libello ſuam deſcripſit legationem. Num vero ad Claudium fuerit ſecundum miſſus; tum cum Petro Romae loquutus, et Chriſto nomen dederit, poſtea vero ex indignatione quadam et taedio redierit ad ſuos, id aeque incertum et vero partim falſum eſt, ac illum fuiſſe hebraismi, ſyriasmi, morumque hebraeorum imperitum. Errant igitur *Gaulminus* not. ad libr. de vita Moſis p. 195 aliique, dum contendunt, Philonem hebraica neſciuiſſe.

3. Multa ſcripſit, praeſertim ad interpretandam Geneſin Moyſis, e. g. de mundi opificio, ſiue in Hexaëmeron; Allegoriae ſacrorum legum poſt Hexaëmeron IIII. libros, de legatione ad Caium librum; de vita Moyſis, de legibus decalogi, de poſteritate Caini, (quem lib. Mangey primus e tenebris in lucem protraxit,) et alia, quae partim ſuperſunt, partim perierunt, a Fabricio recenſita, et in meliorem redacta ordinem, quem Mangey maximam partem ſeruauit. conf. *Basnage* Hiſt. Iud. lib. II. cap. 22. §. 2 — 6. *Euſeb.* Hiſt. eccles. lib. II. cap. 18.

4. Graece primum prodierunt, Philonis Iudaei in libros Moſis de mundi opificio, hiſtoricos,

 de

150 ſqq. contra *Ionſium* in ſcriptor. hiſt. philoſ. lib. III. cap. 4. pag. 225. adde *Mosheim.* ad Cudworthi ſyſtema intellectuale pag. 641. et *Brucker* Hiſt. philoſ. tom. II. pag. 801. ſqq. et tom. VI. pag. 452.

de legibus. Eiusdem libri ſingulares. Ex bibliotheca regia, cum variis lectionibus, Paris. ex officina *Adriani Turnebi*, typis regiis, 1552. fol. Haec latine verſa a *Sigismundo Gelenio*, Baſil. 1554. fol. Lugd. 1555. 8. (v. Lambacher biblioth. Vindobens. ciuicam pag. 284.) et 1561. 8. Antea vero *Io. Sichardus* quàedam Philonis opuſcula fecerat latina, Baſil. 1527. 1534. fol. et in Micropresbytico, 1550. fol. atque prius adhuc *Auguſtin. Iuſtinianus* edidit *Philonis* centum et duas quaeſtiones et totidem reſponſiones ſuper Geneſim, *Paris.* 1520. fol. In Turnebi tamen editione errata fere quadringenta ex MSS codd. caſtigauit *Io. Chriſtophorſonus*, Anglus, ad calcem verſionis ſuae librorum Philonis de mundi fabricatione, de decem praecepptis, de magiſtratu diligendo, et de officio iudicis, Antwerp. 1553. 4. *) — Omnia, quae exſtant, opera graece et latine, cum Gelenii verſione: acceſſerunt opuſcula quatuor ab Hoeſchelio primum edita, cum interpretatione *Fed. Morelli* etc. et liber de Mundo cum verſione Guil. Budaei, Geneuae 1613. fol. — Opera omnia graece et latine, adiunctus liber *περὶ ἱερᾶς ἑβδόμης* ab Hoeſchelio primum vulgatus, et a Fed. Morello latine verſus, cum fragm. de prouidentia dei, Paris. 1640. fol. — ad verbum repetita Francofurti, (Wittebergae) 1691. fol et poſtea ſ. a. cum praef. Schoettgenii et noui tituli folio vendita. Ab *Hoeſchelio* nempe e codd. MSS. primum edita ſunt *Philonis* de Septenario et fragmenta II. e libro de Prouidentia, Auguſtae Vindel. 1614. 4. graece: et antea: Opuſcula tria, ſc.

*) Conf. *Freytag* Adparatum litterar. tom. I. pag. 610 ſq.

ſc. quare quorundam in ſacris litteris mutata ſint nomina: de formatione Euae ex Adami latere, et de vtriusque lapſu; Expoſitio allegorica ſomniorum Ioſephi et Pharaonis, graece, e bibliotheca Auguſtana, nunc primum edita ſtudio et cum notis *Daüid. Hoeſchelii*, Francof. Io. Wechel. 1587. 8.

Locupletiſſima omnium *Philonis*, quae reperiri potuerunt, operum editio eſt *Thomae Mangey*, qui textum cum MSStis (XIII.) contulit, quam plurima etiam e codd. Vaticano, Mediceo (qui antiquiſſimus et optimus fuit,) et Bodleiano, ſcriptoribus item vetuſtis, nec non Catenis graecis ineditis, adiecit, interpretationemque (Gelenii aliorumque) emendauit, vniuerſa notis et obſeruationibus illuſtrauit, Vol. I. II. Londini 1742. fol. In hac editione, de cuius mendis et defectibus Erneſti in cenſura in actis erudit. Lips. 1745. pag. 393 ſqq. Reiske aliique critici paſſim conqueſti ſunt, primum adſpexerunt lucem libri duo, antea incogniti, de poſteritate Caini; liber quartus ad praeceptum 8. 9. 10. et de iuſtitia cum verſione epiſcopi Benzelii;*) fragmenta librorum quaeſtionum

*) *Benzelius*, Archiepiſcopus quondam ſuecicus diu multumque in paranda ornandaque noua Philonis editione verſatus, ad Mangeium verſionem ſuam atque animaduerſiones miſerat: Mangeius autem haud omnino cuncta reddidit. conf. Theſaurum epiſtolic. Crozianum tom. II. pag. 203. pag. 226. 227. pag. autem 231 Benzel. in litteris ad I. Chr. Wolfium teſtatur, ſe in recognoſcendis Philopis operibus quibus Mangeius non omnino ſufficere videatur, adhuc verſari. et *I. H. Liden* Commercium epiſtolicum inter Benzel. archepiſcopum, huiusque fratrem, Guſtau. Ben-

ſtionum in Geneſin et Exodum; reliquiae libri de prouidentia ex Euſebio, et alia. Ieremias denique Markland et Io. Taylor emendationes et coniecturas ſuas cum editore communicarunt. —

Nouiſſima edit. eſt: *Philonis Iudaei* opera omnia, graece et lat. ad editionem Thomae Mangey, collatis aliquot MSS. (Bauaricis) edenda curauit *Auguſt. Frid. Pfeiffer*, Conſil. aul. et PP. O. etc. Erlangae 1785. ſqq. 8. vol. 1 — IIII. Nondum abſoluta eſt editio; namque plures tomi adhuc deſiderantur. Cel. vero editor tum Mangeii notas, maxime criticas, excerpſit, tum varias codd. a ſe collatorum lectiones adiecit: idem praefationi ſuae adiunxit Mangeii praefationem, quam doctis ornauit adnotationibus. — *Philonis Iudaei* lib. de virtutibus ſ. de legatione ad Caium, imperat. graece. Lipſiae 1781. 8. quem libellum germanice vertit, notisque, in quibus narratio Philonis cum aliis comparatur ſcriptoribus, inſtruxit *Io. Frid. Eckhard*, Director Gymnaſii Iſenacenſis, Lipſiae 1783. 8. — In libello inſcripto: Antiquitatum variarum autores Lugd. apud Seb. Gryphium 1652. 12. reperitur pag. 86 — 245. *Philonis Iudaei* antiquitatum biblicarum liber, incerto interprete.

Liber *Antiquitatum biblicarum* ab Adamo ad Saulis mortem, latine tantum exſtat Philoni ſuppoſitus; editus tamen a Sichardo, Baſil. 1527. in Micropresbytico ibid. 1550. p. 295. et in Hiſtoria antiqua a Iuda Bonutio edita, Heidelb. apud Commel. 1599. 8. Item *breuiarium temporum etc.* eſt a Io-

Benzelſtierna, cenſorem librorum, ſuecice ſcriptum, Linköping 1791. 8.

a Ioanne Annio Viterbienſi ſuppoſitum, editum et illuſtratum, quod cum ceteris illius impoſtoris commentis aliquoties prodiit. — Librum de vita contemplatiua, in quo Philo de Therapeutis agit, in linguam gallicam transtulit *Bernard de Montfaucon*, et illuſtrauit notis, in quibus euincere ſtuduit, Therapeutas fuiſſe Chriſtianos, Paris. 1709. 12. quam ſententiam, Euſebio iam et Hieronymo probatam alii reiecerunt. Conf. de hoc Philonis libro, et controuerſiis, quas excitauit, *Heumann* in actis philos. tom. III. pag. 503. ſqq. et *Moshemium* in Commentariis de rebus Chriſtianis ante Conſtantin. M. pag. 55. ſq. — De editionibus quorumdam libellorum ſingularibus v. *Fabricium* et quae ego ad eius B. Gr. ſcripſi.

5. Philonem πλατωνίζειν, ſatis cognitum eſt compertumque: quod iam notarunt Iſidor. Pelus. libr. III. ep. 81. et Hieronym. in catal. ſcriptor. eccleſiaſt. Eius vero lectio quantum conducat ad intelligentiam quorumdam patrum eccleſiaſticorum, praecipue Alexandrinorum, vel inde perſpici poterit, quod illius amore et frequenti lectione decepti, ſcripturam et doctrinam ſacram, more Philoniano, h. e. ſubtilibus, ſaepeque futilibus, allegoriis explicare vel potius peruertere ſtuduerunt. Caput igitur allegoricae iſtius interpretationis pariter ac myſticorum haberi poteſt. vide *Moshemii* Commentar. laudatos, pag. 313. ſqq. Illius tamen libros ad iuſtam et adcuratam multorum N. T. locorum explicationem perquam vtiles eſſe, haud pauci viri docti oſtenderunt. Contemtim de Philonis ſcriptis iudicat Vitringa in Obſs. ſacr. lib. V. cap. XI. §. 3.

6. Conf.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. Libr. IV. cap. 4. vbi plura adtuli, *Bruckeri* hiſtor. critic. philoſ. Vol. II. pag. 797. ſqq. et in Append. ſiue Vol. VI. pag. 452. ſqq. *Hambergeri* Zuverläſſ. Nachrichten Vol. II. pag. 28. ſq. *Petri Weſſelingii* epiſtolam de Aquilae in ſcriptis Philonis Iudaei fragmentis, Trai. ad Rhen. 1748. 8. Vtilitatem illius in V. et N. T. euicerunt plures: *Claudius Frees Hornemann* in ſpecimine exercitationum criticarum in verſionem LXX. interpretum ex Philone, Gottingae 1773. 8. et in Obſeruationibus ad illuſtrationem doctrinae de canone V. T. ex Philone, — Hauniae 1775. 8. — *Bened. Carpzov*, in Stricturis philologicis in epiſtolam Pauli ad Romanos, Helmſtad. 1758. 8. et in Exercitationibus in S. Pauli epiſtolam ad Hebraeos, ex Philone, Helmſtad. 1750. mai. 8. qui etiam in prolegom. contra Mangeium diſputat de λόγῳ, num Ioannes in Euangelio ex Philone ſumſerit. adde Pfeifferi not. ad proleg. Mangeii pag. XXVI. ſq. et *Loesner* cum in lectionum Philonianarum ſpecimine, Lipſiae 1758. 4. tum in Obſeruationibus ad N. T. e Philone Alexandrino, Lipſiae 1777. 8. — *Ad. Frid. Kühn* ſpicilegium C. F. Loesneri Obſſ. Philoniarum in NT. — *Chr. Guil. Thalemann* de nube ſuper arca foederis cum vindiciis. Acc. commentat. de auctoritate *Philonis* et Ioſephi in hiſtoria rituum ſacrorum. Lipſiae 1771. 8. qui lib. valde commendatur in Erneſti nouiſſ. biblioth. theolog. tom. 1. part. V. p. 469 ſqq. M. *Gottleber* in IV. Proluſion. Miſniae 1773. et 1774. inſcriptis: Animaduerſiones hiſtoricae, philologico-criticae ad Philonis legationem ad Caium, oſtendit, Philonem iam per

ſe,

ſe, et cum Ioſepho ac Suetonio comparatum plerumque merere fidem, aliaque in hiſtoriis habere merita. — *Samuel Crellius* in litteris ad Crozium, in theſauro epiſtolico La-Croz. tom. I. pag. 97. ſqq. multus eſt de Philone: quem Chriſtianum factum aut crypto-Chriſtianum, (vt ita dicam,) fuiſſe, ſaltem de Ieſu Nazareno, aut certe de Ioanne Baptiſta Chriſtianisque Hieroſolymitanis, bona ſua in commune conferentibus, bene ſenſiſſe, demonſtraturus eſt ex Philone de migratione Abrahami, ed. Francof. pag. 407. B. coll. libro de vita contemplatiua: tum ex libro de praemiis et poenis pag. 923. D. E. vbi Philo hiſtoriam Act. II. 43, 44, 45, 46. IV. 32-35. V. I. etc. VI. I. deſcriptam plane reſpicere videtur Crellio. Enimuero num Philo libros N. T. ſacros viderit aut legerit, omnino dubium eſt. Porro Crellius, vt ſententiam ſuam de Chriſto firmaret, animaduertit, aut potius opinatus eſt, Philonem multa quidem de Logo dei habere; ſed Logon hunc hominem futurum aut factum non credidiſſe; Logon Philonis fuiſſe a deo creatum, adeoque deo creatore infinite minorem; Philonem Logon ſuum, deum ſecundum et minorem ex ſuo Platone hauſiſſe, et per Logon illum nihil aliud, niſi archangelum primum, aut angelum illum creatum, angelum notiſſimum, qui in veteri Teſtamento nomine dei adparuiſſet, et repraeſentaſſet deum, dei fuiſſet imago, intellexiſſe. Haec et alia contra ſententiam theologorum, qui vocantur orthodoxi, ex Philone de λόγῳ paulo vberius diſputat. — A *Tiberio Hemſterhuſio* in notis ad Lucianum, vol. I. Philo paſſim, pag. 55. a. 108. b, 310. b, 453. b. 287. a. emendatur

aut

aut explicatur, et pag. 62. b. adnotatur, Philonem fuiſſe Demoſthenis et optimorum quorumque imitatorem.

§. 10.

APOLLONIVS.

1. Si verum eſt, natus fuit a. ſecundo poſt C. N. et ſub Domitiano adhuc vixit. v. *Dion. Caſſ.* lib. 77. cap. 18. tom. II. pag. 1304. edit. Reimari. *Philoſtrat.* VIII. 27. p. 368.

2. Tyanenſis, Cappadox: Tarſi diſciplinas et doctrinas arripuit philoſophicas: praecipue vero amauit Pythagoricam. Atqui in vita, cultu, et longis multisque itineribus ſedulo imitatus eſt Pythagoram. Multa riſu digna, aut, quae quidem omne verum ſuperant, prodigia miraculaque edidiſſe ferebatur: Hinc diuini honores illi a variis tributi ſunt: (v. *Dion. Caſſ.* l. c. *Olearium* ad Philoſtrat. pag. 369.) in primis Philoſtratus multas de eo narrauit fabellas Mileſias ſecundum Damidem, Apollonii comitem: nempe vt idolorum cultores haberent, quem opponerent auctori religionis chriſtianae. Homo tamen fuit ſeditioſus. v. *Croze* litteras ad Cumberlaynium in theſauro epiſtol. LaCroz tom. III. pag. 78. qui praeter ea obſeruat, multos eſſe in tota illa hiſtoria geographicos errores de freto Gaditano et de ſuperiore Aegypto, quam Aethiopiam perperam adpellet.

3. Exſtant LXXXV. epiſtolae, in quibus ſunt quaedam ad illum exaratae.

4. Graece et latine apud Commelin. 1601. 8. cum Philoſtrato Gottfr. Olearii, Lipſiae 1709 fol.

pag.

pag. 375—410. *Io. Chriſtoph. Wolf* in epiſt ad La Croze in Theſauro epiſtolico LaCroziano tom. II. pag. 10 ſqq. et 15. in edit. Olearii cum interdum deſiderat ἀγχίνοιαν; tum inprimis quaedam epiſtolarum Apollonii loca aliter explicat atque illuſtrat. *La Croze* ibid. tom. III. pag. 247. in epiſt. ad Wolfium diſſentit in loco quodam interpretando, quem docte explicat: de Philoſtrato autem et Olearii editione grauiter et ſeuere iudicat.

5. Omnem impoſtoris iſtius hiſtoriam poſt Philoſtratum copioſe explicuit atque examinauit *Brucker* in hiſtor. philoſ. crit. Tom. II. pag. 98 — 158. et in Appendice pag. 352. ſqq. Adde *Fabricii* B. Gr. Libr. II. Cap. X. Sect. XI. pag. 415. et Vol. IV. cap. 24. pag. 60. et quos laudant *Hamberger* in Zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 182. *Saxe* in Onomaſt. liter. I. pag. 247. — M. *Io. Chriſtian. Herzog* diſſ. Philoſophia practica Apollonii Tyanaei in Sciagraphia, Lipſiae 1719. et M. *Sigiſm. Kloſe* diſſ. II. de Apollonio Tyanenſi, philoſopho Pythagorico Thaumaturgo, Witteberg. 1723. in prima egit de Pythagora, in altera de Apollonio et Philoſtrato: tertiam promiſit: quae quidem num lucem adſpexerit, ignoro. — *Moſhem.* comment. de Teleſticis imaginibus, quae Apollonio Tyaneo tribuuntur, in bibliotheca hiſt. philol. theol. Bremenſi, claſſ. III. faſc. 1. pag. 1 ſqq. claſſe V. faſc. II. pag. 206 ſq. Idem in epiſt. ad Crozium in theſauro laudato paſſim de Apollonio praeclare diſſerit, tom. II. pag. 266. coniicit, *Apollonium* Tyanaeum eumdem eſſe cum *Simone* illo Mago. Quam ſuſpicionem quum minus probaſſet Crozius, Wolfius ibid. pag. 269 ſqq. illam vberius ornat: at non intel-

intelligit Simonem Magum, in actis apoſtol. memoratum; ſed illum praeſtigiatorem, qui Neronis tempore romanam irrepſit eccleſiam, alium ab iſto Simone Samaritano, verum poſtea pro hoc Simone, aut pro Simone reſuſcitato habitum. Porro, diſcedit a Crozio, rato, nullam Apollonii ante Philoſtrati fabulas famam eſſe; Wolfius enim concedit quidem eſſe multa a Philoſtrato abſurde confiċta, hominem tamen et antea magnam nominis celebritatem praeſtigiis conquiſitam habuiſſe. Haec vberius explanat, atque de nummis, quibus memoria viri ſ. impoſtoris iſtius conſeruata eſt, ac de teleſticis imaginibus, et de alio agit Apollonio Calchedon. philoſopho ſtoico, de quo et aliis Apolloniis ad Fabricii B. Gr. vol. III. pag. 539. plura ſcripſi. Idem Moshem. in thes. ep. ibid. pag. 274. ſe, fatetur, neſcire, nec potuiſſe aliunde reſciſcere, num Gaulminus reuera ediderit Apollonii Tyanaei νυχθήμερον magicum, a ſe quidem vulgatum eſſe, diſerte ſcribit *Gaulmin.* de vita et morte Moiſis pag. 369 ed. Paris. pag. tamen 278. narrat, ſe νυχθήμερον illud, nugatorium nulliusque pretii, demum inueniſſe in notis ad Pſellum. Adfirmat, chronologiam ineptiſſimi Philoſtrati poſſe minime conſiſtere, et de telesmatibus Apollonii diſſeruiſſe Arpium libro de Telismanibus. — Apollonius iſte, quamuis et ipſe fuiſſet impoſtor, et a Philoſtrato aliisque, multis confictis fabulis, nimis laudatus: tamen noſtra aetate a quodam, doctrinae chriſtianae inimico, ad hanc irridendam, miraculis iſtius celebratis, defenſus, et ornatus, atque cum Chriſto, ſotere noſtro, malitioſe comparatus eſt in libro: *Gewiſsheit der Beweiſe des Apol-*

Apolloniſmus von Aemilius Lucinius Cotta, Oberprieſter bey dem Tempel des Iupiters zu Rom, *aus dem Lateiniſchen veberſetzt von dem Verfaſſer des Hierocles*, Francof. et Lipſiae 1787. 8. — Contra iſtum famoſum librum et auctorem bene armatus ſurrexit et impia illius iudicia oppugnauit *Lüderwald* in libro: *Anti-Hierocles oder Ieſus Chriſtus und Apollonius von Thyana in ihrer groſſen Ungleichheit von D. Io. Balthaſar Lüderwald*, Herzogl. Braunſchweig. Superint. zu Vorsfelde. Halae Sax. 1793. 8. conf. Allgem. deutſche Bibl. vol. VIII. part. 1. faſc. I — IV. Kilon. 1794. et Tubingens. ephemer. litter. pag. 53. ſqq. a. 1794.

6. *Damis*, intimus ille Apollonii amicus ac diſcipulus, perpetuusque itineris comes, fuit Aſſyrius Ninus, et conſcripſit commentarios, in quibus dicta placitaque Apollonii, et ea, quae diuinaſſe dicitur, omnia plane quidem ſatis, ſed parum diſerte expoſuit, narrante *Philoſtrato* de vita Apollonii lib. 1. cap. 3. pag. 5. ed. Olearii, cuius notas conſules. Illius ſe commentariis in hiſtoria ſua concinnanda cum fructu vſum fuiſſe, fatetur Philoſtratus. adde *Suidam* voc. Δάμις et *Kloſium* in II. diſp. mem. pag. 10.

§. 11.

ONOSANDER.

1. Claudii aetate vixit, et a. poſt C. N. 53. Strategicum ſuum Veranio dedicauit.

2. Quam patriam, quosue parentes habuerit, non conſtat. Philoſophus, vti videtur, Platonicus, et officiorum ducis belli magiſter fuit.

3. Scripſit Strategicum, ſiue de imperatoris inſtitutione librum.

4. *Nicol. Saguntinus* primus latine vertit et edidit cum Vegetio Frontino etc. Romae 12. 1493. rec. Baſil. 1541. 1558. 1570. 8. — Tum *Ioach. Camerarium* latine vertit *Onos.* commentarium de re militari; quam verſionem ediderunt eius filii, Noribergae 1595. 8. — *graece* vero ex duobus codd. Medic. et tertio quodam recentiore primus recenſuit et cum variis lectionibus ex quarto Morelli codice, itemque notis ſuis et verſione edidit Nicolaus Rigaltius, Paris. 1599. in calce autem 1598. 4. — recuſa eſt haec editio a Commelino 1600. 4. cum Aemilii Porti caſtigationibus; — tum tertium prodiit textus Rigaltinus graece et latine cum variis lectionibus ex MSS. (n. Rigaltian.) et cum diſſ. politicis *Ioannis a Chokier*, Romae ſine anno (at dedicatio et praef. ſcriptae ſunt 1610.) 4. Moguntiae 1613. 4. Nouiſſima et emendatiſſima eſt: *Onoſandri Strateg.* — ad codd. MSS. fidem expreſſus et ex antiquorum tacticorum potiſſimum collatione, notis perpetuis criticis, (etiam grammaticis, interdum iuſto vberioribus,) emendatus, nec non figuris aeri inciſis illuſtratus. Accedunt duo indices — vna cum verſione Gallica *L. B. de Zur — Lauben* etc. ad calcem libri adiecta, cura et ſtudio *M. Nicolai Schwebelii*, (tum Gymnaſii Noriberg. Rectoris,) Norimbergae 1762. fol. Vſus eſt duobus codd. chartaceis. In praef. agit de Onoſandro atque illius editionibus, verſionibus, et de ſubſidiis, quibus inſtructus ad parandam hanc edit. acceſſerit, atque ſe vidiſſe, ait, *Gruteri* diſcurſus ſiue commentarios ad inſigniora loca Taciti atque Ono-

Onoſandri, in bibliopolio Commelinian. 1604. 4. quem librum fruſtra quaeſiuerat Fabricius. — Germanice vertit. *A. H. Baumgärtner* et in: Vollſtändige Sammlung aller Kriegsſchriftſteller der Griechen, Manhem. 1777 et ſeorſim cum inſcriptione, *Onoſanders Unterricht eines Feldherrn etc.* 1786. 4. cum figg. aen.

5. Quotquot ſcriptores tactici cum romani tum graeci poſt Onoſandrum ſcripſerunt de re militari, illi paene omnes huius veſtigia legerunt, in primis Leo, imperator, qui eius totum fere Strategicum in ſuum opus tranſtulit, et, quae Onoſander ſatis graece atque eleganter ſcripſerat, hic verbis plerumque barbaris expreſſit. Noſter enim ſedulus Xenophontis lector atque imitator ab hoc colorem orationis potiſſimum duxit, et pro aetatis ſuae ingenio ſatis venuſte ornateque ſcripſit.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. 28. nr. XI. Vol. IIII. *Suidam* in v. Ὀνησανδρος, *Saxii* Onom. I. pag. 248. et §. 53. ſuperior. ſect. *Polybium.*

§. 12.

PEDANIVS (*) DIOSCORIDES.

1. Floruit circa an. Ch. 64.

2. Anazarbeus, Cilix. Botanices graecanicae princeps auctor, et clariſſimus Medicus, qui per

C 2 Euro-

(*) *Pedanius* enim, non, vti in vulgatis ſcribitur, *Pedacius*, fuiſſe praenomen, locuples teſtis eſt vetuſtus Dioſcoridis codex in bibliotheca Caeſarea Vindobenen-

Europam et Aſiam profectus eſt, et plantas breuiter deſcripſit.

3. Superſunt *de materia medica*, libri V. *de alexipharmacis et theriacis*, libri II. ſiue libri VI. et VII. aut liber VI. ſuperiorum, mente quorumdam, ſed num genuini ſint Dioſcoridis, poteſt dubitari: *de Euporiſtis*, *ſiue facile parabilibus medicamentis* libri II. qui vero a nonnullis ſpurii habentur, aut Dioſcoridi cuidam iuniori tribuuntur. v. *Halleri* Bibl. Botan. pag. 87. de Euporiſtis: et cel. *Ackermann* in Fabr. B. Gr. vol. IIII.

4. Princeps editio eſt Aldina, libri VI. de materia medica: *πεδακίȣ Διοσκορίδȣ ἀναζάρβεως περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγοι ἕξ. ἔτι περὶ ἰοβόλων ἐν ῷ περὶ λυσσῶν τȣ̃ κυνὸς, σημείωσίς τε τῶν ὑπ᾽ αὐτῶν δεδηγμένων καὶ θεραπεία.* cum Nicandro, Venetiis. 1499. fol. — Porro emendatius, additis pluribus nothis opuſc. recenſente *Hieronymo Roſcio*, (qui cod.

nenſi, quem poſt *Lambecium* in comm. de bibl. Caes. lib. II. cap. 7. copioſe deſcripſit *Neſſel* in Catalogo MSStorum in illa bibliotheca part. III. pag. 1 — 14. et in compendio, omiſſis tabulis aeri inciſis, Reimmannus in Bibliotheca acroamatica ſiue recenſione ſpeciali codd. — biblioth. Vindobenens. etc. pag. 146 — 159. In cod. regio Matrit. teſte *Iriarto* in catal. graec. MSS. pag. 435 ſq. bis ſcribitur *πεδανίȣ διοσκουρίδȣ ἀνατάρβεως* etc. ſic quoque in cod. 84. fol. 132. pag. 344. hoc tamen diſcrimine, vt ſemel *Διοσκουρίδȣ*, bis autem *Διοσκȣρίδους* exaratum ſit nomen. De nomine et aetate Dioſcoridis v. *Montfaucon* palaeogr. gr. lib. III. cap. 2. pag. 201. 209. 211. De vera illius aetate, et num Plinius ſit eius plagiarius copioſe agit et negat Poſterius *Paulus Cigalinus* in orat. de fide et auctoritate Plinii, huius opp. praefixa.

cod. vſus eſt,) ibidem 1518. 4. ſeu octaua media. — Inde Baſileae 1529. 4. ex aedibus Io. Bebelii, edente *Iano Cornario* cum indice et libris II. de venenatis animalibus et cum ſpuriis fragmentis. Cornar. correctiorem quidem dedit textum, at ſubinde coniecturis ſuis audacioribus mutatum. *) — graece et latine, ex verſione et cum commentariis *Marcelli Vergilii*, Colon. 1529. fol. — *Hermolai Barbari* in Dioſcoridem corollaria, ibid. 1530. fol. **) Mar-

 cel-

*) *Cornarius* quoque Dioſcorid. latine vertit et edidit Baſil. 1557. fol. v. *Freytag* adparat. litterar. tom. II. vbi pag. 895 copioſe recenſet edit. Aldin. II. 1518. et pag. 897 ſqq. edit. gr. Cornarii, eiusque edit. lat. ac de Dioſcoride, cum primis de Iano Cornario multus eſt.

**) *Apoſtolus Zenus* in diſſertatt. Voſſianis, italice ſcriptis, tom. II. pag. 379. et primam et recentiores editt. plenius deſcribit. Primae editionis hanc ſignificauit eſſe epigraphen: *In hoc volumine haec continentur. Io. Baptiſtae Ignatii Veneti in Dioſcoridem ab Hermolao Barbaro traslatum annotamenta, quibus morborum et remediorum vocabula obſcuriora in vſum etiam mediocriter eruditorum explicantur. Pedacii Dioſcoridis Anazarbei de medicinali materia ab eodem Barbaro latinitate primum donati libri quinque. Eiusdem de noxiis venenis, vt caueri vitarique poſſint lib. I. Eiusdem de venenatis animalibus et rabioſo cane liber I. Eiusdem ne eorum, quos animalia momorderint liber I. Hermolai Barbari P. V. et Patriarchae Aquileienſis corollarium libris V. abſolutum. Accedit in Dioſcoridem et corollarium index quam copioſiſſimus.* In calce leguntur: *Excudendos* Venetiis *hosce Dioſcoridis libros octo Aloyſius et Franciſcus Barbari et Io. Bartholomaeus Aſtenſis curarunt in Gregoriorum fratrum officina* Hermolao Barbaro, *Patritio Veneto et Patri-*

cellus, iudice Hallero, botanicus non fuit, et multus eſt in reprehenſione Hermolai. Commentarii copioſi ſunt, et pleni antiquorum librorum lectione, ſtirpibus tamen ignotis reuelandis non conferunt. — Opera omnia graece et latine, cum caſtigationibus eruditis *Iac. Goupyli*, (qui codd. Paris. conſuluit et textum dedit correctiorem) ex interpretatione Ruellii, Falc. etc. Paris. 1549. 8.— Optima tamen et ex codd. emendatior, ac pleniſſima, additis euporiſtis, editio eſt, reliquis certe praefertur, quae cura et cum notis criticis *I. Antonii Saraceni*, ſumtibus her. A. Wecheli, Cl. Marnii et Io. Aubrii 1598. fol. prodiit. Textus eſt Goupyli. *Ioan. Sambucus* primum ceperat conſilium ap. H. Stephan. edendi Dioſcoridis, ſed labori immortuus eſt. E ſex MSS. et edd. varietas lectionis in margine notata eſt. Scholia continent emendationes, et comparationes aliorum auctorum; Saracenus vero herbarum non peritus fuit. Loca quae videntur ſpuria ad calcem libri adiecta ſunt. — Dioſcoridis Euporiſta, primum gr. et lat. edita e cod. Auguſt. per Ioan. Moibanum et illo operi immortuo, per Conradum Gesnerum, qui etiam notas addidit, Argentor. 1565. 8. Poſtea Saracenus de integro recenſuit, nouamque fecit verſionem in ſua Dioſcoridis edit.

Quamquam multi fuerunt, qui in Dioſcoridem commentarentur, tamen tertia forte pars plantarum

Patriarcha Aquilei. patriarcha. Kal. Februarii MDXVI. fol. — Eadem Corollaria cum commentariis *Marcelli Virgilii*, Florent. in edit. Argentorat. 1529 fol. = Colon. 1529 fol. ibid. apud Io. Soter. 1530 fol.

rum Dioſcoridearum ignoratur, et Matthiolus ac Ruellius vni, inter tot interpretes, plantarum periti fuerunt. Etiam nunc deſideratus commentator, qui easdem, quas Dioſcorides, regiones percurrerit, plantasque in claſſico ſolo lectas, cum deſcriptionibus cl. Viri comparauerit, iudice *Hallero* in biblioth. Botan. pag. 85.

5. Eodem *Hallero* iudice, locuplete, idoneoque et peritiſſimo auctore, qui virtutes et defectus Dioſcoridis, eiusque interpretes in Biblioth. Bot. Tom. I. Tiguri 1771. 4. pag. 97. ſqq. multis recenſet, nemo botanicorum famam et auctoritatem Dioſcoridis attigit, ex quo Plinius, Galenus, Oribaſius, Serapio et tota poſteritas hauſerunt, et quem Galenus, licet eum non ſine nota dimiſiſſet, perfectiſſime et pleniſſime ſcripſiſſe de medicamentis, fatetur. Multorum quoque medicamentorum chirurgicorum auctorem fuiſſe Dioſcoridem, docet *Hallerus* in biblioth. Chirurgica Tom. I. pag. 62. ſqq. Ille tamen et Artemidorus Capito in ſua Hippocratis editione multa pro arbitrio immutaſſe et priſtinas lectiones adulteraſſe a *Galeno* de natura humana lib. 1. p. 4. ed. Baſil. arguuntur. v. *Villoiſon* anecd. gr. tom. II. p. 136 ſq. not.

6. Praeter eos, qui hiſtoriam Medicinae concinnarunt, vide cel. *Ackermann* in *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Cap. III. Vol IIII. m. ed. *Eſteuan de Villa vida de Dioſcorides*, in Vidas de doze Principes de la Medicina, por Eſtev. de Villa. Burgos. 1647. in 8. cap. VI.

§. 13.

ANDROMACHVS.

1. Pater, Cretenſis, Neronis Archiater et Theriacae inuentor; et filius eiusdem nominis, vterque Medicus graecus.

2. Pater Theriacae laudes carmine elegiaco, a Galeno ſeruato, celebrauit.

3. De Theriaca et eius multiplici vtilitate ac recta conficiendi ratione, in Andromachi ſenioris carmen graecum de theriaca ex viperis inſcriptum commentarius — authore Franciſco Tidicaeo, Thorunii, A. Coten. 1607. 4. — gr. et cum noua verſione lat. ac praefatione in qua editor doctus de Andromacho Rotaeque et alius V. D. verſion. agit, Noriberg. 1754. 4.

4. Conf. *Fabric.* B. Gr. Libr. III. cap. 29. Vol. IIII. pag. 356 ſqq. *Halleri* B. Chirurg. Tom. I. pag. 63. in primis B. botan. 1. pag. 63. et 103 ſq.

§. 14.

EROTIANVS vel (vt alii quidem, ſed minus recte, ſcribere volunt,) HERODIANVS.

1. Eiusdem circiter aetatis Neronianae, ante Galenum auctor Gloſſarii Hippocratei, *τῶν παρ' Ἱπποκράτει λέξεων συναγωγή.*

2. Id primus vulgauit *Henr. Stephan.* cum ſuis et Gesneri notis, Paris. 1564. 8. Latine vertit ex cod. Vatic. et notis illuſtrauit *Barthol. Euſtachius*, Venet. 1566. 4. — additum editt. Hippocratis Geneu 1657. fol. et Paris. 1639. fol. — Pleniſſima eſt editio: *Erotiani*, Galeni et Herodoti Gloſ-

ſaria in Hippocratem, ex recenſione Henr. Stephani, graece et lat. Acceſſerunt emendationes H. Stephani, Barthol. Euſtachii, Adriani Heringae etc. Recenſuit, varietatem lectionis ex msstis codd. Doruiilii et Mosquenſi addidit, ſuasque animaduerſiones adiecit *Io. Ge. Frid. Franzius*, Lipſiae. 1780 mai. 8. In praeſat. agit de ſcriptura, aetate et edition. *Erotiani*, et reliquorum.

3. *Bernardi* collatio Lex. Erotiani ad cod. MStum Doruillii, in Miscell. Obſſ. nou. Tom. IX. pag. 999. ſqq. *Adr. Heringae* obſeruatt. critic. cap. 1. pag. 1. ſqq. Leoward. 1749. 8. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. Libr. IV. cap. 36. pag. 571. ſqq. ed. vet. *Halleri* Bibl. Botan. Tom. I. pag. 88.

§. 15.

De IVSTO, Tiberienſi Iudaeo, qui tempore excidii Hieroſolymitani vixit, et Chronicon de regibus Iudaeorum ſcripſerat, quod vero intercidit, v. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. Libr. IV. cap. 6. p. 254. et Vol. IX. pag. 385. ed. vet.

§. 16.

FLAVIVS IOSEPHVS.

1. Natus a. Ch. 37. vixit adhuc A. C. 93.

2. Hieroſolymitanus, Matthatiae ſiue Matthiae filius. Admodum adoleſcens in doctrina ſuae religionis miros fecerat progreſſus. Poſtquam vero Banuni, eremitae, addixerat ſe, et per triennium auſterum illius viuendi genus imitatus erat, Hieroſolymam rediit, et Phariſaeorum haereſin ſectatus eſt, Anno aetatis viceſimo ſexto, Chriſti

XLIII. Romam venit, et per mimum quemdam Iudaeum Poppéae, Neronis vxoris, fauorem eiusque opera libertatem quorumdam cognatorum, quos Procurator Felix captiuos miſerat Romam, impetrauit. Domum reuertens patriam tumultu caedibusque miſeram laceratamque reperit, et hortationibus ac perſuaſionibus fruſtra quaeſiuit cum Roma reconciliare. Tum anno aetatis triceſimo, Chriſti *LXVII.* cum poteſtate in Galilaeam miſſus, vt rebus turbidis proſpiceret, multa prudenter, prouide et fortiter geſſit. At Iotapata eodem anno a Veſpaſiano capita, viuus venit in victoris poteſtatem: qua tamen callido praeſagio, Veſpaſianum eiusque filium, Titum, dignitatem et ſummam imperii Romani conſequuturos eſſe, quum biennio poſt euentus vaticinium *) comprobaſſet, catenis ſecuri more conſueto confractis, liberatus eſt: atque a patrono et manumiſſore ſuo praenomen *Flauii* accepit. Poſtea Tito, cui iucundus erat, adfuit a. Chr. LXX. in obſidione Hieroſolymae, vbi ſingula diligenter adnotauit: quae Romae otium nactus, atque fauore trium imperatorum, Veſpaſiani, Titi et Domitiani, ringentibus licet inuidis adcuſatoribus perpetuo

*) De hoc vaticinio callido et rebus temporique apto in diſp. Lipſiae 1699. habita egit *Gottfrid Olearius.* Poſthaec M. *Theodor Ambroſius Strohbach* in diſſ. de Ioſepho Veſpaſiano imperium praedicente, vere num diuinauerit, Lipſiae 1748. 4. non quidem in eo fidem habet Ioſepho, quod vi diuina ſe futura praeſenſiſſe dicat: at in tribus ſectionibus oſtendere ſtuduit, 1) non commentum eſſe, ſed vere accidiſſe, vt Veſpaſiano ſumma imperii a Ioſepho ſit praedicta; 2) num diuinauerit Ioſephus, inquirit; 3) docet, illum callide coniicientem, admodum verſute ſe vatem profeſſum eſſe.

petuo abundans, deinceps in ordinem redegit, et in libro ſingulari expoſuit. Vltra quartum decimum Domitiani imperii, et annum aetatis ſuae LVI. vixit: quo vero tempore mortuus ſit, non omnino conſtat.

3. Scripſit 1) *de bello Iudaico et euerſa Hieroſolyma* libros VII. a ſe, vt ipſe fatetur, ſumma fide et cura exaratos, et Tito Imperatori, qui illos decreto manu ſua ſubſcripto iuſſit vulgari, regique Agrippae, probatos. Primum in ciuium ſuorum vſus conſcripſerat illos patrio ſermone, qui ſiue fuerit ſyrochaldaicus, ſiue hebraicus, nolo decernere:*) deinde graece obtulit eos Veſpaſiano. Latine transtulit primum *Rufinus* Aquileienſis, cuius interpretatio adhuc exſtat: deinde alius, neſcio quis? modo enim Ambroſio, modo, idque vulgo, Hegeſippo tribuitur. — 2) Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, *Antiquitatum iudaicarum libros XX.* (quibus vitam ſuam ſubiunxit,) ab origine mundi vsque ad XII. Neronis annum, quo Iudaei aduerſus Romanos rebellare coeperunt. Temporis ordo, quem cum graeca LXX. interpretatione conuenire adfirmauit *Iakſon* in Chronol. Antiq. Tom. I. pag. 119. ſqq. negauit vero cum aliis *Petrus Brinch*, Danus, in Chrono-

*) *Ioſephus* lib. V. de B. iud. cap. IX. §. 2. et lib. VI. cap. II. §. 1. ſcribit, ſe lingua iudaica loqui potuiſſe. Cum tamen hebraice calluiſſe negant *Basnage* exercit. ad Baronium p. 388. *Andr. Maſius* comm. ad Ioſuae X. 1. p. 1662 et ad c. XVIII. 16. p. 1838. it. *Vorſtius* de hebraism. N. T. P. I. p. 37. ac *Pfeifer.* crit. ſ. p. 231. Secus ſentit Fabric.

Chronologiae Ioſephi examine, Hafniae 1701. 4. et quem ab aliis quoque ſcriptoribus interdum diſcrepare animaduerterunt viri docti, item quaeſtio, num Ioſephus ipſe opus illud bis recenſuerit, et num fidem mereat, denique locus libr. XVIII. Antiqq. cap. 4. de Chriſto, conſeruatore noſtro, num genuinus ſit, nec ne? homines eruditos in diuerſas traxerunt ſententias. v. *Fabricium* pag. 230—238. tom. III vet. edit. et paulo poſt, n. 6. alios excitabo viros doctos. — 3) *De antiquitate gentis iudaicae*, libri II. contra Manethonem, Apionem aliosque. — 4) *De Imperio rationis in laudem ſeptem Maccabaeorum*: cuius libri codd. inter ſe valde diſſident. conf. *Euſeb.* H. E. III. c. 9.

4. Princeps graeca editio *) eaque typis nitidis deſcripta, eſt, Baſil. 1544. fol. ex officina Hieron. Frobenii et Nic. Epiſcopii, cura *Arnoldi Peraxyli Arlenii* ex MSS. *Dieg. Hurtardi Mendozae*, oratoris Caroli V. apud Venetos, aliorumque. Codd. de bello Iudaico meliores fuerunt, quam de Antiqq. Iudaicis, in quibus ſe teſtatur vſum fuiſſe epitome quadam et opera Sigismundi Gelenii. — graece et latine, Geneuae 1611. fol. in qua Antiquitatum libri et vita Ioſephi cum Gelenii verſione exhibentur, libri de b. Iudaico cum Rufini et libri, qui contra Apionem vulgo inſcribuntur, cum ver-

*) De Ioſephi Msst. editionibus, verſionibus iisque, qui eum edituri fuerunt, agitur in Monathl. Auszügen a. 1700. pag. 54. ſqq. adde catalogum editionum ac verſionum in cl. *Meuſelii* biblioth. hiſtor, vol. I. part. II. pag. 209—236.

verſione antiqua, quae et ipſa *Rufino* vulgò tribuitur, per Gelenium emendata, tum liber de Maccabaeis cum paraphraſi Erasmi, — vitioſe ad verbum repetita, Geneu. 1635. fol. — tum graece et latine, iuxta editionem graeco-latinam Geneuenſem (1611) ad manuſcriptos Palatinae bibliothecae codices caſtigatam, quae nunc pluribus mendis expurgata, et praeter ea prolegomenis et appendice auctior redditur, Coloniae, (Lipſiae,) ſumtu G. Weidmanni 1691. fol. editore *Ittigio*, qui in prolegomenis copioſis de Ioſephi ſcriptis et editionibus egit, in adpendice vero dedit 1) *Ariſteae* librum de LXX. interpretibus cum verſione Matthiae Garbitii et variis lectionibus. 2) *I. A. Fabricii* notas ad Ioſephi XII. cap. 2. quo ſumma libri Ariſteae refertur. 3) librorum de bellō Iudaico et libri de Maccabaeis variae lectiones ex cod. gr. bibliothecae Paulinae Lipſienſis a *I. Frid. Fellero* collectae. 4) libelli de Maccabaeis, (a *Lloydio* Oxon. 1590. ſeparatim auctius et emendatius editi, in linguam latinam translati et notis illuſtrati, tum a Combefiſio Auctario nouiſſimo biblioth. Patrum, Paris. 1672. fol. additi et expliciti, et quibusdam graecorum bibliorum editionibus adiuncti. v. *Fabric.* l. m. pag. 245. not. m) verſionem latinam auctore *Francisco Combefiſio* cum eiusdem animaduerſionibus. 5) fragmentum ex libro περὶ παντὸς ſub Ioſephi nomine ab Hoeſchelio in notis ad Photium vulgatum cum verſione latina *Stephani le Moyne*, conf. Acta erudit. Lips. 1691. m. Maio pag. 244. ſqq. — *Antiquitatum Iudaicarum* libri IV. priores et pars magna quinti gr. et lat. Cum exemplaribus MSS. collati et illuſtrati notis ampliſſimis *D. Eduardi*

Eduardi Bernardi. *) it. Hiſtoriarum de bello Iudaico liber primus, et pars ſecundi gr. et lat. ad codd. MSS. itidem recogniti et emendati, Oxon. 1700. fol. Tom. I. tantum lucem adſpexit. Verſio vetus latina addita hoc loco non ſub nomine *Rufini*, ſed, ex coniectura quadam, *Epiphanii ſcholaſtici* comparet. Notae ſunt reconditae eruditionis e ſcriptoribus Talmudicis et aliis; tum Patricii Iunii, Caſauboni, Lightfoti, Sam. Petiti et Io. Andr. Boſii animaduerſiones acceſſerunt. - Splendidam editionem parauit *I. Hudſon.* Oxon. 1720. II. Voll. **) Hanc repeti fecit et egregiis acceſſionibus locupletauit Sigebertus Hauercampus, et inſcripſit:

Fl. Ioſephi, quae reperiri potuerunt, *opera omnia.* Graece et latine cum notis et noua verſione Ioannis Hudſoni. — Accedunt nunc primum notae integrae ad graeca Ioſephi et varios eiusdem libros, D. Eduardi Bernardi, Iac. Gronouii; Franciſci Combefiſii, Io. Sibrandae, Hendr. Aldrichii, *) vt et ineditae in vniuerſa Fl. Ioſephi opera, Ioan. Coccei, Ezech. Spanhemii, Hadriani Relandi, et ſelectae aliorum etc. — Omnia collegit, diſpoſuit, et poſt Io. Hudſonum ad codices fere omnes, cum impreſſos tum manuſcriptos, praecipue Lugduno-Batauos, diligenter recenſuit, notasque paſſim ſuas et quinque in fine indices adiecit *Sig. Hauercamp.* II. Voll. Amſt. Lugd. B. et Vltrai. 1726. fol. Conf. Cleric.

*) De Bernardi notis ad Ioſephum contemtim iudicat *Clericus* bibl. ant. et mod. tom. XIV. pag. 305. et tom. XVIII. p. 174. et tom. XXVI. p. 201.

**) De qua edit. v. *Cleric.* l. c. tom. XIV. p. 237. ſq.

*) Qui lib. de bello iudaico edidit 1687.

Cleric. bibl. cit. tom. XXVI. pag. 192. — Nouam editionem, cuius baſis eſt ed. Hauercampiana, a mendis typographicis purgata, parare inſtituit cel. *Oberthûr*, Prof. et Theologus Wirceburgenſis: inſcripta eſt illa:

Flauii Ioſephi Hebraei opera omnia, gr. et lat. excuſa ad editionem Lugduno-Batauam Sig. Hauercampii, cum Oxonienſi Io. Hudſonii collatam, curauit *Franciſc. Oberthûr*, S. S. Theol. et V. I. doctor etc. Lipſiae ſumtu E. B. Schwickerti. tom. I. 1782. — tom. II. 1783. — tom. III. 1785. mai. 8. Ab eo tempore ceſſarunt, neſcio, qua de cauſa, operae. Nondum enim editio eſt abſoluta et profligata. Illi enim tres tomi deſtituti ſunt omni adnotatione; atque ven. Oberthür, qui ad comparandum adparatum criticum ac grammaticum, et ad plenam hiſtoriam Ioſephi, librorum, codd. atque editionum ſubſidiorumque litterariam concinandam multas variarum vrbium et academiarum, praecipue Gottingenſis, bibliothecas inueſtigauit, omnes, quas nanciſci potuit, copias litterarias excuſſit, omniaque, quae ſibi et illuſtrando Ioſepho vtilia viderentur, diligenter congeſſit, ea, quae reſtant, et quae operoſe coegit, aliquot adhuc deſtinauit tomis. Quare, vt reliqui tomi tandem carcere quaſi ſuo *emittantur*, omnino eſt optandum. — *Flauii Ioſephi* de vita ſua liber, graece. Recenſuit, varietatem lectionis adiecit *H. Ph. Kr. Henke.* Brunſuici 1786. 8.

ChreſtomathiaFlauiana ſiue loci illuſtres ex Flauio Ioſepho delecti et animaduerſionibus illuſtrati a *Io. Georg Trendelenburg* (Prof. Dantiscano,) Lipſiae 1789 8.

8. In notis multa loca critice tractauit; alia hiſtorice aut geographice explicuit aut vers. emendauit lat.

Latine tamen prius, quam graece, Ioſephi libri lucem adſpexerunt. Ego vero antiquiſſimas, easque praeſertim, quae a Fabricio vel omiſſae ſunt vel parum curate indicatae, aut in manibus habeo, h. l. memorabo. Princeps editio eſt: *Ioſephi* antiquitatum judaicarum libri XX et de bello iudaico libri VII. etc. Auguſtae Vindel. per Io. Schüsſler. 1470. fol. mai. de qua edit. v. cl. *Seemiller* Incunabula typogr. bibl. Ingolſtad tom. 1. pag. 22 ſqq. cl. *Panzer* annal. typogr. tom. 1. pag. 100 *Braun* in notit. de libr. typogr. monaſt. ad SS. Vdalr. et Afram tom. 1. pag. 130 ſq. catal. bibl. Schwarzian. tom. II. pag. 73 ſq. Acta erud. Francon. tom. II. pag. 87. — In catalago tamen bibl. Roloffianae, (part. II. Berol. 1789. 8.) pag. 56. indicatur editio, charactere gothico deſcripta, ſine nota loci et anni, et inſcripta: *Incipit prologus ſancti Ieronimi in Ioſephum.* In fine: *Explicit hyſtoria flauii ioſephi de antiquitate.* — *Flauii ioſephi in textu librorum de iudaico bello prologus incipit.* In fine: *Explicit hyſtoria flauii ioſephi de iudaico bello feliciter.* in fol. Hanc editionem eſſe antiquiorem editione a. 1470 ſuſpicatur adnotator. — *Ioſephi hiſtor. de bello iudaico libr. VII.* in calce: *impreſſit — Arnoldus Pannartz natione Germanus — anno* MCCCCLXXV. (1475.) — *Platyna emendauit.* fol. v. *Audiffred.* catal. edd. roman. ſaec. XV. pag. 188 ſq. *Roloff* catal. part. 1. pag. 71 ſq. — *Ios.* de B. Iudaico et de antiqq. Iudaeorum, Veronae 1480. fol Non auctor verſionis, ſed corrector huius editionis fuit Ludou. Cendrata. — de B. iud.

et

et libri antiqq. Venet. per Mag. *Raynaldum de Nouimagio*, almanum 1481. fol. min. v. *Denis* annal. typogr. Maittair. ſupplement. tom. I. pag. 135. nr. 986. *Ioſ.* libri XX antiqq. iudaic. libri VII. de B. iudaico; libri II. de antiquitate Iudaeorum. Venet. per Io. Vercellenſem. 1486. fol, v. *Seemiller* l. c. faſcic. III. pag. 64. Catal. bibl. *Nic. Roſſi*, Romae 1786. 8. pag. 62. vbi quoque editio quaedam *Veneta* ſine a. nota, antiqq. iudaic. per Rufinum Aquilienſem, indicatur. — *Ioſeph. de antiqq. ac de B. iudaico, de Greco in latinum traductus per ven. Presbyt. Rufin. Aquil.* — Venet. impreſſit Albertin. Vercellenſis 1499. fol. Ex reliquis, a Fabricio et Meuſelio etiam commemoratis, proferam paucas adhuc editiones ac verſiones. *Ioſ.* Opp. ad multorum codicum latinorum, eorumdemque vetuſtiſſ. fidem recognita et caſtigata. — Antiqq. iudaicar. libri XX. de B. iudaico libr. VII. Contra Appionem apologetici libr. II. interprete *Rufino* presbytero. *De inſigni Machabaeorum martyrio liber vnus*, opidoque elegans, cui titulum fecit: περὶ αὐτοκράτορος λογισμȣ̃ caſtigatus ab *Eraſmo* Roterodamo, numquam antehac praedictis additus: cum indice et annotationibus, (ex emendat. Godofredi Hittorpii,) — Colon. Agrippin. in aedit. Eucharii Ceruicorni. Impendio et aere — Godofredi ciuis Colon. (praefante *Iacobo Sobio.*) 1524 fol. — Ioſephum hinc inde emendatiorem edidit eodem anno 1524. Frobenius, Baſil. fol. — *Ioſ. opera* ex emendatione *Sigiſm. Gelenii* (qui latinam librorum de antiqq. iud. verſionem cum nonnullis codd. msstis contulit; hiſtoriam autem B. iudaici e codd. gr. msst. II emendauit,) Baſil. ex off. Froben. 1534. fol. —

ibid. apud eumdem 1540 fol. in qua editione, typographus monet, exempla graeca ex Gallia, Germania et Polonia corrogata fuiſſe in libris de B. iud. et contra Apionem cum latinis collata, atque in libris contra Apionem circa finem I. et II. libri vltra centenos verſus, hactenus omiſſos, fuiſſe additos. — Gelenius antiqq. iudaicas ex graeco ſermone denuo tranſtulit in latinum: Reliqua Ioſephi opp. ſunt ſecundum verſionem latin. veterem recuſa, praeter librum de Maccabaeis, ab Eraſmo lat. verſa: Ioſephi quoque vita, a ſe ipſo conſcripta, et a Gelenio latine verſa, primum reliquis opp. adiecta ſunt in edit. Baſil. 1548. fol. ibid. 1559 fol. etc. — *Germanice* verſa ſunt primum a. D. *Caſp. Hedio* ex verſione latina, *Fl. Ioſephi vnd Egeſippi* Hiſtorien und Bücher. Argentor. 1531 fol. 1535 f. — correct. ex gr. exempl. ibid. 1561. fol. — Denuo germanice verſa a M. *Io. Sprengen* et *Zachar. Munzer*, et ſumtu Io. Feyerabend excuſa, Francof. ad Moenum 1581. fol. — Omnia Opp. germanice conuerſa a *Conrado Lautenbach*, ibid. 1514. 1595. 1611. F. Francof. 1676. 4. 1687. fol. 1711. 4. — Denique vno eodemque anno germanice veterunt Ioſephi opp. *Io. Baptiſta Ottius*, Tiguri 1736. fol. ſ. VI. tom. 8. et *Io. Frid. Cotta*, Tubingae 1736 fol. Conf. Nachricht von der Zürcheriſchen Ausgabe der Schriften Ioſephi, Tiguri 1736. 8. in quo ſcripto et Lautenbachii et Cottae verſio multorum magnorumque conuincitur errorum: nouae autem verſionis Tigurinae praeſtantia celebratur: de Tigurina interpretatione v. Acta erudit. ſupplem. nou. tom. VI. pag. 193 ſqq. — *Gallicae* verſiones, quas ad manus habeo, ſunt: Hiſtoire

ſtoire de Fl. Ioſephe — miſe en Francois: Reveuë ſur le Grec, et illuſtree de Chronologie, figures, annotations et tables, tant des Chapitres, que des principales matieres, par *D. Gilb. Genebrard.* Docteur en Theologie, et Prof. Paris. 1578. fol. — Hiſtoire des Iuifs, ecrite par Flavius Ioſeph, ſous le Titre de Antiquitez Iudaiques traduite ſur l' Original Grec reveu ſur divers Mſcts par Mons. *Arnauld d' Andilly.* Paris 1667. fol. — Hiſtoire de la Guerre des Ivifs contre les Romains, Responſe à Appion, Martyre des Machabées par Flavius Ioſeph et ſa vie ecrite par luy — mesme, avec ce, que Philon à eſcrit de ſon Ambaſſade vers l' Empereur Caius Caligula, traduit du Grec par Mons. *Arnauld d' Andilly*, Troiſiéme edition. Paris 1670. fol. Bruxell. 1676. 12. V. tom. et ſaepius Parisiis, Bruxellis atque Amſtelodom. et nouiſſime Paris. 1744. VI tom. 12. (de qua edit. v. Iourn. des Scavans 1745. part. II. pag. 379 ſqq.) rec. — Antiquiſſimam gallicam, in cuius fine notatur *mil. CCCC. quatrevingz et douze — a Paris*, memorat *Denis* in annal. typogr. — ſuppl. I. p. 328. vbi *hiſpanicam* quoque eiusdem anni 1492 laudat. — *Italicas* verſiones recenſuit *Paitoni* in bibl. degli Autori antichi gr. e lat. volgarizzati, tom. II. pag. 96 ſqq. ſed editionem verſionis Antiqq. et belli iudaici a *Petro Lauro* factae, et ſaepius recuſae, omiſit Venet. 1711. 4. — Antiqua verſio ital. eſt Gioſepo, nel quale ſi tratta delle Guerre de' Giudei e la deſtruttion di Geruſaleme etc. tradotto dal vero esemplare latino. In Vinegia per Vittor. Piero Ravano della Serena. 1535. 8. — Antiquiorem tamen, *Ioſepho Ebreo Hiſtoria della Guerra de' Giudei co'*

 Ro-

Romani Florent. 1493. fol. praebet Catal. Nic. Roſſi, l. c. —*Anglica* eſt verſio: Complete Translation of the whole works of Ioſephus, to which is now firſt added a Continuation of the Hiſtory of the Iews down to the preſent Time by *G. H. Maynhard*, illuſtrated with notes hiſtorical, geographical, critical by the Rev. *Edw. Kimpton.* Londini 1793. fol. cum multis tabulis aeneis et geographicis nr. I. (conſtabit autem 60 ſcidis.) Non laudatur in A. L. Zeit. 1793. Intelligenz-Blatt, n. 141. pag. 1123 —*Belgice* vertit *I. F. Martinet, Neuen Theilen* pars V. a. 1786 indicatur in Nieuwe algemeene Vaderl. Letteroefeningen. tom. II. Amſterd. 1787. adde nouam belgicam biblioth. (belgice ſcriptam,) a. 1788. part. VII. nr. 2 vbi obſeruationes laudantur. De pluribus vt editionibus, ita verſionibus, de editionibus promiſſis, de Ioſepho — Gorionide v. *Fabric.* et *Meuſel* l. m. et *Hamberger* in zuverläſſ. Nachr. tom. II. pag. 158 ſqq. et plura ad Fabricium congeremus.

5. Ioſephus ipſe libr. I. contra Apionem, ſe, fatetur, ſcripta ſua Graecis emendanda permiſiſſe: quod quidem probae dictionis erit teſtimonium: de fide eius hiſtorica *) iam ſupra fuit diſputatum. Quod vero a ſuperſtitione nimioque gentis ſuae amore non fuit immunis, id Iudaeo condonandum erit. Neque tamen fuit ſemipaganus, quod *Anton. van Dale* de origine atque progreſſu idololatriae

*) Ioſephus ſacrorum codicum fidem bonam ſaepe mala fide ſequutus videtur, inquit *Maſius* ad Ioſuae VIII. 30. pag. 1617 Iudaeum perſonatum nominat eum *Tolandus* in Liuio Adeiſidaemone §. XVI. p. 43.

triae cap. VII. p. 136. cenſuit; neque ſemichriſtianus, quae fuit opinio *Caroſe Daubuzii* in tractatu pro Ioſephi de Chriſto teſtimonio, lib. I. part. III. ſect. 3. 4. 5. Daubuzii op. rec. eſt in edit. Hauercamp. Quidquid eſt, Ioſephi ſcripta luculendam vtilitatem praeſtant et interpretationi ſacri codicis et hiſtoriae eccleſiaſticae, praeſertim veteris Teſtamenti. Illum fuiſſe Polybianae dictionis imitatorem, iam ſupra indicatum eſt.

6. Praeter ſubſidia interpretationis et hiſtoriae a *Fabricio* in B. Gr. Libr. IV. cap. 6. Vol. III. ab *Hambergero* in Zuverläſſ. Nachr. Tom. II. pag. 154. et a *Saxio* in Onom. liter. I pag. 270. ſqq. et pag. 578. indicata memorabo tantum *Io. Andr. Boſſii* Exercitat. criticam in Periocham Flauii Ioſephi de Ieſu Chriſto, Ienae 1673 4. *Io. A. Erneſti* Exercitationes Flauianas, in quibus de fide et dictione Ioſephi agit, in Opuſculis philolog. et criticis ed. II. Lugd. Bat. 1776. 8. *Io. Tobiae Krebſii* Obſſ. in N. T. e Flauio Ioſepho, Lipſiae 1755. 8. Extractum ex Ioſepho dedit *Chryſoſtomus Milianus* in: Sommario iſtorico raccolto dalla S. Biblia, de *Flauio*, de Egeſippo, da Beroſo etc. di coſe avenute al popol Ebreo dal principio dal mondo alle diſtribuzione di Gieruſaleme, con la vite di Criſto tolta degli Euangeliſti, Bergamo 1593. 4. — *Scharfenberg* progr. de *Ioſephi* et verſionis Alexandrinae conſenſu, Lipſiae 1780. 4. Sententiam eorum, qui Archaeologiam Ioſephi inter fontes variarum lectionum V. T. referant, non plane quidem reſpuit; tamen putat, eam praeſtare maiorem vtilitatem exegeticam, quam criticam; vtpote quum Ioſephus raro deſeruerit verſionem alexandrinam;

nec verſionem V. T. ſed hiſtoriam iudaicam; verſionem V. T. confecerit. Ideo in narranda hiſtoria Ioſephus multa mutauit, et multa hauſit ex libris haud canonicis. Atque, vtut Ioſephus textum hebraicum ante oculos interdum habuiſſet: tamen in diiudicandis V. L. rationem verſionis Alexandrinae maiorem, quam Ioſephi ipſius habendam eſſe cenſet Scharſenberg, et illam in ſingulis verbis integrisque ſententiis, interpunctione, omiſſione etc. ſequutum eſſe Ioſephum, multis argumentis atque exemplis probat. In eadem ſententia verſatur *Spittler* in progr. de vſu verſionis Alexandrinae apud Ioſephum, Göttingae 1779. 4. Apud Ioſephum enim, docet, neque Phariſaeorum ſectam, quam is ſectatus eſt, neque mutuum Iudaeorum, Palaeſtinorum atque Aegyptiorum odium apud illum videri, vſum illius impediuiſſe.

De Alexandro M. ingreſſo Hieroſolyma, antequam ſe ad Hammonis oraculum transferret, exercitatio, in qua *Flauii Ioſephi* narratio defenditur. Accedit altera de eiusdem regis imperii diuiſione ad cap. I. libri I. Maccabaeorum, Florent. 1780. 4. Adnotante cenſore in ephem. litter. Götting. a. 1782. plag. 61. auctor, *Vincent. Faſini*, Dominicanus et Prof. theol. in vniuers. Piſana, omnia, quae ſuper hac re ſcripta ſunt, ſumma, etiam obſcura, diligentia collegit, et reliquorum de vita Alexandri M. ſcriptorum ſilentium tollere ſtuduit: Ioſephi hiſtoria non omni modo videtur eſſe fabula; ſed traditio in populo iudaico ſeruata; at multis rebus et fictionibus ita amplificata, vt ordo temporis ſaepe turbaretur.

In

In Hiſt. acad. Paris. Inſcript. [varia Ioſephi loca explicantur aut illuſtrantur; n. ſecundum germanicam Gottſchediae verſionem eſt tom. I. pag. 138. ea, quae Ioſephus cum nonnullis ſcriptoribus eccleſiaſticis narrant de gigantibus, eſſe falſa, contendit *Tilladet*; in eod. tomo pag. 157 de *Morini* coniectura de onolatria Iudaeorum ad libr. II. contra Apionem cap. 4. Variorum V. D. opiniones atque interpretationes poſtquam is recenſuit, (atque plures de illo ficto cultu egerunt,) ea, quae Iudaei de aſino lepide narrarunt, deorum cultoribus occaſionem calumniandi dediſſe ſuſpicatus eſt. — In tomo II. pag. 27 ſqq. *Boiuin* defendit Manethonis narrationem, a Ioſepho contra Apionem lib. I. probatam de regia Iſraelitarum in Aegypto dignitate ſ Aegypti inuaſores fuiſſe Iſraelitas paſtores: quam *Banier* ibidem pag. 34 ſqq. oppugnat: (de qua re controuerſa pluribus egi ad Fabricii B. Gr. vol. IV. pag. 130 ſq.) — tom. III. pag. 575 memoriae proditur, *Boiuin*. ſeniorem reliquiſſe notas eruditas amplasque, edit. Baſil. a. 1544 adſcriptas, in quibus vel lacunae textus mutili ſuppleantur, vel immutatus temporis ordo reſtituatur, vel Ioſephus comparetur modo cum illo ipſo vel cum codice ſacro. — *Salom. Raniſchii* diſp. praeſide I. Aug. Erneſti, de Lucae et Ioſephi in morte Herodis Agrippae conſenſu, ad Act. Apoſt. XII. 19 — 23. et antiqq. iudaic. XIX. 7. ed. ſecunda. Lipſiae 1761. 4. *I. Fr. Eckhard*, Director Gymnaſii Iſenacenſis, ſcripſit commentat. ſuper narratione Flauii Ioſephi de populi Iſraelitici per mare rubrum tranſitu, Antiqq. libr. II. cap. 7. Iſenaci 1786. 4. Ioſephus compararat Iſraelitarum per mare rubrum

 trans-

transitum, cum Alexandri M. per mare Pamphylium tranſitu. Id, cenſet docetque Eckhardus, a Ioſepho factum eſſe, non vt priorum tranſitum parui faceret aut negaret; ſed vt Romanis, quibus Iudaeorum credulitas videbatur ridicula, narrationem de Iſraelitarum tranſitu per mare rubrum redderet probabiliorem. — Idem *Eckardus* ſcripſit proluſionem: Criminatio fictae legis moſaicae, qua maledictio deorum falſo creditorum prohibeatur, a Fl. Ioſepho depellitur, Iſenaci 1787. 4—et proluſionem: Flauius Ioſephus de Ioanne Baptiſta teſtatus Antiqq. lib. XVIII. cap. 7. ibid. 1785. 4.

Nullus vero locus in Ioſephi libris interpretes aliosque magis exercuit, quam teſtimonium illud *de Chriſto* famoſum lib. XVIII. antiqq. iud. cap. 3. pag. 876 ſq. edit. Hauercampii, quod alii impugnarunt, vindicarunt alii. Miſſis illis, quae iam Fabricius in B. Gr. de Ioſepho protulit, pauca hic adducam. — Diſſertation critique ſur le temoignage rendu a Ieſus Chriſt par Ioſeph dans les Antiquitez Iudaiques libr. XVIII. ch. 4. par Mons. *Martin*, à Vtrecht 1717. Copioſe recenſetur id ſcriptum et excerpitur in: Vermiſchte Bibliothek. Halae Sax. 1718. part. VII. n. 3. pag. 614—643. — *Franz Anton Knittel* neue Kritiken über das weltberühmte Zeugnis des alten Iuden Flauius Ioſephus von unſerm Herrn und Heiland Ieſu Chriſto. Brunſuic. et Hildeſiae 1779. 8. at in ephemerid. litt. Ienens. eiusdem anni grauia opponuntur argumenta: praecipue quum Knittel in paucis lineolis bis litteras, et ter interpunctionem corrigat; atque oſtenditur, omnino eſſe, omiſſis Ioſephi illis verbis, orationis nexum. — Copioſe de hoc

hoc argumento egit *Lilienthal*, theologus Regiomontanus in Boruſſia, in: Gute Sache de geoffenbahrten chriſtl. Religion. part. XVI. ſect. I. pag. 543 ſqq. vbi omnia, quae in vtramque partem diſputata ſunt, congeſſit, et defendit teſtimonium: ſed quaedam illi opponit cenſor in ephemer. litterar. Göttingens a. 1780. pag. 1087 ſqq. — Pariter *I. I. Vernet*, theol. Geneuenſis, Ioſephi teſtimonium de ſotere noſtro intelligit, copioſe vindicatum it, et verba Ioſephi interpretatur, *hic Ieſus is eſt, quem deorum cultores vocant Chriſtus*, in: Traité de la verité de la Religion Cretienne, tiré en partie du Latin, de Mr. *I. A. Turretin*, Lauſannae 1782. neque tamen omnibus perſuadebit. — In defendenda teſtimonii locique veritate verſatur *Tob. Eckhardus* in libro: Non-Chriſtianorum de Chriſto teſtimonia, ed. II. Quedlinburgi 1736. 4. cap. V. pag. 133 — 147. — E contrario *Io. Chriſtoph. Wolf.* in ep. ad Crozium, (in theſauro epiſtolia LaCroziano, tom. II. pag. 19) „de Ioſephi, ait, teſtimonio, inter ſpuria omnino referendo, tecum ſentio, et contrariam, quam recentiſſimus aſſertor Dubouz aduerſus Ittigium noſtrum vindicare adgreſſus eſt, ſententiam in *ſelectis capitibus hiſtoriae eccleſiaſticae* ſatis puto eneruatam. Non indiget hiſtoria ruinoſis fabularum praeſidiis, in primis aduerſus eos, qui fabulas vbique ſibi videre videntur, et, vt aliis idem perſuadeant, e fabulis et commentis praeſidium repetunt.“ — Locum illum, ſiue illud de Chriſto teſtimonium, a chriſtiano librario interpolatum eſſe docet *Villoiſon* in anecdot. gr. tom. II. pag. 69 ſq. — Vindicias tamen poſt alios ſcripſit *Ignatius Kreuſſler*, Soc. Ies.

 theo-

theologiae D. et Prof. in diſputatione, reſpond. Car. Ios. Stelzig: Illuſtre Flauii Ioſephi Iudaei teſtimonium de Chriſto a nota ſubleſtae fidei contra intemperantes criticos, Giſanium, Oſiandrum, Caſaubonum, Blondellum, Salmaſium, Montacutium, Capellum, Tanaquillum Fabrum, etc. vindicatum. Bambergae 1770. 4. — De Ioſepho iudicium fertur in Hiſtoriſchen Zweifeln und Beobachtungen, coll. I. ep. 13. pag. 79—84. — Ioſephi auctoritatem in hiſtoria rituum ſacrorum defendit *Thalemann* in opuſculo ſupra in §. 9 de Philone iam laudato. — *Ioſephi* locum Antiqq. iud. lib. I. c. 4. (c. 3. Hauerc.) de longa Patriarcharum aetate et magno anno Sethique columnis culpat *Weidler* in II. dispp. de ſuſpectis mathematum, ſpeciatim aſtronomiae originibus, Wittebergae 1727. contra *Bailly* in hiſtoire de l' Aſtronomie ancienne, Paris. 1775. 4. lib. III. p. 67 ſqq. ſ. ex verſione german. vol. II. Lipſiae 1777. pag. 1 ſqq. defendit illum et illuſtrat: Confer tamen acutiſſimi *Kaeſtneri* cenſuram illius operis in; Neue philolog. Bibliothek. Lipſiae 1777. 8. vol. I. pag. 209 ſqq. — Decreta Romana et Aſiatica pro Iudaeis, ad cultum diuinum per Aſiae minoris vrbes ſecure obeundum ab *Ioſepho* collecta in libro XIV. Archaeologiae, ſed male interuerſa et expuncta in publicam lucem vtilitatemque reſtituta; Acced. *Suidae* aliquot loca in litteris Α, Β. Γ, Δ ab vitiis purgata ex MSS. codd. acad. Lugduno — Bat. ab *Iac. Gronouio*, Lugd. B. 1712. 8. conf. Acta erudit. Lips. 1712. pag. 411. et m. April. a. 1713. p. 159 ſqq. vbi 5. B. contra Gronou. diſputat. —

De-

Decreta Romanorum pro Iudaeis facta, e Ioſepho collecta, — a *F. I. Krebſio* Lipſiae 1768. 8.

§. 17.

EPICTETVS.

1. Floruit circiter A. Ch. 94. et paullo ſerius adhuc ſub Hadriano, imperatore, quod probat cel. *Saxe* in Onom. lit. tom. 1. pag. 272. ex Spartiano in Adriano 16. *Dodwellus* diſſ. de aetate Peripli maris Euxini copioſe oſtendere ſtudet, Epictetum vltra Hadriani annum XX non vixiſſe.

2. Hierapoli Phrygiae natus. Primum Epaphroditi ſeruus fuit, deinde ab eo manumiſſus Romae vixit. Philoſophus Stoicus, integer vitae, ab omni faſtu et arrogantia alienus, qui aequo animo duriſſimam tulit paupertatem. Domitiani edicto circ. A. C. 94. cum aliis philoſophis Roma Italiaque pulſus Nicopolin Epiri diſceſſit; vbi ſumma auctoritate et incredibili diſcipulorum in eum pietate floruit, et in via, domo et ſchola habuit diſſertationes, quas Arrianus literis conſignatas, illo mortuo, vulgauit.

3. Habemus *Enchiridion* ſiue Manuale, quod ſub Epicteti nomine fertur, Arrianum vero habet auctorem, qui ex illius diſputationibus praecipua doctrinae ſtoicae capita, quae memoria animoque facile teneri poſſent, collegit et in breuem commentarium redegit. Quod enchiridion quum omnium manibus terreretur, et toties deſcriberetur, praeterea Chriſtiani ad puriorem doctrinam refingere vellent, varias ſubiit mutationes, indeque tantae lectionum varietatis cauſſa perſpici poteſt.

4. In-

Indicem et nubem editionum dedit Relandus in fronte ſuae editionis. Atque ego ad Fabricii B. Gr. adiutus diligentia cel. Heynii, (in praefatione ad alteram ſuam Epicteti editionem,) non ſolum plures indicaui editiones; ſed harum quoque hiſtoriam criticam conficere adlaboraui. Hic tamen potiores et recentiores nominabo. Quatuor autem claſſes conſtitui poſſunt, n. duae Venetae, Haloandrina et Naogeorgii. Princeps vero editio eſt *Epicteti enchiridion* cum *Simplicii* commentario, gr. et lat. Venetiis per Ioan. Anton. et fratres de Sabio, 1528. 4. Cum hac potiſſimum conuenit ed. Heinſio-Salmaſiana cum ſua familia. — Ex alio codice ducta eſt Haloandrina, inſcripta: Ἐγχειρίδιον Ἐπικτήτου. *idem latine per Angelum Politianum.* Norenbergae apud Io. Petreum. 1529. 8. curante *Gregorio Haloandro.* Haec editio κατὰ πόδα recuſa eſt Baſileae apud Andr. Cratandrum 1531. 8. Vtriusque autem editionis, praeſertim Cratandrianae, exempla ſunt admodum rara, et plurimis, recentioribus potiſſimum, editoribus ignota: et tamen, vt ad Fabricium pluribus demonſtraui, ex Cratandriana et ſequenti Veneta fluxit Wolfiana: ita vt Cratandriana pro fundo vulgatae lectionis ſit habenda. Altera autem *Veneta* ducta e cod. epiſcopi Georgii a Selua, auctior eſt Arriani diſſertat. Epicteteis, et inſcripta. *Arriani Epictetus*, Venetiis in aedibus Bartholomaei Zanetti, Caſtergazenſis, aere vero et diligentia Io. Franciſci Trincauelli, 1538. 8. — Quartum locum inter editiones principes ea occupat, quam curauit *Thomas Naogeorgius*, qui codicem adcuratius ſcriptum habuit, et *Enchiridion* cum explanatione Argentinae 1554. 8. emiſit,

emiſit, graece et latine. — Ex his *Hieronymus Wolfius* vulgatam lectionem conſtituit, et multos habuit ſequaces. Quinque autem editiones, (codices vocat ille,) e ſuperioribus conſuluit, alteram vero Venetam, et Cratandr. in primis ſequutus eſt, in edit. Baſileae, tribus tomis, in 8. Primus inſcriptus eſt *Epicteti Enchiridion*, h. e. Pugio ſiue ars humanae vitae correctrix; vna cum Cebetis Thebani tabula, — gr. et lat. Quibus nunc demum acceſſerunt e graeco translata *Simplicii* in eumdem Epicteti libellum doctiſſima ſcholia; *Arriani* commentariorum de Epicteti diſputationibus libri IIII. item alia eiusdem argumenti — *Hieronymo Wolfio* interprete, vna cum annotationibus eiusdem, et indice, Baſileae per Ioan. Oporinum in 8. ſine anni nota. *Primus tomus* continet Epictetum, Cebetem et pauca alia, gr. et lat. cum notis Wolfii, cuius praefatio ſcripta eſt Auguſtae Vindelicorum 1560. *Secundus* tomus latinam Epicteti et Simplicii verſionem cum notis, maxime criticis, in textum graecum et praefatione an. 1561 exarata eiusdem Wolfii, praebet. Additae ſunt Epicteti ſententiae aliquot e Io. Stobaei collectaneis, ex deperditis Arriani commentariis, Hier. Wolfio, qui notas criticas in textum gr. ſubiecit, interprete; item altercatio Hadriani Aug. et Epicteti philoſophi, nec non Plutarchi libellus, quo deridet Stoicos, vt admirabiliora loquutos, quam poetas, Wolfio interprete. *Tertius* tomus, cui praefixa praefatio ſcripta eſt 1560. comprehendit Arriani commentar. de Epicteti diſputatt. libros IIII. e verſione latina et cum notis tam criticis quam grammaticis H. Wolfii — Illa recenſio ſaepius repetita eſt,

ex

ex gr. tribus minoribus tomis Coloniae in offic. Birckmannica, 1596. 8. vbi tamen in tertio tomo additus eſt e regione lat. verſionis *contextus Arriani graecus* — aliis editt. Arrianus et Simplic. modo adhaerent, modo abſunt. — Nitida eſt editio: *Epicteti* Enchiridion — idem *Cebetis Theb.* tabula gr. et lat. Antwerpiae ex offic. Chriſt. Plantin. 1578. 12.

Mericus quoque *Caſaubonus*, qui Epictetum et Cebetem gr. ac latine edidit, notis illuſtrauit atque Paraphraſin graecam chriſtiani ſcriptoris ſaeculi quinti hucusque ineditam cum verſione notisque adiecit, Londini 1659. 8. Wolfianum verborum contextum retinuit. — Nouam editionum claſſem, cui Veneta 1528. pro fundo eſt, conſtituit *Heinſio-Salmaſiana*. Lugd. B. apud I. Maire 1640. 4. cum Simplicii commentario. *Dan.* enim *Heinſius* orationem ad fidem MSti Nanſiani emendauit et ſuppleuit, ita vt a vulgatis mire diſſentiret: *Salmaſius* vero vberiores in Epictetum et Simplicium conſcripſit, et ſubiunxit *Cebetis* tabulam, graece, latine et arabice, atque aurea carmina Pythagorae. Inde editio illa modo Heinſiana, modo Salmaſiana vocatur. — Wolfianam lectionem, paſſim tamen ex Heinſiana lectione emendatam, retinuit *Abraham Berkelius*, qui Enchiridion cum Wolfii verſione, eiusdemque et Merici Caſauboni et ſelectis *Dan. Snecani* aliorumque ſuisque notis, item cum paraphraſi graeca et Cebetis tabula edidit, Lugd. Bat. 1670. 8. quae editio repetita eſt cum *Iac. Gronouii* caſtigationibus ad Paraphraſin graecam Epicteti ex cod. Mediceo, Delphis 1683. 8. — Berkelium ſequutus eſt *Blancardus*, additis variis lectionibus

et

et Epicteti apophthegmatibus ac fragmentis, cum Arriani operibus, Amſtel. 1683. 8. — Berkelii priorem editionem repetiit, purgauit ſuisque animaduerſionibus auxit *Io. Caſp. Schroeder*, Delphis 1723. 8. — Morem quoque Berkelii ſeruarunt Oxonienſes in edd. 1680. 1702. 1707. etc. et *Ioſeph. Simſon*, qui recenſuit Epictetum, primum 1739. tum, aut vt in fronte legitur, quartum Londini 1762. 8. in qua edit. coniunctim dedit Epictetum, Cebetem et Theophraſti characteres: graeca cum MSS. collata caſtigauit, verſionem emendauit, ſelectis aliorum adnotationibus adiunxit ſuas, in quibus verba, ſententiae, dogmata moresque antiqui explicantur. Pleraque ex Heynii notis in ſuam transtulit edit. — Heinſianam lectionem maximam partem ſequitur *Meibomiana* edit. *Enchiridii* cum Cebetis tabula et aliis adfinis argumenti ab *Adr. Relando* ad ſchedas Meibomii curata, Traiect. Bat. 1711. 4. cum Meibomii verſione et adnotationibus, Salmaſii emendationibus, ad marginem edit. 1595. notatis, et variis lectionibus ex codd. Hafnienſi et Gerdeſiano. — Meibomianam redditit *Io. Vpton*, qui Epicteti Enchiridion et fragmenta Epicteteis Arriani diſſertationibus adiecit, et varias lectiones cum ex ſuperioribus edd. tum in primis ex ipſo Arriano enotauit, indicemque egregium atque locupletiſſimum addidit, Londin. 1741. 4. — Ad Vptonianum exemplar bis accommodauit, et in locis haud paucis emendauit ſuam editionem cel. *Heyne*, collatis editionibus ſuperioribus, Simplicii commentariis, Arriano, Paraphraſi graeca, ſiue potius Enchiridio ad chriſtianam diſciplinam adcommodato, et enchiridio chriſtia-

chriſtiano, quod S. Nilus Aſceta concinnauerat, denique codice e bibliotheca Dresdenſi electorali, vnde quoque ſcholia in Enchiridion hucusque inedita deſcripſit et vulgauit. In animaduerſionibus et verba et res ſententiasque Stoici egregie explicui. Prior editio prodiit Dresdae et Warſauiae, 1756. poſterior, multo emendatior et auctior, ibidem 1776. 8. Heynianam priorem recenſionem repetendam typis curauit notisque idoneis illuſtrauit *Nicolaus Schwebel.* Noribergae 1771. 8. — ἐπικτήτȣ ἐγχειρίδιον, curante *I. B. Lefebure de Villerbune*, Paris 1782. 12. Editor vſus eſt codd. nondum collatis et variis lectionibus editioni Haloandri adſcriptis, et aliis, quas Germanus quidam, Berger, e duobus codd. italicis enotauerat, tribus Nili enchiridii codd. et II. codd. interpretationis a Politiano factae. At interpretationem lat. parum curauit: interpunctionem in gr. textu ſaepe, interdum praeter neceſſitatem, mutauit, et lectiones ab Heynio, cuius tamen editionem ignorauit, reiectas, frequenter retinuit. Plura vero iactitauit, quam praeſtitit v. ephem. litter. Lips. a. 1780 plag. 40. pag. 633. ſqq. — *Cebes* Gemälde und *Epictets* Handbuch, griechiſch für Anfänger herausgegeben von *I. Henr. Iacobi.* Mit einer Vorrede H. D. Semlers. Hamburg. 1784. 8.

Epicteti Enchiridion in alias linguas ſaepe conuerſum eſſe, notaui ad Fabricii B. Gr. Hic paucas memorabo verſiones. Antequam graecus textus formulis typographicis deſcriptus erat, *Politiani* verſio latina lucem vidit cum Cenſorino et aliis Bononiae 1497. fol. Deinceps Politiani verſio vel ſeorſim, vel textui graeco addita ſaepius repetita

tita eſt. *Epicteti* Enchiridion et Cebetis tabula, quibus acceſſere Senecae liber vnus de tranquillitate animi, ac ſententiae aliquot ſelectiſſimae philoſophor. Colon. ap. Wilhelm Frieſſem. 1642 et 1660 in minima forma. De *germanicis* verſionibus v. Leipzig critiſche Beyträge part. IX. pag. 210. ſqq. *Schummels* Veberſetzer Bibliothek. pag. 85 ſqq. Sufficiat hic memorare, *Kühlium* edidiſſe Epictetum graece, lat. et germanice, Idſtein 1721. 12. *G. C. K. Linkium*, Noribergae 1783. 8. *Motzium* Halae Sax. 1790. 8. *Io. Georg. Phil. Thiele*, Francof. ad Moen. 1790. 8. anonymum, praefixa Epicteti vita a Dacierio gallice olim ſcripta, hic vero germanice verſa, Francof. ad Moen. 1787. 8. notis ſubiunctis germanico ſermone interpretatos eſſe. Poſt alios a *Paitonio* in bibl. degli autori gr. e lat. volgarizz. tom. II. pag. 9 — 14 recenſitos, Epictetum *italice* vertit *Hor. Mar. Pagani*, Vincent. 1786 m. 8 — Verſiones *Gallicae* recentiores ſunt, cuisdam *M N.* valde libera, praemiſſa diſſ. de philoſophia Zenonis atque Epicteti, Paris. 8 1782. 12 — cum Simplicio et Cebete, nou. ed. (potius Dacierii verſio correcte venuſteque recuſa,) Paris. 1789 cum figg. vt alias praetermittam.

5. Non ob Atticam dictionis elegantiam, ſed ob ſententiarum grauitatem, (res enim potius, quam verba h. l. curauit Arrianus, quamquam nec barbare nec inficete ſcripſit) commendandum eſt Enchiridion. Chriſtianum vero fuiſſe Epictetum ſomniauit Barthius, a Michaele Roſſal in disquiſitione de Epicteti Chriſtianiſmo iam refutatus. Atque quamuis multa ſobrie, recte et praeclare tra-

didiſſet Epictetus, et a ſchola Stoica interdum bene diſceſſiſſet, multa tamen, quae ad bene beateque viuendum commendantur, vel infirmo nituntur talo, vel a puriore Chriſtianorum doctrina ſunt maxime aliena. Conf. *Ludou. Chriſtiani Crellii* II. diſſertt. in quibus *τὰ τοῦ Ἐπικτήτου ὑπέρσοφα καὶ ἄσοφα*, et in priore quidem diſp. Lipſiae 1711. ventilata, in iis, quae ad deum pertinent; in poſteriore autem 1716 habita, circa officia hominis erga ſe quoad animum excolendum commonſtrat. Neque Berkelii coniecturae in praefat. ad ſuam editionem vberius prolatae lubenter ſubſcriberem, Epictetum quidem profeſſione Chriſtianum non fuiſſe; eius tamen animum coeleſti et matutino chriſtianae religionis rore quodammodo fuiſſe adſperſum et humectatum. At recentiores Stoicos, Epictetum, Antoninum et Senecam in multis disceſſiſſe a placitis et diſciplina antiquorum graecorum Stoicorum, practicam philoſophiam magis tractaſſe, e ſcholis aliarum ſectarum recepiſſe plura; multa praecepta diſtinctius, ſenſui communi aptius et curatius docuiſſe, philoſophiam ſuam accommodaſſe doctrinae diuinae, perennitatem animi poſt mortem non quidem demonſtraſſe, ſed tamen, more Platonicorum, ſenſu ductos crediſſe etc. vberius oſtendit M. *Car. Phil. Conz* in Abhandlung für die Geſchichte vnd das Eigenthümliche der ſpätern ſtoiſchen Philoſ. Tübing 1794 8.

6. Tria epigrammata in Epictetum v. in *Brunck* in anal. vett. poet. graec. tom III. pag. 272. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. III Libr. IV. Cap. VII. *Brucker* in hiſtor. crit. philoſ. Tom. II. pag. 568. ſqq. et Append. ſ. Vol. VI. pag. 391 et *Hamber-*

ger

ger in zuverl. Nachr. Vol. II. p. 175. — *Io. Dan. Schwertner* idea philoſophiae Epicteticae. Lipſ. 1681 — *Heumanni* diſp. de philoſophia Epicteti. Ienae 1703 4. — eiusdem acta philoſophica tom. I. pag. 731. 734. de opuſculis ſpuriis, inſcriptis, *altercatio Hadriani Aug. et Epicteti philoſophi*, atque *dialogus Hadriani et Epicteti*. pag. 738. 744. tom. II. pag. 479. de *Windheim* Bemühungen der Weltweiſen etc. tom. III. pag. 144. 147. 160. 177. 409. — *Io. Erdm. Valther* diſſ. ſuper vita regenda ſecundum Epictetum, praecipua quaedam, Lipſiae 1747. 4. — *I. F. Mieg* veber Epictets Character v. Denkungsart, in Pfälziſch. Mus. tom. I. Faſc. 4.

§. 18.
ARETAEVS.

1. Eorumdem forſitan temporum. Poſt Dioſcoridem certe et Plinium vixiſſe ſcripſiſſeque videtur *Saxio*, quia ſectae quoque Pneumaticae, h. e. quae omnem valetudinem tam integram proſperamque, quam aduerſam πνεύματι cuidam tribuit, addictus erat, quae ſub Nerone demum ortum cepit, auctore Athenaeo, Attalenſi. *Hallerus* tamen in Biblioth. Chirurgica Tom. I. eum ante Plinii aetatem collocandum putat. At curatius diſſeruit de aetate et ſecta Aretaei cel. *Ackermann* in Fabr. B. Gr. Eum citat *Dioſcorides* eupor. pag. 112. Ex eo igitur, et ex ipſius Aretaei opere docet Ackerm. illum poſt regnum a Nerone initum Medica ſua monumenta litteris mandaſſe. Atque eidem cel. *Ackermanno* in Inſtitution. hiſtoriae

 medi-

medicinae Norimbergae 1792. 8 pag. 169 vixiſſe videtur a Nerone ad Hadrianum vsque a. 54 vsque ad a. 138 poſt C. N. v. quoque *Io. Wigan* de Aretaei aetate, in Aretaei edit. Oxon. 1723 Fol. pag. XV. In conſpectu autem chronologico hiſtoriae ſuae ſubiuncto Ackerm. Aretaei aetatem collocat poſt Neronem ſub Domitiano circ. a. 81 — 96. Illum quidem ſectae pneumaticorum medicorum addictum fuiſſe, permulti ſtatuerunt, Clericus, Schulze et Metzger in Hiſtor. medicinae aliique; at ex locis, ex quibus V. D. id probaturi ſunt, cl. *Oſterhauſen*, duce Ackermanno, in diſſ. exhibente hiſtoriam ſectae medicorum pneumaticorum, Altdorf 1791. 8. pag. 79 oſtendit, non patere, Aretaeum illi ſectae nomen dediſſe, nec eum voc. πνεῦμα de ſpiritu Stoicorum, corpora omnia penetrante et elementum corporum quintum efficiente intellexiſſe. Contra ſcriptoribus practicis ſectaeque dogmaticorum is eſt accenſendus.

2. Cappadox; Medicus celebris, et ſcripſit 1) de cauſſis et ſignis acutorum et diuturnorum morborum libr. IV. ab initio manci; 2) de curatione acutorum et diuturnorum morborum, libr. IV. manci mutilique omnes.

3. Princeps graeca ed. *) eſt *Iac. Goupyli*, apud Turneb. Paris. 1554. 8 — tum. gr. et lat. e recenſione

*) Nam antea *Iun. Paull. Craſſus*, Prof. Patauin. Aretaei ſcripta latine verterat atque ediderat Venet. ap. Iuntas, 1552. 4. quae verſio cum Rufo Epheſio, Paris. op. Guil. Morel. et Iac. Putean. 1554. 12 eſt repetita; tum inter medicae artis principes H. Stephani 1567. fol. et quinque capitibus auctior, Baſil. apud Petr. Pereum, fol. 1581. 4. cum Palladio, Rufo et Theophilo.

ſione noua et cum commentario *Georg. Heniſchii*, Auguſtae Vindelic. 1603 et 1627. fol. — Tertium recenſuit, codd. Harleyanum et Vaticanum contulit, nouamque dedit verſionem *Io. Wigan*. Accedunt diſſertationes de aetate, ſecta, opinionibus, et ſcientia medica Aretaei, item Maittarii tractatus de Ionica Aret. dialecto, et lexion, Oxon. 1723. fol. — Nouiſſima editio eſt, quam *Hermannus Boerhaue* curauit Lugd. B. 1731. fol. mai. et nouo tantum titulo, 1735. cum verſione Craſſi latina. Textus graecus Goupyli eſt expreſſus: reliqua ornamenta ſuperioris editionis repetita ſunt, et Petri Petiti commentariis *) Ioſephi Scaligeri atque Dan. Trilleri obſeruationibus variisque ſuperiorum edd. lectionibus amplificata. Indicem locupletem confecit Pellerin. — *Aretaei* Cappadocis medici libri VII. accuratiſſime in latinum ſermonem verſi et ad Boerhauianam editionem expreſſi, latine, Argentorati 1768. 8. — *Aretaei* - de cauſſis et ſignis acutorum et diuturnorum morborum libri IV. De curatione acutorum et diuturnorum morborum libri IV. Vindobonae 1790. 8. eſt latina verſio, at errorum plena, ex Io. Wigani editione repetita. — *Aretaeus* de pulmonum inflammatione. Contextum graecum,

*) *Petri Petiti* commentarii, omnino docti, critici et exegetici, iam a. 1662 ſcripti, diu latuerunt; tandem cura Mich. Maittarii in lucem ſunt protracti, et praefixa illius de Petri Petiti vita et ſcriptis commentatione, inſcripti: *Petri Petiti*, medici Paris. in tres priores Aretaei Cappad. libros commentarii, nunc primum editi. Londini, typis Guil. Bowyer, impenſis Io. Pellet. 1726. 4. Petit. in proleg. oſtendere ſtudet, Aretaeum fuiſſe Neronis aetate inferiorem.

adiecta verſione latina, edidit, emendationes et commentarium adiunxit *Carol. Weigel*, ſectio prior. Lipſiae 1790. 4. — *Carl Gottlob Kühn* de dubia Aretaei aetate conſtituenda, cum nouo editionis eius ſpecimine, Lipſiae 1779. 4 — *Germanice* verſi ſunt, *Aretaeus* — von den Urſachen vnd Kennzeichen raſcher vnd langwieriger Krankheiten: vier Bücher aus dem Griechiſchen mit beygefügten Anmerkungen veberſetzt von *Fr. O. Dewez*. Wien. 1790. 8 cum notis, etiam criticis. — *Anglice: Aretaeus*, conſiſting of eight Books, on the Cauſes, Symptons, and Cure of acute and Chronic, of Diſcaſes, translated from the original Greek. By *Iohn Moffat*, M. D. Londini apud Richardſon. 1785. 8 Laudatur verſio in Critical Review m. Apr. 1786. nr. III. notatur tamen, verſionem interdum diſceſſiſſe ab ingenio et ſcribendi genere graceo, nec additum fuiſſe commentarium.

4. Eum eximium virum, omniumque medicorum diſertiſſimum et elegantem dicit Hallerus: adde iudicium cel. *Ackermanni* in Fabr. B. Gr. et in inſtitution. hiſtor. medic. p. 169.

5. Confer *Hallerum* in Bibl. Chirurg. Tom. I. pag. 64. ſq. et Bibl. Anatom. pag. 70. eiusque praefationem ad Tom. V. Principum artis medicae, Lauſan. 1772. in qua oppugnat opinionem quorumdam, ſub nomine Aretaei latere Archigenem, (Wigani vero verſionem et praefationem typis repetendam ibi curauit,) item *Fabri*. ſ. potius *Ackermann* ad B. Gr. Vol. IV. Libr. IV. cap. 4. et Vol. XIII. pag. 81. *Saxii* Onom. lit. Tom. I. pag. 273. *Hamberger*. zuverläſſ. Nachricht. Vol. II. pag. 146. ſqq.

ſqq. *I. E. Imm. Walch* antiquitates ſelectae, Ienae 1772. 8. nr. VIII. de morbis veterum obſcuris, et nr. IX. de venae cauae acuto morbo apud Aretaeum. — *Bernard* in epiſtolis ad Reiſkium, huius vitae germanice ſcriptae ſubiunctis, multa Aretaei loca tentat, corrigit explicatque pag. 265. 268 ſq. 275. 278. 281. ſq. 291. 295 etc.

§. 19.

HERENNIVS PHILO.

Byblius, Grammaticus et Hiſtoricus, non miſcendus cum Philone Iudaeo. Domitiano imperante et deinceps multis ſcriptis inclaruit. Sanchoniathonis vel graecus interpres, ſecundum Euſebium I. Praep. Euang. pag. 31. vel iſtius Phoenicum hiſtoriae, vt ſuſpicio eſt Vrſini et Dodwelli, Architectus. confer *Fabricii* B. Gr. Vol. I. Libr. I. cap. 28. pag. 223. ſq. et Vol. IV. Libr. IV. in catal. Philonum. *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philos. lib. III. cap. 7. 5. 1. pag. 33. ed Dornii.

§. 20.

D I O.

1. Floruit A. C. 94 — 117.

2. Patria Pruſaeus, a patrono Cocceianus, ab oris ſuauitate elegantiaque *Chryſoſtomus*, quod cognomen ei poſtea haeſit, vocatus eſt. Primum fuit Sophiſta, argutiis et declamationibus delectatus, poſtea Stoicae ſectae nomen, et ſobriae eloquentiae operam dedit. Domitiani tyrannidem metuens, ad Getas Thraceſque vltro confugit, ibique opere

 ruſtico

ruſtico victum ſibi parauit. Interfecto Domitiano milites tumultuantes graui ſermone compeſcuit, dein a Nerua reuocatus eſt, et poſtea Traiani gratia maxime floruit.

3. Superſunt LXXX. orationes, quarum argumenta exhibet Fabricius.

4. Primum prodierunt graece, cum varietate lectionum apud *Federicum Turriſanum*, Venetiis (1551. 8 apud Fabricium, Reiſke vero ait, ſuum exemplar nusquam locorum anni notam prodere.) — tum graece et latine cum Syneſii et Philoſtrati Dione et Photii excerptis atque cenſura, verſione *Naogeorgi*, (quae antea Baſileae 1555. fol. prodiit,) et diatriba Iſaaci Caſauboni, qua orationes percurrit, et complura loca emendat atque illuſtrat, e recenſione atque emendatione *Fed. Morelli*, qui codd. pluribus vſus eſt, ineditas Stephani et Frid. Lindenburgii animaduerſiones in margine exempli Veneti notatas deſcribi fecit, et notas ſuas atque indicem in calce voluminis adiunxit, Paris. typis regiis, ex officina Claudii Morelli 1604. nouoque titulo tantum, a. 1623. fol. — Nouam editionem Reiske ante obitum ſuum pararat: quam poſt illius mortem eius eruditiſſima coniux in lucem prodire iuſſit: *Dionis Chryſoſtomi orationes ex recenſione I. Iac. Reiske*, cum eiusdem aliorumque animaduerſionibus, vol. I. et II Lipſiae, impenſis viduae Reiskii. 1784 mai. 8. *Henr. Valeſius* in Emendationibus, a P. Burmanno II. Amſtel. 1740. 4 editis, caput I. libri ſecundi integrum pag. 43 — 79 dicauit Dioni noſtro multaque loca egregie correxit, explicauit, illuſtrauitque, verſionem emendauit et interpretes ſuperiores interdum notauit. Idem ibidem

ibidem lib. de critica cap. XIV. pag. 162. Dionem Chryſoſtom. inter philoſophos criticum eximium fuiſſe, ex eius orationibus probauit. Criticarum igitur illius animaduerſionum plurimas Reiske recepit. At enim dolendum eſt illum non conſuluiſſe plures V. D. a quibus paſſim emendatur Dio Chryſoſtomus, e. g. Weſſeling et Valckenar. ad Herodotum, Toupium, (qui in Opuſc. critic. rec. in Emendationibus in Suidam et Heſychium et alios Lexicographos graecos, Oxon. 1790 vol. I. plura Dionis loca emendauit, aut explicuit vindicauitue,) Valcken. ad Euripidem etc. non conſuluit. Reſtant quoque plura poetarum fragmenta, a Dione ſeruata, quae emendatione aut interpretatione indigeant. Dio praeterea multa habet, quibus ex mythologia et antiquitate, ad quas ille adluſit, lucem adfundi poſſit debeatque. Quare quamquam Reiske multa praeclare emendauit et multo plura, quam ſuperiores editores, praeſtitit; tamen futuro interpreti amplum reliquit campum, ex quo ingenii, acuminis atque eruditionis fructus colligere poſſit. Atque ſymbolas criticas contulit cenſor in Eph. litter. Lips. a. 1784. pag. 70 et a. 1785. nr. I.

Separatim editae ſunt Oratt. IV. de regno, graece cum notis breuibus, a *Io. Caſelio*, Roſtoch. 1584. 8 — Oratio de Ilio, non capto, graece et latine, cum interpretatione et ſcholiis *Laur. Rhodomanni*, et praefat. Caſelii, ibid. 1585. 8 cum Quinti Calabri derelictis ab Homero, Hanou. 1604. 8 pag. 134 Lugd. Bat. 1706. 8 — Oratio de Homero, graece, cum notis *Ioan. Dauies*, praef.

praef. Opp. Homeri ab *Ioſ. Barneſio* editis Tom. I. pag. 124. — Iſocratis Demetrii Cydone et Mich. Glycae aliquot epiſtolae, nec non Dion. or. περὶ λόγου ἀσκήσεως edid. et animadu. adiecit *C. F. Matthaei* Mosq. et Lips. 1778. 8.

5. Ingenium, eloquentia, quamquam interdum vmbratilis et declamatoria, elegantia et ſuauitas orationis, quam tamen periodi aliquoties iuſto longiores obſcurant, et quod multa poetarum fragmenta ſeruauit, hinc inde capita ad mythologiam et antiquitatem pertinentia, tractauit aut adtigit, eum commendant. Conf. *Pope. Blount* cenſur. autor. p. 145 ſq. Acta erudit. 1753 p. 360 ſqq.

6. v. *Fabricii* Bibl. Gr. Vol. III. Libr. IV. Cap. X. p. 305. ſqq. vet. edit. et Vol. XIII. pag. 783. *I. Iac. Keiſkii* Obſeruatt. atque emendationes in Orat. XXXIII. in Miſcell. Obſeruatt. Vol. IX. Tom. III. pag. 375. ſqq. *eiusdem* Animaduerſiones ad Dionem Chryſoſtomum, in eius Animaduerſion. ad Graecos auctores Vol. I. Lipſiae 1757. 8 — *Io. Chriſtoph. Wolf.* qui nouae editionis conſilium ceperat. (v. Thes. epiſt. La Crozian. tom. II. pag. 20. 21. 186. et Reiskii praefat.) in Anecdot. graecor. tom. I. Hamburgi 1732. 8. pag. 217. ſqq. publicauit ex bibl. Bodleiana notas et emendationes V. D. ad exemplar ed. Paris. 1623. adſcriptas. *I. Bernhardi Koehleri* Emendationes in Dionis Orat. partim ad Obſeruatt. philol. in loca ſelecta ſacri Codicis, Lugd. B. 1765. 8 partim ad oratt. Tarſicas in proluſione quadam academica, Gottingae 1770. 4.

§. 21.

§. 21.

THEODOSIVS.

1. Scripſit circa Traiani tempora.

2. Tripolitanus, vel Tripolites, Aſtronomus fama nominis conſpicuus; et diuerſus a Theodoſio Bithyno videtur Fabricio: Weidlero autem et Martinio idem.

3. Reliquit III. libros Sphaericorum, qui hodie graece exſtant, et alios, quorum verſio latina tantum legitur.

4. Gr. et latine per *Ioannem Penam.* Paris. 1558. 4 — gr. et lat. (per *Ioſ. Hunt*) Oxon. 1707. 8.

5. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. Libr. III. cap. 18. pag. 21 ſq. *Saxii* Onomaſt. liter. Tom. I. pag. 281 *Hambergeri* zuverl. Nachr. Tom. II. p. 323.

§. 22.

MENELAVS, Alexandrinus, Mathematicus, floruit circ. A. C. 98. ſcripſerat libr. III. Sphaericorum, quos ex Arabica verſione *) *Marinus Merſennus* in linguam latinam transtulit et in ſynopſi mathemat. Paris. 1644. 4. p. 205 ſq. edidit. v. *Fabric.* B. Gr. Vol. IV. Libr. III. cap. 18. p. 23 ſq. *Hamberger* zuverl. Machr. Tom. II. pag. 184.

§. 23.

*) Quod tamen minime putat cl. Morellus in litteris ad me datis.

§. 23.

RVFVS.

1. Epheſius, medicus, et ſecundum Suidam in voc. Ῥȣ̃φος Ἐφέσιος, Traiano imperatore, magnam auctoritatem conſequutus eſt, circ. A. C. 98.

2. Superſunt 1) de veſicae renumque morbis, liber extrema parte mutilus; 2) de purgantibus medicamentis, fragmentum; 3) de partibus corporis humani.

3. Primum graece prodierunt, Paris. ex officina A. Turnebi, (editore *Iac. Goupylo.*) — deinde gr. et latine, auctore *Guilielmo Clinch*, qui diſſertat. de auctore eiusque ſcriptis et commentariolum de vſu idoneo veſicantium in morbis curandis adiecit, Londini 1726. 4. Ei quoque a Simlero tribuitur carmen, de viribus Herbarum deo alicui conſecratarum, (quod Lambecius Pamphilo Alexandrino vindicat,) ab *Aldo* cum Dioſcoride, Venetiis 1518. 4 gr. et *a Fabricio* cum verſione et notis D. Io. *Rentorfii* in B. Gr. Libr. III. cap. 26. pag. 629. ſqq. editum.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. Libr. IV. cap. 3. pag. 102. et Vol. XIII. pag. 395. *Hamberg.* Z. N. Tom. II. pag. 184. *Saxii* Onom. lit. pag. 283 et *Halleri* Bibl. Botan. Tom. I. pag. 107. ſqq. et Bibl. Anatom. Tom. I. pag. 78.

§. 24.

PLVTARCHVS.

1. Editus in lucem eſt A. V. C. 803. a. Ch. 50. mortuus A. C. 120. ſiue ſecundum alios A. C. 13?.

vltra

vltra LXXX. annos natus ſecundum Corſinum in vita Plutarchi editioni de placitis Philoſophor. praemiſſa.

2. Cheroneae in Boeotia aura vitae frui coepit. *Ammonii*, qui Athenis denatus eſt, et cuius ipſe Plutarchus lib. de adul. diſcrimine p. 70 meminit, diſcipulus. Philoſophus eclecticus; *) Stoae tamen Zenonis et Epicuri hortis inimicus. Romam poſtquam aliquamdiu docuerat philoſophiam, et linguae latinae ſcientiam, licet mediocrem, ſibi parauerat, a Traiano ornamentis conſularibus auctus, et Illyrio praepoſitus, atque ab Hadriano **) Graeciae procurator conſtitutus; admodum vero ſenex ſacerdotio Apollinis functus eſt, et in patria diem obiit ſupremum. Timon fuit frater; Patrocles autem gener Plutarchi. vide loca a *Wyttenbachio* ad Plutarchum de S. N. V. pag. 4 et 5 collecta.

3. Permulta ſcripſit; ad noſtram vero aetatem peruenerunt CXXV. opuſcula, quae omnia diligenter recenſuit I. A. Fabricius in B. Gr. Libr. IV.

*) Qualis ipſe fuerit philoſophus, quam vtile in educandis liberis et in omni vita philoſophiae ſtudium, at quam neceſſaria ſit cognitionis et actionis aut, vt vulgo dicitur, theoreticae et practicae philophiae coniunctio atque exertitium, praeclare docet in cap. X. de educat. liberorum.

**) Hadriani enim fuit praeceptor. Quod nonnlli ſcribunt, Plutarchum fuiſſe Traiani praeceptorem, illi errant decepti nomine Hadriani Traiani. Enimuero Hadrianus, a Traiano adoptatus, nuncupabatur Traianus Hadrianus: vti poſt Tillemontium monuit auctor operis, inſcripti, *Marmora Taurinenſia*, diſſertationibus et notis illuſtrata, part. I. pag. 210. Auguſtae Taurinor. 1743. 4 vbi marmor, inſcriptum *Traiano Imperatori*, illuſtratur.

IV. cap. 11 Vol. III. pag. 333 ed. vet. a quo etiam catalogus ſcriptorum, quem Lamprias, Plutarchi filius, teſte Suida, compoſuerat, et Dauid Hoeſchelius Auguſt. Vindel. 1597. 4. vulgauit, typis repetitus eſt. Omnes autem, qui ſuperſunt, diſpeſcuntur in duas claſſes: *prior* continet, *vitas parallelas* XXXXIV. in quibus homines virtute, rebus geſtis, eruditione aut fortunae ludibrio illuſtres Graecos cum totidem Romanis contulit, et vtrorumque vitam fataque et mores luculenter periteque expoſuit: quibus accedunt quinque hominum celebrium vitae, dummodo vita Homeri Plutarchum habeat auctorem: *poſterior* claſſis comprehendit *moralia*, e quibus memoramus opuſculum de liberis educandis, de ratione audiendorum poetarum; quomodo audiendi ſunt, qui recta praecipiunt; quomodo adulator ab amico internoſci poſſit; librum de ſera numinis vindicta; de Iſide et Oſiride; Quaeſtiones romanas, in quibus varii ritus romani explicantur; de garrulitate, Apophthegmata regum et imperatorum, quae quidem Langhorne haud ſatis idoneis argumentis vſus negauit eſſe a Plutarchi ingenio profecta; vt alia multa opuſcula praetermittamus. Parallelas hiſtoriarum graec. et roman. Plutarchi nomine indignas, nec eius foetum eſſe, iudicat *Salierius*, in Memoir. de l' Acad. des I. et B. L. Tom. VI. pag. 52. ſqq. adde Dodwellum loco mox citando. Vitas quoque X. oratorum *Ionſius.* de ſcriptor. hiſt. philos. libr. III. cap. 6. (vbi de ſcriptis quibusdam Plut. etiam deperditis aut ſpuriis et de Lampriae catalogo diſſerit) pag. 22 ſqq. ed. Dornii, *Ricard* tom. XI. Opp. Plut. moralium, ab eo gallice verſorum,

Taylor

Taylor in lection. Lyſiacis cap. 7 *Ruhnken* in hiſtoria critica orat. pag. 47. ſq. (qui tamen auctori ſummam fidem ſummumque veri ſtudium tribuit,) et alii negant, Plutarchum habere auctorem. Sunt quoque, qui arbitrentur, lib. de placitis philos. libellum de fluuiorum adpellatione (vide *Dodwelli* diſſ. praemiſſam vol. II. geogr. veteris ſcript. graec. minorum pag. 104 ſqq). et apophthegmata νοθειας ſuſpicione haud carere, atque epiſtolam ad Traianum eſſe omnino ſpuriam. Langhorne contra hanc epiſtolam vindicare ſtudet Plutarcho, quem praeter ea maxime probabile videri opinatur, fuiſſe Traiani praeceptorem: ſed v. quae ad nr. 2. notaui. Opuſculum de educatione liberorum, non pueris, ſed parentibus ſcriptum, cuius interpretatio minus apta et vtilis erit pubi ſcholaſticae, vir quidam doctus, in biblioth. critica, part. III. Amſtel. 1778. pag. 46. non Plutarchi, ſed hominis ieiuni et inepti eſſe cenſet: et ante eum *Muretus* var. lection. lib. XIV. cap. I. *Andr. Schottus* in quaeſt. Tullianis lib. IV. pag. 277. ac *Dan. Heinſius* in prolegom. ad ſuum Ariſtarch. ſacrum pag. 683. -- Plutarchus an vitae Ciceronis, (in parallelis) auctor ſit, dubitare videtur *Corradus* in quaeſtura pag. 378. at non dubitat *Weguelinus* in: Le nouveaux mémoires de l' Academie royale de Berlin pour l' année 1780. vbi pag. 504 in duabus comm. diſſerit de vitis parallelis, quas genuinas eſſe iudicat, laudatque auctoris artificium et, quae in iis conſcribendis praecepta ſibi habuerit propoſita, inquirit. Vitas parallelas maiores, adfirmat mutilas eſſe et transpoſitas, et librum de Homero Plutarchi nomine ſuperſtitem, nec non de X. rhetoribus

libr.

libr. et de placitis philoſophorum opuſculum eſſe Plutarchi antiqui negat aut dubitat *Ionſius* l. cit. lib. III. cap. 6. pag. 22 ſqq. ed. Dornii. – *Ricard* l. c. Plutarcho abnegat comparationem Menandri et Ariſtophanis: Herodotum vero contra Plutarchum defendit. v. Ien. Allgem Litter. Zeit. a. 1789 m. Octob. pag. 76. — *De Saint Croix* in Examen critique des Hiſtoriens d' Alexandre, Paris 1775. 4. pag. 29 ſqq. differens de vita Alexandri M. a Plutarcho compoſita, poſteriorem de fortuna Alexandri M. libellum, inſipidum et a Sophiſta quodam, priorem libellum imitaturo, confectum opus eſſe pronuntiat. — Hannibalis et Scipionis vitas non a Plutarcho, ſed a Donato Acciaiolo latine ſcriptas eſſe, *Mandajor* in Hiſtoria acad. Paris. Inſcr. (tom. II. pag. 122 ex verſione Gottſchediae german.) ex eo probatum iuit, quod ipſe Acciaiolus *) in epiſt. ad Petrum de Medicis ſcripſerit, ſe illas vitas ex variis graecis et latinis auctoribus compoſuiſſe: Idem *Mandajor* id vberius docet; erroris originem ex obſcura et negligenti Campani narratione, ſiue praefatione ſuae editioni praemiſſa, ortam, et hiſtoriam diuerſasque vario-

*) In *Fabricii* Bibl. lat. med. et inf. latinit. tom. I. pag. 4 ed. Manſi ita res narratur in vita illius. „*Vertit* etiam e Graeco vitas Hannibalis et Scipionis, quas verſiones in mſto codice Riccardia exſtare ſcribit Lamius in catalogo bibl. Ricard. ex quo epiſtolam eiusdem Acciajoli ad Petrum Medicem profert.“ Contra *Fabr.* in B. Gr. in cap. de Plutarcho pag. 347. vet. edit. diſerte ſcribit, illas vitas, quae in antiquis lat. edd. Plutarchi exſtant, a Donato Acciaiolo eſſe compoſitas, non, vt fingit titulus, e graeco verſas.

variorum V. D. opiniones perſequitur atque Acciaiolum a crimine fraudis contra Rualdum defendit in hiſtor. Acad. Inſcr. tom. III. pag. 357. — Libellum de fluminibus eſſe Plutarchi, teſtimonio Euſtathii ad Homeri Il. γ'. pag. 381. ed. Romanae et ad Odyſſ. τ'. pag. 1854 fultus contendit quidem *Menagius* in amoenit. iuris ciuilis cap. III. pag. II. ſq. ſed addit, Plutarchum illum, auctorem libelli de fluminibus, alium eſſe a Chaeronenſi, iam Voſſio ad Melam lib. I. cap. 8. pag. 46. contra Mauſacum monente: qui ibidem recentiori cuidam Plutarcho Parallela hiſtoriarum gr. et rom. adtribuit. — Libellum de conuiuiis ſapientum ſpurium, Plutarcho indignum adeoque ſuppoſititium eſſe *Meiners* pluribus argumentis vſus demonſtrare ſtuduit in, Geſchichte von dem Vrſprung — — der Wiſſenſchaften in Griechenland vnd Rom. tom. I. pag. 135 ſqq. ſecus tamen ſentit cenſor libri Meinerſiani in bibliotheca critica Amſtelod. part. VIII. pag. 101. not. *e.* Idem *Meiners* l. c. pag. 248. not. librum de genio Socratis, quem aliquando ſuppoſititium habuerat, genuinum eſſe ſenſit. — Libellum de ſera numinis vindicta *Eraſmus* Chil. I. cent. 6. n. 42 non Plutarchi eſſe, ob ſtili diuerſitatem ſuſpicatur. Multa alia, quae perierunt, et quorum catalogum dedit Fabricius pag. 369 de Plutarcho, hic ſcripſit. Fabricius in B. Gr. vol. XII. pag. 265. ſqq. ſuppeditauit excerpta quaedam ex inedito Olympiodori in Platonis Phaedonem commentario, quae ille ex Plutarchi libris III. *de anima* deſumta eſſe putauit. Enimuero quamquam ex *Origine* contra Celſum libr. V. pag. 621 D. conſtat, Plutarchum conſcripſiſſe libros de ani-

ma, et breuia ex iisdem fragmenta *A. Gellius* N. A. lib. I. cap. 3. et XV. cap. 10. *Euſebius* P. E. lib. XI. cap. 36. adferunt, atque *Wyttenbach*, fragmentum lib. de anima ex Stobaeo ſerm. CXIX, quod in Stobaei editionibus tribuitur Themiſtio, Plutarcho vindicauit, et ſub eius nomine adiecit ſuae editioni Plutarchi libri de ſera numinis vindicta pag. 129 ſqq. (vide eumdem pag. 92) idem tamen *Wyttenbach* l. c. p. 130 illud a Fabricio vulgatum fragmentum docuit eſſe deſumtum ex *Plutarchi in Platonis Phaedonem commentario*, cuius ipſe meminit in Conſolat. ad Apollon. pag. 120. D. — Idem Plutarchus ſcripſerat commentarium in Heſiodum v. *Wyttenbach.* loco cit. pag. 25. Plutarchi fragmenta latent in Procli comment. in Heſiodum. v. *Wyttenb.* ibid.

Editionum varii generis et praecipue nonnullorum opuſculorum tanta eſt copia, vt cunctarum enumerationem in hac introductione minus commodam fore arbitrer: et tamen textus in ſcriptis praecipue moralibus nondum ſatis emendatus eſt. Ego vero primum antiquiſſimas latinae verſionis, tum graecas graecoque latinas et omnium et multorum opuſculorum iunctim vulgatorum, denique potiores ac recentiores ſingularum partium editiones perſequar.

Princeps editio *latina*, (graecus enim contextus ſerius praelo exiict,) eſt: *Plutarchi vitae parallelae*, a diuerſis interpretibus latinae factae, a *I. A. Campano* collectae et editae cum praefat. tom. II. in fol. magno, ſine anni nota, *Romae* apud Vdalr.

Vdalr. Gallum. An. 1470 lucem vidiſſe illam, docet *Audiffredus* in catalogo roman. editt. ſaec. XV. pag. 37 ſq. vbi quoque Schelhornium in Obſeru. ſeptima diatribae praelimin. ad Quirini opus de optimorum ſcriptor. editt. erroris conuincit. — Cum eadem Campani epiſtola haud ita multo poſt eaedem, (*Venetiis* forſan.) ſine a. l. et typographi nota ſunt recuſae: quam editionem cl. *Seemiller* in incunabulis typograph. bibl. Ingolſtad. tom. I. pag. 142 et forſan Schelhorn l. m. *cl. Georg. Matthaeus Schnizer* in Kirchen-Bibl. zu Neuſtadt an der Aiſch aliique pro principe habuerunt. At diuerſam eſſe a Romana monuerunt *De Bure* in catal. bibl. Vallerianae tom. III. p. 359, qui illam ed. Venetiis et circ. a. 1471 adſerendam coniicit; cl. *Zapf.* in Merkwürdigkeiten der Zapfiſchen Biblioth. et *Braunius*, qui adcurate et copioſe deſcribit illam, in notitia - de libris — in bibl. monaſterii ad S. Vdalr. et Afram. tom. I. pag. 110 ſqq. — Plut. *vitae parallelae* a diuerſis interpretibus latinae factae. Venetiis ap. Nic. Ienſon. 1478 fol. v. Pinelli catal. bibl. tom. II. pag. 47. nr. 2567 — eaedem. Venet. per Bartol. de Zanis de Porteſio. 1490. fol. v. Denis. in ſupplem. pag. 294 — Aliam edit. Venetam a. 1491 per Io. Riger. cl. *Lengnich* in Beyträgen, II. p. 124 citat. — *Plutarchi* probleumata latine reddita a *Io. Petro Lucenſi*, ex recognitione *Calphurnii*, absque vlla nota, ſaec. XV. charactere romano: bina exemplaria, eaque diuerſa, exſtiterunt in bibl. Pinelliana, vide catalog. tom. I. pag. 236 ſq. Ex epigrammate in fine exemplaris vtriusque, cuius inſcriptio. *Calphurnius Brixienſis ad Dominicum Siliprandum Mantuanum*,

 qui

qui Venetiis 1477 praelum exercuit, coniicit cel. Morelli annum illius editionis. Inde ſuppleri poteſt nota cl. *Deniſii* in ſupplem. annal. Maittair. tom. I. pag. 254. qui *Problemata* in latinum conuerſa per Io. — Petrum Luccenſem, cum epiſt. Calphurnii Brixiani — *Venetiis* per Anton. de Strata Cremonenſem, a. 1488 adfert, et, quod in hac editione etiam occurrit epigramma ad *Siliprandum*, coniicit, aliam praeiuiſſe editionem: atque praeiuiſſe aliam, ex nota cl. Morelli ſimus certiores. Ipſe tamen Deniſius tom. II. pag. 641 ex Pinelli catal. bina illa exempla memorat. — Ibid. ex Pinelli catal. pag. 234 (vbi v. not. cl. Morelli,) citat edit. ſaec. XV. ſine vlla nota, Plutarchi apophthegmata regum atque imperatorum et apophthegm. laconica a Franc. Philalpho lat. reddita — adde bibl. Smith. p. 379 et part. II. pag. 53. — *Plutarch.* Romae apud Conr. Schweynheim et Arn. Panart. ex recognitione Io. Andreae. 1473 v. *Audiffred.* l. c. pag. 130. qui pag. 240 adnotat, Laire edit. Romae, a. 1480 falſo memorare, quum illa ſit ed. princeps circ. a. 1470. — Plutarchi apophthegm. e graeco in latinum translata a *Franciſco Philelpho*, Venet. per Vindelin. de Spira. 1471. 4. v. Du Bure Catal. bibl. Valler. tom. II. pag. 681 — Plut. liber de virtutibus mulierum, ab *Alamano Ranutiano* latine reddita, Brixiae, Boninus de Boninis, 1485. 4 — de breuibus clarorum hominum inter ſe contentionibus, latine ex verſione *Guarini* Veronenſis. Brixiae, Bonin. de Boninis. 1485. 4 v. Pinell. l. c. pag. 237 — *Plut.* de differentia veri amici et adulatoris, interprete *Guarino Veronenſi*, 4. ſine anni et loci nota. v. *Denis*

Denis l. c. pag. 641. — *Plut.* praecepta connubalia, interprete *Carolo Valgulio Brixiano.* Brixiae per Bernardinum miſintam. 1497. 4. v. *Denis* l. c. pag. 709 — *Plut.* apophthegm. e graeco in lat. verſa a Franc. Philelpho, (Dauentriae,) per Rich. Pafraet. 1499. 4 v. *Denis.* pag. 472 — Opuſcula Plutarchi nuper traducta, *Eraſmo* Roterodamo interprete. Baſil. in aedibus Io. Frobenii. 1514. 4 de qua rara edit. v. Schnitzeri memorab. bibl. Neoſtadienſis ad Aiſſum, partic. VI. pag. 47. Reliquas latinarum verſionum editiones ſaeculi praeſertim futuri ad Fabricii B. Gr. cap. de Plutarcho adferam. adde Theſaurum bibliothecalem, tom. I. Noribergae 1738. 4 pag. 361 ſqq. vbi plures eaeque rarae et antiquae editiones verſionesque, tum latinae tum gallicae, italica et hispanica recenſentur, nec non *Burette* in Mem. de la Litterat. — de l'acad. des Inſcr. vol. VIII. vbi pag. 45 ſqq. editt. et verſiones antiquas, praecipue libelli de Muſica perſequitur partimque examinat. Ad *editiones* tam graecas, quam graeco latinas progredior: quae vero ſingulorum opuſculorum peculiares editiones, quae permultae ſunt, in lucem prodierunt, earum potiores et recenſiores tantum h. l. memorabo.

Primum prodierunt *Plutarchi Opuſcula* (moralia) LXXXXII. graece, Venetiis in aedibus Aldi et Andr. Aſulani ſoceri, 1509. fol. quam edit. curauit *Demetrius Ducas*, Cretenſis, et quam forſan Burmannus in praef. ad Valer. Flaccum XXX fin. deprauatam et mendoſam, ac ibidem Daumius codicem monſtraſarum mendarum dicit. — repetita ea eſt apud Froben. et Nic. Epiſcop. 1542.

fol. — et cura *Guil. Xylandri* a multis mendis liberata, graece. Baſil. 1574. fol. — *Vitae parallelae* primum lucem viderunt Florentiae apud Philippum Iuntam 1517. fol. addito Iſocratis Euagora (qui male tribuitur in h. ed. Plutarcho; at Ageſilaus adiectus, non eſt Xenophontis, vt Aldus aliique ſcripſerunt.) Ordo differt ab eo, qui eſt in vulgatis et ab Aldo iam mutatus. *Aldus* enim ediderat Parallelas vitas, graece, Venetiis 1519. fol. Marcus forſan Muſurus e codd. vitas dedit multis locis emendatiores, et ab haud paucis, quibus obſita erat, edit. Iuntina, mendis liberas: multa tamen loca ſana integraque vel ex codd. ſuis, vel ex coniectura perperam mutauit, vti Reiske in praefat. ad Tom. I. Plutarchi monuit, qui praeter ea oſtendit, ex eadem officina eodem anno eiusdem Plutarchi geminas, inter ſe tamen diuerſas, prodiiſſe editiones. *) Ex Aldino exemplo manarunt Baſilienſes edd. curante Sim. Grynaeo, 1533 et 1560. — At ex codd. et ingenio, modo recte, modo praue caſtigatum recudi fecit atque omnia Plutarchi opera graece et latine cum notis ſuis foras dedit Henr. Stephanus 1572. 8. 10. voll. *) — Plutarchi textum a Stephano emendatum deprauatumue retinuerunt et propagarunt reliqui editores Operum Plut. Francof. 1599 fol. v. Saltn. cat. pag. 181

*) *Ioſeph Anton Saxius* in hiſtor. litter. typogr. Mediolanenſi pag. 593 ex indice graec. bibl. Ambroſ. Mediol. citat *Plutarchi vitas*, gr. Mediol. 1493. in fol. ſine nomine typographi. add. pag. 367.

*) tom. 13. cum emendatt. msst. V. D. fuit exemplar in bibl. Pinelli. v. catal. tom. III. p. 291. adde theſaur. bibliothecal. II. p. 65.

181.—1605. apud Wechel. II. Voll. cum notis et var. lectt. et ibid. in officina Aubriorum 1620. fol. II. Voll. cum notis Xylandri, Cruſerii, et Stephani. Primum acceſſit libellus Plut. de fluuiorum montiumque nominibus, cum verſione notisque *Mauſſaci.* — Wechelianam editionem Pariſini 1620. et, forſan titulo tantum renouato, a. 1624. ex recenſione *Philippi Ioannis* Mauſſaci cum notis, V. L. et indicibus, apud Anton. Stephanum, (ſecundum Pinelli catal. tom. III. p. 291 et *Hambergerum* Z. N. Tom. II. pag. 269.) ita renouarunt, vt verſus et paginae priori editioni reſponderent. *Rualdi* tantum animaduerſiones, tamquam nouum propriumque decus acceſſerunt. — Hanc Pariſinam ed. plerumque ſequuti ſunt *Auguſtinus Brianus*, et, illo operi immortuo, *Moſes du Soul* in nitida ſplendidaque editione Vitarum Parallelarum, gr. et lat. Londini 1729. 4. V. Voll. Variae lectiones ex VI. codd. auctae, et ſuperiorum editorum obſeruationibus additae ſunt Palmerii, *) Dacierii, Bryanii, et a tomo IV. du Soul adnotationes. Contextus verborum Stephanianus interdum emendatus eſt; plures tamen in notis proponuntur correctiones atque emendationes. — Nouiſſima et caſtigatiſſima editio eſt, quam b. Reiske inceperat, atque ante mortem praelo parauerat: nimirum,

Plutarchi Chaeronenſis, quae ſuperſunt, *omnia*, graece et latine, principibus ex editionibus caſtigauit, virorumque doctorum ſuisque annotationibus inſtruxit *I. I. Reiske*, Lipſiae 1774. — 1779, 8,

*) Qui varia Plutarchi loca illuſtrauit in Exercitatt. ad optim. ſcriptor. gr. Lugd. B. 1668. 4.

8. Integrum opus conſtat XII. volum. quorum vltima duo tenent indices. In vitis ſequutus eſt exemplum Londin. ſed ita, vt orationem graecam ex libris veteribus, aut de ſua aliorumque coniectura ſaepius mutaret atque priſtinae integritati reſtitueret, notasque Stephani aliorumque, non, vti Bryanus et du Soul fecerant, mutilatas, ſed plenas integrasque redderet, ſuasque ad calcem cuiuscumque voluminis adiiceret. In Moralibus Reiskii notae ſunt pauciores et contexto ſtatim ab alio viro docto aliquoties ſubſtratae. — Nouam editionem, cuius baſis eſt Reiskiana, inſtituit, doctisque inſtruxit tum ſuis tum alienis adnotationibus lectionisque varietate *Io. Georg Hutten*, ſcholae Anatol. Tubing. Rector. Latinam verſionem omiſit. Primum volumen nitidis formulis typographicis deſcriptum prodiit Tubingae 1791. 8. Hucusque autem operae proceſſerunt vsque ad volumen quintum, (1793) quo vitae parall. nondum ſunt abſolutae. — *Wyttenbachius*, Bernas, Profeſſor Amſtelodam. iam a multis annis verſatur in noua Plutarchi Opp. editione, recenſione atque interpretatione, eiusque deſcriptionem ac ſpecimen dedit in Biblioth. critica vol. III. part. I. Amſtelod. 1787 8. pag. 1 — 32. et nouam illam editionem Oxonii praelo ſubiectum iri, adnunciauit, ibid. part. II pag. 106 ſqq.

Quaedam opuſcula ſeparatim in vſum tironum edita atque illuſtrata ſunt. Ego vero in paucorum commemoratione ſubſiſtam. Quum libellum de liberorum educatione olim, licet inepte et incongrue, in ſcholis frequenter interpretarentur doctores: factum eſt, vt certatim ederent illum, illuſtra-

ſtrarent, nec raro commacularent homines labori idonei et inidonei, aut cum quibusdam Iſocratis *) aliorumque coniunctim prodire iuberent. Ex tanta editionum nube excitabo tantum: *Plut.* opuſc. de educat. liberor. cum Luciani dialogis. Hagenoae 1527. 8. edit. rara. v. Engel. catal. libror. rariſſimor. pag. 92. — de educandis liberis, longe nunc, quam hactenus vmquam emendatius editum cum interpretatione et ſcholiis *Sufridi Petri Leouardienſis*, lat. ac gr. linguae Prof. in acad. Erphordienſi Baſil. per Io. Oporin. 1561 8. Primum poſita eſt verſio latina, tum notae, non criticae, nec admodum multae, denique textus gr. nitide expreſſus. — De liberorum inſtitutione, cum praefat. Phil. Melanchthone gr. ap. Euchor. Ceruicornum, Colon. 1519. 4. — Francof. 1574. 4. ex ed. Melanchthonis, gr. Paris. apud Wechel. 1547. 1566. 4. — ibid. gr. apud Guil. Morel. 1561. 4. — ibid. gr. et lat. ap. Io. Bene - natum 1577. 4. — ex recenſione *Franciſci Fabricii*, emendatiſſime edit. ſtudio M. *Ioan. Blocii*, graece, Magdeburg. 1619. 4. — ex recenſione et cum notis *Olai Heſychii.* Lipſiae 1705. 8. — gr. et german. atque cum not. haud eruditis *I. Caſp. Keydel.* Quedlinburg. 1738 8. — de puerorum educatione et de ratione audiendi, gr. et lat. cum notulis atque indicibus, Breslau. 1738. 12. — Optima tamen et pleniſſima de liberorum educatione editio eſt, quam curauit, ſuisque et Heumanni, (cuius quoque noua interpretatio latina acceſſit,) ac Xylandri obſeruationibus, variis lectionibus indiceque Rappii emendatiore ornauit *Iac. Frideric. Heuſingerus*, homo graece doctiſſi-

*) v. Fabr. B. Gr. vol. II. p. 783. ſq.

ctiſſimus, Ienae 1749. 8. cuius editionis notas et indicem paucis abhinc annis contraxit *Kallius*, Hafniae 8. — De eodem libro bene meruit, et bina Plutarchi et Marcelli Sidetae fragmenta addidit, gr. *Io. Gottlob Schneider*, Argentor. 1775. 8. — gr. et lat. variorum notas adiecit, ſuasque animaduerſiones immiſcuit *Thom. Edwards*, L. L. D. in vſum ſtudioſae iuuentutis. Cantabrig. 1791 med. 8. Textus eſt Stephan-Wechelianus, verſio Xylandri, et notae modo anglico, modo latino ſermone ſunt conſcriptae. v. Nou. ephem. litt. Lipſ. a. 1793 nr. 80. — Heuſingeri tantum notas et indicem valde contraxit *M. I. Chriſtoph. Frid. Bähren*s; in editione ſua, Halae Magdeb. 1790. 8. — *Plut.* — libellus, emendauit, explicuit M. *Chr. Gottf. Dan. Stein*, Lipſiae 1793. 8. Textui ſubiectae ſunt variae lectiones veterum editionum et msstorum a Reiskio memoratorum. Separatus eſt commentarius doctus quidem, at mole laborans.

Quomodo adoleſcens poetas audiri debeat, libellus vere aureus, editus ab *Hugone Grotio*, cum Baſilii libello ſimilis argumenti, graece ac latine, Paris. 1623. 4. repet. a *Io. Pottero*, qui var. lectiones et notas adiecit, Oxon. 1694. 8. iterum repetita eſt haec editio Glasgouae 1753. 8. locis quibusdam contextus emendatis — Antea ille liber et de vita Homeri, a Guil. Xylandro, gr. et lat. Baſil. apud Oporin. 1566. 8. prodiit — gr. et lat. cura *Georgii Weiſſii*. Ienae 1672. 8. — Horum tamen merita ſuperauit, *Io. Tobias Krebs*, qui libellum Plutarchi recenſuit, emendauit, et egregiis animaduerſionibus illuſtrauit, gr. et lat. ex interpretatione Xylandri, Lipſiae 1746. 8. — iterum

rum auctiorem multis nouis animadu. et emendatiorem edidit ibid. 1779 m. 8. — Apophthegmata regum et imperatorum etc. gr. et latine, Londini 1741. 4. (editore *Michael. Maittaire.*) — ex recenſione et cum notis *Stephani Pemberton.* Oxon. 1768. mai. 8. Cura et diligentia editoris a criticis nec laudatur, nec commendatur. conf. Philolog. Bibliothek, tom. 1. part. II. Gottingae 1770 pag. 82 ſqq. Antiquiores editiones indicat *Maittaire* in A. T. v. indicem v. *Plutarchus.* — Recentiſſima eaque docta editio eſt: *Plutarchi inſtituta et excerpta apophthegmata Laconica.* Recenſuit, animaduerſionibus illuſtrauit, indiceque verborum graecorum inſtruxit *Theophil. Erdmann Gierig*, ſcholae Lennep. ad Rhenum Rector. Lipſiae 1779 m. 8. gr. cum eruditis notis et indice bono. Quod illi libelli vel paene toti ex Plutarchi parallelis vel excerpti ſunt ab homine ignoto, Gierig, (qui editiones vett. contulit et e farragine L. V. quas Wecheliana editio ad calcem habet, quasdam in textum admiſit lectiones,) illarum vitarum beneficio complures lacunas expleuit, multa menda ſuſtulit nec pauca loca illuſtrauit. — Huc quoque pertinent: *Apophthegmata graeca* regum et ducum, philoſophorum item aliorumque quorundam, ex *Plutarcho* et Diogene Laertio. cum lat. interpret. Loci aliquot in graeco contextu emendati fuerunt: aliorum autem quorundam emendationem cum noſtris editionibus Plutarchi et Laertii atque Stobaei accipies. anno 1568. 12. Excud. Henr. Stephanus.

— Libellus de diſcrimine amici et adulatoris, graece primum ſeorſim edidit, varietatem lectionis notauit, animaduerſiones Xylandri aliorumque

(n. Ges-

(n. Geſneri, Iac. Frid. Heuſingeri, qui commentat. criticam in hunc libellum doctam ſcripſit Guelferb. 1751. et I. Iacob Reiskii) vt et indicem (plenum et commodum) vocarum graecarum adiecit *Chriſtian. Aug. Krigel*, A. M. Lipſiae 1775. 8.

— Quaeſtiones Romanae gr. et lat. cum *Marci Zuerii Boxhornii* commentario, cum Boxhornii Quaeſtionibus romanis, Lugd. B. 1637. 4. et in I. G. Graeuii Theſ. Antiqq. Rom. Tom. V. pag. 974. ſqq.

— De virtute morali, editore *Ioach. Camerar.* ita vt graecus textus hanc ſuam hebeat epigraphen: libellus Plut. quo oſtenduntur fundamenta, et explicatur totum quaſi aedificium doctrinae de virtute morali, quae eſt philoſophia ethica, cum disputationibus quibusdam Socraticis de Iuſtitia atque Virtute, (ex Platone, Plutarcho et Stobaeo.) Expreſſa Lipſiae, curante Ern. Voegel. in 8. ſine anni indicio. (1571.) Interpretatio autem et adnotationes ſeorſum excuſae habent epigraphen: *Plut. libell.* de virtute morali — vna cum explicatione praecipuorum locorum — auctore *Ioach. Camerario*, ibid.

— De virtute morali, ab *Andr. Mattheo Aquiuiuio*, Hadrianorum duce, gr. et lat. Neapol. 1526. fol. liber admodum rarus. — *Plut.* opuſcula moralia, multis mendarum millibus expurgata. Gr. Baſileae apud Froben. 1542 fol. — de virtute morali, gr. et lat. *Valgulio* interprete. Paris. apud Guil. Morel. 1555. 4. — graece ibid. ap. Io. Benenat. 1570. 4. — De tranquillitate et ſecuritate animi, graece. Paris. excud. Io. Lodoic Tiletanus, 1537. 8. — de animi tranquillitate, gr. Lipſiae 1779. 8.

Dialo-

Dialogus de cohibenda ira, gr. Louanii, ex offic. Rutgeri Reſcii. 1531 8 — de vtilitate ex inimicis capienda. gr. ibid. 1531 8. — de non iraſcendo et de curioſitate, gr. et lat. Erasmo Roterod. interprete. Baſil. apud Io Froben. 1528. 8.

— Oratio conſolatoria ad Apollonium. gr. ſine vlla nota, ſaec. XVI. in 8. (v. *Pinelli* catal. tom. II. pag. 233).

Opuſculum de tuenda valetudine, gr. Antwerp. ex offic. Io. Loei. 1546. 8.

Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ Λάθε βιώσας. περὶ φιλοπλουτίας. πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ σώματος πάθη χείρονα. gr. et lat. Paris. apud Guil. Morel. 1549 4.

Plutarchus περὶ δυσωπίας καὶ περὶ τύχης. gr. et lat. nunc primum ſeparatim prodiit cum animaduerſionibus Reiskii, Salmaſii et Xylandri. Varias lectiones duorum codd. Mosquens. et ſuas animaduerſiones adiecit *Chriſtian. Frideric. Matthaei.* Accedunt Plutarchi fragmenta quaedam. Impenſis Chr. Rudigeri. typis vniuerſit. Mosquenſis. 1777 8.

Plut. libellus de ſuperſtitione et Demoſthenis oratio funebris. — gr. et lat. cum integris notis Reiskii, Sallierii, Taylori, Wolfii et Xylandri: denuo recenſuit, varias lectiones trium codd. msst. et ſuas animaduerſiones adiecit *C. F. Matthaei* — typis caes. Mosquenſis Vniuerſitatis. Proſtat Mosquae etc. 1778 8. conf. bibl. critic. Amſtel. vol. II. part. 1. pag. 124 ſqq.

Plut. reipubl. gerendae praecepta, in vſum ſcholarum ſeorſim, cum verſione latina Wilh. Xylandri et reſolutione breui *Melchioris Iunii*, eloquen-

quentiae argentinenſi in academia Profeſſ. edita. Argentorati 1598. 8.

Plut. liber de Exilio, plerisque in locis emendatus gr. Paris. 1585 4.

Plut. libellus ſitne rationis aliqua in beſtiis vis, tum vtra animantium plus huius habeant, terreſtriane an aquatica, a *Sim. Grinaeo.* gr. et lat. Baſil. 1534 8.

Conuiuium ſeptem ſapientum gr. Paris. apud Vaſcoſan. 1547 4. — gr. et lat. et de ſuperſtitione, lat. *Planco* interprete. Lugduni ap. Seb. Gryphium 1552. 8.

— De Iſide et Oſiride liber, graece et anglice. Graeca recenſuit, emendauit, commentario auxit, verſionem nouam anglicam adiecit *Samuel Squire.* Acceſſerunt Xylandri, Baxteri, Bentleii, Marklandi coniecturae et emendationes, Cantabr. 1744. 8.

— De placitis philoſophorum libri V. gr. et lat. cum variis lectionibus (ex edit. Francof.) adnotatt. et diſſertatt. *Eduardi Corſini*, Florentiae 1750. mai. 4. Haec editio omnino laudanda et ob notas ſubiectas additasque diſſertatt. philoſophiae antiquae cultoribus commendanda. Praemiſſa eſt Plutarchi vita et ſyllabus veterum philoſophorum. — Egregia et critica eſt editio: *Plutarchi* de phyſicis philoſophorum decretis libri quinque. Emendatiores edidit et lectionis varietatem adiecit *Chr. Dan. Beckius.* Lipſiae 1787. 8. Praemiſſa eſt docta elegansque praefatio, in qua etiam de auctore libri diſputatur.

Ex *Plutarchi parallelis* Ageſilai et Pompeii vita, gr. Paris. apud Anton. Augerellum. 1544 8.

— De-

— Demoſthenis et Ciceronis vitae parallelae, nunc primum ſeparatim editae. Graeca recenſuit, latine reddidit, notis illuſtrauit *Philippus Barton.* Oxon. 1744. 8. Bartoni notae typis repetitae ſunt in Plutarcho Reiskiano Vol. IIII. et excerptae in ed. Hutten.

— Vitae parallelae Themiſtoclis et Camilli; Alexandri et Caeſaris in vſum iuuentutis, indice copioſo illuſtratae a *Ludou. Adolpho Baumann.* lyc. Neobrandenb. Conrect. Halae 1761. 12. Et notarum, et vero praefationis dote carent. — Eaedem ad optimas editiones, (n. Moys. du Soul et Bryani Reiskiique, cuius tamen audaciores nec raro minus neceſſariae coniecturae ac lectiones textui ſunt ſubiectae,) expreſſae, ſelectisque variorum notis illuſtratae, in vſum iuuenum — curauit *Car. Henr, Ioerdens.* Berolini 1788 mai. 8. — *Plutarchi* Theſeus et Romulus, Lycurgus et Numa Pompilius. Recenſuit, explicauit, indicibusque neceſſariis inſtruxit *Ern. Henr. Georg Leopold.* Lipſiae 1789. m. 8. graece. V. L. et notae criticae, textui ſubiunctae, ab adnotationibus grammaticis et exegeticis iisque eruditis ſunt ſeparatae. De hac laude digna editione conf. doctam cenſuram in Ien. Allgem. Litter. Zeit. a. 1789. m. Nou. nr. 340. — Vita Numae, gr. e Plutarcho ſeorſim in vſum auditorii ſui recenſuit *D. Wilh. Chr. Iuſt. Chryſander.* Rintelii 1753 8. — Quasdam vitas latine vertit *Candidus Decembrius* v. *Anton. Saxii* hiſtor. typograph. litter. Mediolan. pag. 301 C. D.

Plut. quaeſtiones Platonicae, a *Ludou. Nogarola,* gr. et lat, Venetiis ap. Valgriſium 1552 4.

Dialo-

Dialogum de Muſica, gallice vertit et illuſtrauit copioſe *Burette* in Mem. de l' Acad. des I. et B. L. Tom. VIII. vbi in quinque commentation. introductionem veluti et hiſtoriam dialogi illius litterariam dedit; textum autem graecum cum verſione gallica doctisque varii generis animaduerſionibus in tom. X. notarum continuationem in tom. XIII. XV. et XVII. ſeparatim Paris. 1735 4.

— Liber de ſera numinis vindicta, accedit fragmentum eidem vindicatum apud Stobaeum, (quod vulgo Themiſtio adſcribitur,) recenſuit, emendauit, (copioſe docteque) illuſtrauit *Daniel Wyttenbach.* Lugd. B. 1772. 8. Vſus eſt codd. Wyttenbachii tamen diligentia iam ſenſit malignitatem inuidiamque temporis in *Philellenis* cuiusdam Epiſtola critica in Plutarchi libellum — ex ed. Wyttenbachii, ſ. a. et l. adde cenſuram in bibl. philolog. tom. 1. part. VII. pag. 437 ſqq. Gotting. 1772 8.

— Libellus de fluminibus gr. et lat. *Vibius Sequeſter* de flumininibus etc. *Pſellus* de lapidibus, gr. et lat. a *Iac. Mauſſaco*, Toloſae, 1615. 8. — alia exemplaria eiusdem editionis, in quo, omiſſa epiſtola dedicatoria et addito *Io. Piſtorii* libello de microcoſmo impreſſa, Toloſae 1618 8. v. Pinelli catal. tom. 1. pag. 357 — de fluuiorum et montium nominibus etc. graece, cum verſione lat. *Phil. Iac. Mauſſaci* et notis, inter Io. Hudſoni Geograph. minor. graec. Vol. II.

Alexandrina prouerbia graeca, ex bibliotheca Medicea, cum interpret. lat. *Iac. Gronouii* etc. in praef. Tom. X. Gronouii Antiqq. Graec.

Fragmentum de Anima, et ſpecimen dialogi de Nobilitate in *Fabricii* B. Gr. Vol. XII. pag. 265. ſqq.

Frag-

Fragmentum pro nobilitate, cum Arnoldi Ferroni interpretatione, (quae Lugduni 1556. 8. in lucem exierat,) et notis *I. Chriſto. Wolfii*, in huius Anecdotis graecis Vol. IIII. Hamburgi 1724. pag. 173. ſqq. adde theſaur. epiſtol. La-Crozian. tom. 1. p. 301. II. p. 198 et 200.

5. Multae variaeque in Plutarcho fuerunt litterae; magna ſubtilitas et fecunditas ingenii; verus philoſophiae et virtutis amor; mira ſedulitas vaſtaque omnis, quidquid antiquitas excluſerit, cognitio inquiſitioque, et incredibilis rerum diuinarum humanarumque ex omnis doctrinae liberalioris ſcientia. Ad cognoſcenda igitur veterum philoſophorum placita, ad intelligenda multa antiquitatis tam graecae quam romanae capita; ad mores hominum in vtraque fortuna perſpiciendos ſuosque formandos, ad vitae hiſtoriaeque vtilitatem ac grauitatem, ad fragmenta haud paucorum poetarum veterum colligenda atque explicanda, dici non poteſt, quam efficax ſit lectio et intentum librorum Plutarchi ſtudium: quamquam ſagax et prudens lector nec in omnibus eius philoſophicis iudiciis atque opinionibus, nec in omni enarratione fabularumque commemoratione acquieſcet. Tanta vero et tam fructuoſa litterarum copia et varietas quosdam homines doctos, vt mos fert, ad ineptam fere, ſaltem immodicam Plutarchi, quaſi omnis eruditionis fons eſſet et theſaurus, laudationem atque venerationem abripuit. Plutarchus vero, quod tam diffuſa poetarum *) ceterorumque ſcri-

*) Hinc multa loca tragicorum et comicorum veterum latent in Plutarcho. v. *Valckenar.* diatrib. ad Euripidis Hippolyt. p. 219 ſqq

ſcriptorum lectione imbutus a recenti eaque varia lectione ad ſcribendum ſaepe acceſſit, et praeter conſuetudinem bonorum ſcriptorum, immo vero praeter ſobriae eloquentiae aequabilisque orationis praecepta et naturam, ſuam orationem ſententiolis veterum poetarum ac philoſophorum conſtipatam, et tamquam floribus pictam et confertam ſaepe compoſuit et conſarcinauit: a ſuauitate veterum, elegantia, naturali pulcritudine, verborumque flumine aequabili ſaepius declinauit, et dictionem fecit non ſolum duriuſculam, inaequalem atque maculoſam, ſed ideo quoque obſcuram. Quae obſcuritas inde augetur, quod Plutarchus ad fabularem mythicamque hiſtoriam, aut ad controuerſias philoſophicas etiam ſubtiles, nec omnibus apertas cognitasque, frequenter adludit. Studium igitur, laudem atque admirationem ingenii et doctrinarum, non imitationem meret ille eiusque dictio, de qua quidem, quae a patria et aetatis labe haud pauca ſibi contraxerat vitia, multo grauius iudicat *Reiske* in praefatione ad Animaduerſ. in Plutarchi Opuſcula moralia pag. 119. ſqq. in Animaduerſionum ad graecos auctores Vol. II. Lipſiae 1759. 8. adde eiusdem iudicium in Erinnerungen und Zuſätzen zu den VI. Theil der Geſchichte d. Par. Acad. contra Gedoyn in verſione hiſtoriae etc. germanica Gottſched. tom. XI. pag. 115 ſqq. In vitis tamen exponendis ſingulare et imitatione digniſſimum ſemper erit exemplum.

6. Plura de Plutarcho vide apud *Fabricium* B. Gr. Libr. IIII. Cap. XI. Vol. III. *Brucker.* hiſtor. crit. philoſ. Tom. II. pag. 178. ſqq. et in Appendice pag. 357. ſqq. eosque ſcriptores, quos *Hamber-*

berger in zuverläſſ. Nachr. Vol. II. pag. 292. et *Saxius* V. C. in Onomaſt. lit. I. pag. 286. ſqq. et Anal. pag. 581. laudant. — In opuſc. de Iſide et Oſiride eſt locus quidam ex Theopompo, qui tempore Philippi atque Alexandri vixit, de placitis Magorum, quem explicuit *Anquetil* in Hiſtoire de l' Academie des I. et B. L. Vol. 34. Paris. 1770. vbi ſecundum Plutarchum ſyſtema Magorum theologicum perſequitur, et cum iis comparat, quae in libris veteribus, a Perſis Zoroaſtro attributis, reperiuntur. — Vniuerſim in Commentatt. academ. Paris. Inſcr. varia opuſcula locaque Plutarchi examinantur atque illuſtrantur. Multas iam indicauit Saxius l. c. vide quoque verſionem hiſtoriae illius academiae germanicam Gottſchediae tom. II. III. IV. VII. et IX. *Sauier* ſcripſit obſſ. in Plutarchi libell. de fortuna, in Mem. de l' Acad. Paris. des Inſcr. vol. X. pag. 338 ſqq. edit. Paris. vol. XIV. p. 532. ed. Amſtel. — Animaduerſiones in Plut. apophthegmata, in Miſcell. obſſ. in auctor. vol. II. tom. III. pag. 383. — *Io. Chr. Koerneri* comm. de nuptiis ſine fele, ad Plut. praec. nupt. Dresdae 1747. 4. — *Pellegrini Gaudentii* critica diſput. de Plutarchi vita Ciceronis, in Saggi ſcientifici e litterari dell' Accademia di Padova. tom. II. Patauii 1789. 4. — *Decii Celeris* de Plutarchi Chaeronei, philoſophi grauiſſimi vita libellus. Patauii 1627 8. — *Io. Ern. Mülleri* progr. de Plutarcho. Rudolſtad. 1697. 4. — *Io. Iac. Zimmermanni* diſſ. de religione Plutarchi, in Muſeo heluet. tom. IV. part. XV. pag. 379 ſqq. — über das EI am Apollotempel zu Delphi, von *Ludewig Suhl*, Subrect. des Gymnaſii zu Lübeck. Lubecae 1780. 4. ad Plutar-

 chi

chi libellum eiusdem argumenti. — Cel. *Chr. Frid. Matthaei* in vol. II. Lectionum Moſquenſium pag. 63 ſqq. ex cod. Synodi Moſquens. ſaec. XII. membran. dedit varias lectiones ad Plutarchi libell. de placitis philoſophorum, quas etiam cl. Beck in ſua edit. propoſuit. — *M. Car. Aug. Böttigeri*, tum Rect. ſcholae Budiſſ.) proluſio ad locum Plutarchi in vita Catonis Maioris pag. 347 ſqq. (ed. Francof.) Budiſſae 1789. 4. — *M. Io. Henr. Mücke*, rector ſcholae Grimmenſis; progr. Plutarcho duce, quomodo ſuos quisque in virtute profectus poſſit animaduertere, disputatur. Lipſiae 1791 4. M. *Traugott Frid. Benedict*, Rect. ſcholae Torgau. progr. interpretatio quorumdam Plutarchi locorum, in vita Iulii Caeſaris; cap. 1. 9. 10 et 23. Torgau. 1791. 4. — *Leſſing* ad vitam Catonis mai. pag. 336 ed. Wechel. in *Gotth. Ephraim Leſſingii* obſeruatt. criticis — collectis atque in ordinem redactis a Io. Frid. Reichenbach. Berol. 1794. min. 8. pag. 103 ſqq. *I. I. Reiske* Animaduerſ. ad Plutarchi libellum de tarda numinis ira; locis quibusdam Polybii a Car. Chriſto. Foerſtero propoſitis et examinatis ſubiunctas, pag. 81. ſqq. Lipſ. 1759. 8. — Morals by way of abſtract, done from the Greeck. Londin. 1707 8. — Vitae parallelae e graeco conuerſae ſunt in linguam Anglicam; primum ſecundum veterem Amioti gallicam verſionem; tum 1727. moderante *Dryden*; porro 1758 et a *I. Langhorne* VI. VII. 1770. in mai. 8. cum notis criticis atque hiſtoricis, a Dacierio fere mutuis ſumtis. *Dacier* enim illas Gallo-francice fecit, textum e MSS. emendauit et notis illuſtrauit Paris. 1696. 12. — 1721 4. Tom. I — VIIII. rec. Amſtel. 1723. Voll. IX. et

et 1735. Voll. X. — Les vies des hommes illuſtres, traduit du Grec de Plutarche par *Iacq. Amyot.* — rec. et emend. cum obſeruatt. Abbé *Brotier* cum tabb. aeri inciſis. Paris tom. V. 1783 — 1785. Pari modo ſe editurum eſſe reliqua Plutarchi opuſcula ex interpretatione Amyoti, ſed auctiora atque emendatiora, in voll. XXIIII. promiſit et conſilium ſuum vberius declarauit in Iourn. Encyclopédique à Bouillon a. 1783 tom. 1 part. III. pag. 536. et tom. VIII. part. II. pag. 359. — De antiquioribus verſionis Amyoti edd. v. Theſaur. bibliothecal. tom. I. pag. 364 et de Daceriana verſione ibid. pag. 365. De aliis verſſ. v. *Harwood* Veberſicht e vers. Alteri pag, 96. ſq. et cat. bibl. Ducis de la Valliere tom. I. pag. 360 ſqq. in primis dictionaire bibliographiq. — des livres rares tom. II. Paris. 1790 8. pag. 417 ſqq. vbi rariores edition. ac verſiones enumerantur. — De diſcrimine amici et adulatoris et conuiuii philoſophor. verſio *La Porte du Theil.* 1773. mai. 8. — Eſſai d' une traduction nouvelle des Oeuvres morales de Plutarhe. Berol. 1767. min. 8. — Commodam opuſc. moralium verſionem franco - gallicam confecit *Ricard.* Paris. 1783 — 1790 XII. tom. 12. Se, adfirmat, conſuluiſſe codd. bibl. Paris. et in animaduerſion. ad vitas X. graec. oratorum ſaepius corrigit Plutarchum. — La Menagerie de Xenophon: Les regles de mariage de *Plutarche*: lettre de Conſolation de *Plutarche* à ſa femme, les tout traduit du Grec en Francois par feu Mſr. *Eſtienne de la Boetie*, (cum vita illius, auctore Montaigne) Paris. ap. Frid. Morel. 1571. conf. de illo Boetio comm. in Neuen deutſchen Merkur, a. 1793 part. III. pag. 268 ſqq. — De ver-

verſionibus *italicis* v. *Paitoni* bibl. degli autori volgarizzati tom. III. pag. 147 — 173 quibus addes opuſculorum moralium verſionem cuius tomus I. prodiit Romae 1790. 4. et conf. *Smith* biblioth. pag. 378 — De *germanica* vitarum parallel. verſione *Hieronymi Boneri*, Argentor. 1534 Cölmar, 1547. 1555. fol. et aliorum quorumdam opuſculorum vide Beyträge zur critiſchen Hiſtorie der deutſchen Sprache etc. part. IX. pag. 230 — 237. Lipſiae 1734. 8. ex quo libro poteſt ſuppleri notitia *Schummelii* in Ueberſetzer Bibliothek pag. 55 et addi: *Plut.* philoſophiſch Ehezucht-Büchlein. Argentor. 1578 8. cum figg. — *Plutarch* Tractat, wie einer von ſeinen Feinden Nutzbarkeit erlangen möge, verteutſcht durch *H. Bilibald Pirkeymer*, in huius theatro virtutis et honoris oder Tugendbüchlein, (poſt eius mortem cum praefat. *Hans im Hoff* edito,) Noribergae 1606 8. pag. 112 ſqq. — *Plutarch* v. anderer kurze, weiſe v. höfliche Sprüche aus dem Latein, in Teutſch verdollmeſcht durch *Heinr. von Eppendorf.* Argent. 1534 fol. in Bunau. cat. I. pag. 166. ſed an. 1535. ſignata eſt illa editio in Baueri bibliotheca librorum rariorum vniuerſali, part. III. pag. 221. — *Plut.* Büchlein, wie ſich zwey Ehe-Leute gegen einander halten ſollen, aus dem Lateiniſchen veberſetzt durch *Hier. Ziegler.* Auguſtae Vindel. 1545. 4. — Vitas parallelas vertit, notasque adiecit, (v. *Gottſched* in Neuen Bücherſaale. vol. II. part. I. n. 4.) in linguam germanicam — *Io. Chriſtoph. Kind* Lipſiae 1745 ſqq. 8. Voll. IIX. et cl. *Schirach*, Berol. 1776 — 1780 VIII. tom. — Auserleſene moraliſche Schriften vom Plutarch, aus dem Griechiſchen, a

Nu-

Nüſchelero verſ. I. Vol. 1768. II. Vol. 1769. Tiguri. — *Plut.* moraliſche Abhandlungen aus dem Griechiſchen veberſetzt von *I. F. Sal. Kaltwaſſer*, Francof. ad Moen. I — V. vol. 1783 — 1793 8. — Das man auch von ſeinen Feinden Vortheil haben könne. Eine Abhandlung aus dem Griechiſchen des Plutarchs. in: Neuen Sammler zum Vergnügen v. Nutzen der Teutſchen. Erlang. vol. I. 1766. pag. 352 ſqq. — *Plut.* Paedagogik aus dem Griechiſchen mit Anmerkungen von *M. I. Fr. Bährens*; Direct. des Paedagog. zu Meinertshagen. Halae Magdeb. 1787 8. — *Plut.* de legendis poetis libera *I. Dan. Heydeni* verſio, praemiſſa eſt eius verſioni Perſii germanicae. — Opuſc. de diſcrimine adulatoris et amici verſio exſtat in: Neuen Beyträgen zum Vergnügen des Verſtandes und des Witzes, pag. 152 ſqq. 258 ſqq. et 340 ſqq. — De aliquot opuſculis latine verſis 1) a *Lapo Birago.* v. Fabr. bibl. lat. med. et inf. aet. tom. II. pag. 244 ed. Manſi, et *Mazzuchelli* ſcrittori d'Italia vol. II. part. II. pag. 1259, 2) ab *Aretino*, v. Mazzuch. l. c. part. IV. pag. 2207 art. Bruni. 3) a *Philelpho*, v. *Saxii* hiſt. typogr. litter. Mediol. pag. 532 ſq. vbi repetendas is curauit Philelphi praefationes ad conuerſa Plut. Apophthegmata; et pag. 614 de editt. illorum in 4. ſine loco, anno et typographo, cum aliis opuſculis iunctim editis, egit et probabiliter Mediolani 1481. excuſas eſſe, pag. 220 docuit. — *Io. Salom. Semlers* Erleuterung der egyptiſchen Alterthümer durch Ueberſetzung der Schrift Plutarchs von der Iſis und dem Oſiris, und der Nachricht von Egypten aus Herodots zweytem Buch mit beygefügten Anmerkungen, Breslau. 1748.

1748. 8. — *Hallerus* quoque in Bibliothecis ſuis de Plutarcho, quae ad artem medicam et hiſtoriam naturae potiſſimum pertinerent, quaedam disputauit et monuit. — adde *Hank* de rom. rer. ſcriptor I. 12. *Pope-Blount* in cenſura authorum etc. pag. 143. ſqq.

§. 25.

SORANVS.

Menandri filius, Epheſius, medicus methodicus: qui primum Alexandriae, dein Romae, principibus Traiano et Hadriano, artem medicam exercuiſſe dicitur. Hippocratis et Galeni Operibus ſunt quaedam inſerta, quae *Soranus* ſcripſit. Huius librum vnum de fracturarum ſignis, in veterum medicorum Graecorum chirurgicis quibusdam antehac deſideratis, gr. et latine edidit Antonius Cocchi. Florent. 1754. fol. — Diſtinguendus eſt a *Pſeudo Sorano*, Iſagoges in artem medendi, auctore latino, et a *Sorano* Epheſio iuniore, incertae aetatis, cuius vitam Hippocratis dedit *Fabricius* in B. Gr. tom. XII. pag. 675. ſq. vbi etiam pag. 684. et Vol. XIII. pag. 426. de *Soranis* agitur. conf. *Halleri* Bibl. Chirurg. Tom. I. pag. 66. ſqq. et Bibl. Botan. Tom. I. pag. 100. *Saxii* Onom. litter. I. pag. 292. ſq.

§. 26.

CRITON, medicus graecus, in palatio Traiani Auguſti clarus. Fragmenta exſtant apud Galenum; et argumenta capitum operis de arte cosmetica typis exſcribi fecit *Fabricius*, idemque de Critone

Critone agit in B. Gr. Libr. VI. c. 7. pag. 689. Vol. XII. adde Vol. XIII. pag. 133. et *Halleri* Biblioth. Botan. pag. 109. ſq.

§. 27.

THEON.

1. Floruit circ. A. C. 117. ſub Auguſtis, Traiano et Hadriano.

2. Smyrnaeus, inſignis Mathematicus et philoſophus Platonicus.

3. Scripſit de iis, quae in mathematicis ad Platonis lectionem vtilia eſſent. Supereſt vero tantummodo fragmentum, in quo de Arithmetica et Muſica agitur, quod Ism. Bullialdus ex cod. Thuano primus edidit, cum quatuor aliis codd. contulit, latine vertit et notis illuſtrauit, Lutet. 1644.

4. In praefatione agit de aetate Theonis.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. Libr. III. cap. 18. pag. 35. ſqq. *Brucker*, hiſtor. crit. philoſ. Tom. II. pag. 164. ſq. *I. Andr. Schmidii* diſſ. de Hipparcho, Theonibus et Hypatia pag. 14. *Saxii* Onom. lit. p. 293.

5. Diſtinguendus eſt a *Theone*, Mathematico Alexandrino, ſaeculi quarti, ad A. C. 390.

§. 28.

CLEOMEDES.

1. Secundum *Fabricium* et *Saxium* claruit circa idem tempus, quoniam Ptolemaei, quem tanti nominis hominem non praetermiſiſſet, nullam iniicit mentionem. Peucer, Voſſius et Hamberger, quem

conferes, in zuverläſſ. Nachr. (Vol. III. pag. 97.) eius aetatem referunt ad tempora Theodoſii ſecundi circ. A. C. 427.

2. Aſtronomus graecus, qui reliquit eruditionis monumentum: Κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων βιβλία δύο *de circulari ſ. ſphaerica inſpectione coeleſtium, ſiue de contemplatione orbium coeleſtium libros II.*

3. Primum prodierunt illi graece et lat. cum Ariſtot. et Philon. libr. de mundo, 1533. 8. gr. apud Conrad. Neobarium, Paris. 1539. 4. — graece et latine cum Vallae verſione, Sphaera Procli, Arato et Dionyſii Periegeſi, Baſil. 1547. 1561. 1585. 8. — Optima hucusque editio eſt, quam cum noua verſione, et commentario, textu e MSto cod. purgato, curauit *Robertus Balforeus*, Scotus, Burdigalae 1605. 4.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. Cap. 18. ſect. 22. Vol. IV. pag. 38. ſqq. *Saxii* Onomaſt. I. liter. pag. 294. Variae lectiones ad Cleomedis libr. I. de meteoris in *Chriſti. Frider. Matthaei* (tum Prof. Moſquenſis, nunc Wittebergenſis,) lectionibus Mosquenſibus, vol. I. Lipſiae, 1779. 8. *Bayer* in thes. epiſtol. La Croziano tom. I. pag. 43. ſq. coll. Croze reſpoſione, ibid. tom. III. pag. 48.

§. 29.

ARISTIDES QVINCTILIANVS, BACCHIVS et ALYPIVS, qui ab aliis *Alypiis* diſtinguendus eſt, Ptolemaeo, antiquiores et huius circiter aeui ſcriptores eſſe videntur Meibomio, qui illorum libellos ad artem Muſicam pertinentes, cum aliis edidit atque illuſtrauit Amſtel. 1652. 4. Plura de his

his diſputat *I. A. Fabric.* in B. Gr. Vol. III. Libr. III. Cap. XII. pag. 642. ſqq. et 646. ſq.

§. 30.

ALCINOVS.

1. Eius aetatem in initium ſaeculi II. incidere, putant viri docti. Platonicus habetur philoſophus, quoniam ſcripſit Introductionem ad Platonis dogmata: quae edita eſt graece, cum Apuleii Operibus, Venetiis apud Aldum 1521. 8. — gr. et lat. cum Ficini verſione, Paris. 1532. 8. Venet. 1535. 8. cum vers. et ſcholiis *Lambini*, Paris. 1567. 4. — gr. Paris. 1582. 8. — graece et latine cum notis *Dan. Heinſii*, cum eiusdem Maximo Tyrio, Lugd. B. 1607. et 1617. 8. 1630. 8. et ex hac Heinſii recenſione ſeparatim recuſus eſt Alcinous, Oxon. 1667. 8. per *Io. Langbaenium* et *Io. Fellum*, ſubiuncto catalogo Platonicorum.

2. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. Libr. IV. cap. 23. ſect. 13. pag. 40. ſqq. ed. vet. *Brucker.* Hiſt. phil. crit. Vol. II. pag. 165. ſqq. *Saxii* Onom. liter. I. pag. 294. ſq.

§. 31.

FAVORINVS, Sophiſta, temporibus Traiani et Hadriani, quocum certamen litterarium ſaepius iniuit: Arelatenſis, Gallus, Hermaphroditus, ab Epicteto, a cuius tamen vita et doctrina diſceſſit, praecepta philoſophiae, et a Dione Pruſaeenſi ſiue Chryſoſtomo eloquentiae vim hauſit. Platonis quidem philoſophiam amauit: neque tamen a Pyrrhonia ſecta alienus fuit. Romae propter oris

et

et orationis ſuauitatem et corporis eloquentiam magna floruit docuitque auctoritate. Eius ſcripta, quae interierunt, Laertius, A. Gellius, Suidas, (quem vide in Φαβωρ. et Ἀδριαν.) aliique frequenter laudarunt. Plura vide apud *I. A. Fabric.* B. Gr. Vol. IV. Libr. III. cap. 4. pag. 173. ſq. *Brucker.* in hiſtor. crit. philoſ. tom. II. pag. 166. ſqq. *Ionſium* de ſcript. hiſt. phil. III. 7. 7. pag. 35. ed. Dornii.

§. 32.

AELI. HADRIANVS, imperator, variorum epigrammatum auctor, litterarum peritus, at ſingularis quoque ſuique iudicii homo. Viros omnis fere generis doctos honorauit, in aula fouit et ditauit; ſed quaeſtionibus quoque vexauit: famae nominis cupidiſſimus. v. *Spartian.* in Adriano, 14. ſqq. *Ionſium* l. c. III. 7, 5. pag. 34. ſq. *Spanhem.* et *Heuſinger* ad Iuliani Caeſar. cap. 9. *Vales.* de critica cap. 32. p. 178. Emendatt. a Burmanno edit. *Fabricii* B. Gr. Vol. XII. pag. 514. ſqq. vbi Hadriani reſponſa et reſcripta gr. ac latine cum Goldaſti notis exhibentur, ac Vol. XIII. pag. 557. ſqq. vbi reperies Altercationem Hadriani Auguſti et Epicteti Philoſophi ex Lindenbrogii editione; *Bruckeri* hiſtor. philoſ. crit. Vol. II. pag. 167. not. y. *Chriſt. Gottl. Ioecheri* diſſ. de Hadriani Imperatoris libris Catacrianis, Lipſiae 1741. *Belii,* Profeſſ. Lipſienſis, proluſion. de iisdem libris Lipſ. 1777. qui κατ' Ἀδριανȣ legendum putat. De *Hadriani* libris Catacrianis ſingularem libellum quoque ſcripſit *Pütmann,* Anteceſſor Lipſienſis, 1778. is nihil mutat, ſed vocabulum rarius, (atque Hadria-

drianus rariorum obſoletorumque vocabulorum fuit venator,) retinet: at explicat, ſub ſigno coeleſti, ariete, natos, quo quidem tempus, quando ſcri-rpſit, indicaturus erat imperator. — quae coniectura in Belii prolus. proponitur, eam Heumannus excluſerat. — De *Hadriani* ſtudiis litterarum, peritia ſermonis graeci et latini, philoſophiae, iuris et poeſeos diſputat *Gotfried. Maſcouius* in diatriba de Sectis Sabinianorum et Proculianorum in iure ciuili, Lipſiae 1728. cap. 7. pag. 114. ſqq. et *Io. Conr. Feuerlini* comm. de Adriani imperatoris eruditione. Altorf. 1743. 4. *Saxii* Onom. liter. I. pag. 295. *Moulines* in nouveaux Mem. de l' Acad. de Berlin pour l' an. 1780. pag. 545. ſqq. recenſet et examinat diuerſorum de Hadriani libris Catacrianis (*Spartian.* l. c. cap. 16. vbi vide Caſaub. et Salmas.) iudicia, Beliique emendationem κατ' Ἀδριανȣ̂ praelatorum ſe reliquis, at interpretaturum τὰ κατ' Ἀδριανȣ̂ γινόμενα profitetur, niſi ea lectio et explicatio repugnaret Spartiani narrationi. Quare ſuſpicatur, legendum eſſe κατάκριτοι, *damnati, condemnati*, ſcil. ſcriptores, et intelligit, librum continuiſſe iudicia de veteribus ſcriptoribus celebribus, quos ab Hadriano ſpretos eſſe, Spartianus antea obſeruaſſet. *Epigrammata* Hadriani nouiſſime typis repetenda curauit *Brunk* in Analectis vett. poet. graec. Vol. II. pag. 285. ſq.

§. 33.

SECVNDVS, philoſophus Pythagoreus et Sophiſta, Athenienſis, magiſter Herodis Attici, in aula Hadriani floruit. v. plura apud *Fabricium* in B. Gr. Vol. I. Libr. II. cap. 13. tom. I. pag. 867. ſq. m. ed.

m. ed. Libr. VI. cap. 9. pag. 565. ſqq. et Libr. X. pag. 573. Vol. XIII. vet. edit. *Bruckeri* hiſtor. philoſ. crit. tom. II. pag. 158. ſqq. et in Appendice pag. 355. vitam eius ex codice primus vulgauit *Io. Adam Schier* ad Demophili, Democratis et Secundi ſententias, Lipſiae 1754. 8.

§. 34.
APOLLODORVS.

1. Damaſcenus, Architectus celebris, floruit ſub Traiano et Hadriano, a quo relegatus et dein interfectus eſt.

2. Scripſit *πολιορκητικὰ*, ſiue librum de Machinis obſidionalibus: qui typis deſcriptus eſt inter Veteres Mathematicos, Paris. pag. 13 — 48.

3. v. *Spartian.* in Hadriano cap. 19. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. Vol. IV. pag. 230.

§. 35.
PTOLEMAEVS.

1. Grammaticus Alexandrinus, Hephaeſtionis filius, cognomine *Chennus*; clarus fuit imperatoribus Traiano et Hadriano.

2. Scripſerat ſeptem libros *περὶ τῆς εἰς πολυμάθειαν καινῆς ἱστορίας*, nouae ad variam eruditionem hiſtoriae ad Tertullam: ex quo opere Photius cod. CXC. ampla nobis ſeruauit excerpta.

3. Haec inſeruit *Th. Gale* Hiſtoriae poeticae ſcriptoribus antiquis, Paris. 1675. 8. pag. 303. ſqq. cum notis Dau. Hoeſchel. et Andr. Schotti. — cum

Conone

Conone et Parthenio, edidit *Teucher*. Lipſ. 1793. 8.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VII. pag. 18. et 69. ac Vol. IX. pag. 440. ſqq. vet. edit. — Eudociam in Viol. pag. 360. vbi plures Ptolemaei recenſentur, *Ionſ.* de ſcript. hiſt. phil. lib. I. cap. 2. *Villoiſon.* proleg. ad Apollonii Lexicon homer. V. not. *b.*

Diuerſus eſt *Ptolemaeus Aſcalonita*, qui teſte Suida varia ſcripſerat. Eius liber περὶ τῆς κρατητείȣ αἱρέσεως citatur a ſcholiaſte Veneto, ab Villoiſonio edito ad Hom. Il. γ΄. 198 Specimen eius libri περὶ διαφορᾶς λέξεων euulgauit et de illo grammatico egit *Fabric.* in B. Gr. lib. IV. cap. 33. vol. IV. pag. 515. ſqq. ed. vet. Adde *Holſtenii* not. in Stephanum, in nouis. obſſ. miſcell. tom. II. pag. 123.

§. 36.

FLAVIVS ARRIANVS.

1. Floruit ſub Hadriano, Auguſto, cui carus fuit, et adtigit tempora Marci Antonini.

2. Nicomedienſis Bithynus, diſcipulus Epicteti, cuius doctrina eſt amore et ſtudio philoſophiae ſtoicae imbutus, egregius hiſtoricus et bonus dux militaris. Tanta vero eruditionis fama atque auctoritate floruit, vt ciuitate tam Athenienſi, quam Romana et dignitatibus ornaretur. Ab Hadriano a V. C. 134. Cappadociae praefectus contra Alanos et Maſſagetas feliciter bellauit. Romae honores Senatorios ipſumque conſulatum, et in patria ſacerdotium Cereris ac Proſerpinae adeptus eſt.

3. Multa

3. Multa ſcripſit: ad noſtram vero aetatem peruenerunt 1) *Diſſertationum Epicteti Libri IV.* qui prior pars librorum VIII. διατριβῶν Ἐπικτήτȣ a Photio cod. 58. memoratorum fuiſſe videntur, 2) *Enchiridion Epicteti.* v. ſupra *Epictetum.* 3) *De Expeditione Alexandri libri VII.* attice ſcripti, in quibus Ariſtobolum et Ptolemaeum, Alexandrum in expeditione ſua comitatos, potiſſimum ſequutus eſt. 4) *Indica,* ſiue de rebus indicis, liber vnus, Ionica exaratus dialecto: quem librum octauum hiſtoriae Alexandri quidam olim, at perperam. habuerunt. *Nearchum* *) Cretenſem, Alexandri comitem, ſectatus eſt. *Nearchi* vero reliquias ex Arriano collegit, Tom. I. Geograph. minorum cum Bonauent. Vulcanii interpretatione inſeruit Hudſon; et Dodwelli, qui ſuſpectus eſt Nearchi Paraplus; diſſertationem de Arriani Nearcho pag. 130. ſqq. praemiſit. 5) *Epiſtola ad Hadrianum,* imperatorem; in qua *Periplus Ponti Euxini* a Trapezunte vsque ad Dioſcurida; atque inde ad Boſporum et Cimmerium, et inde Thracium, atque Byzantium vrbem. Secundum Dodwelli rationes hunc ſcripſit Arrianus Cappadociae ab Hadriano iam praefectus; circa annum eius viceſimum paullo ante bellum cum Alanis geſtum. Diuerſus eſt ab illo Periplus Ponti Euxini et Maeotidis paludis, cuius auctorem Arriano noſtro iuniorem eſſe, qui ex hoc, et Scymno Chio ac Martiano Heracleota pleraque ſua collegiſſet; demonſtrauit H. Dodwellus. 6) *Periplus maris erythraei,* cuius quis ſit auctor, non conuenit: eum quidem Arriano

*) De quo vide *St. Croix* examen critiq. des Hiſtoriens d' Alexandre pag. 250 ſqq.

Arriano longe antiquiorem fuiſſe ſtatuunt Salmaſius, Voſſius atque Harduinus, iuniorum vero, qui ſub Marco ac Vero ſcripſerit, adfirmat Dodwellus: Fabricius contra, qui de hac controuerſia Vol. IV. cap. de Arriano, copioſus eſt, adſerit illum noſtro Arriano, quod codex, quo Gelenius vſus eſt, illius nomen prae ſe ferat, neque certa ſint argumenta, quibus ei abiudicetur, neque illius ingenio, curioſitate atque eruditione ſit indignus. conf. tamen *St. Croix* l. m. pag. 197. et quae ad Fabr. ſcripſi. 7) *Inſtructio aciei aduerſus Alanos:* pars libri de bello, aduerſus Alanos ab Arriano geſto, eſſe videtur. 8) *De acie inſtruenda* liber, et 9) *liber de Venatione*, in quo ſuppleuit ea, quae in Xenophontis libro de Venatione deſiderarentur.

4. Princeps diſſertatt. editio eſt: Arriani Epictetus, (graece) Venetiis, in aedibus Barthol. Zanetti Caſterzagenſis, aere et diligentia Io. Franciſci Trincauelli, 1535. 8. editore *Victore Trincauello.* Haec baſis fuit, paucis interdum mutatis, editionum, quae ſubſequutae ſunt, vsque ad Wolfium, qui 1561. vulgatam lectionem primum conſtituit; (v. ſupra Epictetum et Heynii V. C. praefat. ibi laudatam.) Locupletiſſima eſt editio, quam cum integris Iac. Schegkii et Hieron. Wolfii, ſelectisque aliorum, ſuisque animaduerſionibus et indice egregio curauit *Io. Vptonus*, Londini 1741. 4. I. II. Tom. Baſis eſt contextus Wolfianus: Vptonus tamen habuit trium codd. collationes, ex quibus et ex Arriano ipſo illum emendare atque illuſtrare ſtuduit.

De expeditione Alexandri libri VII. primum prodierunt, *Hiſtoriae de aſcenſu Alexandri*, inſcri-

pti, graece Venetiis opera *Victoris Trincauelli* Ven. 1535. 8. deinde, cum emendata *Bartholomaei* Facii interpretatione, per Nicol. Gerbelium Baſileae 1539. 8. — Hanc Gerbelii editionem cum MS cod. vetuſto contulit, et multis locis emendatiorem reddidit, nouamque adiunxit verſionem *Bonauentura Vulcanius*, apud Henr. Stephanum 1575. fol. — Hoc exemplum typis recudi fecit *Nicolaus Blancardus*, qui duobus codd. vſus eſt et notas addidit, Amſtel. 1668. 8. a Iac. Gronouio autem tam in praefatione et notis ad editionem mox memorandam, quam in ſupplementis lacunarum in Aenea Tactico, Dione Caſſio et Arriano, Lugd. Bat. 1675. 12. pag. 160. ſq. peſſime habitus, et, more illius, atrociter et petulanter agitatus. Atqui poſt Vulcanium bene meruit de Arriano, et multa praeclare reſtituit, quamquam poſteris haud ſpernendum reliquit ſpicilegium, *Iac. Gronouius*, qui hos Arriani libros atque Indicam hiſtoriam ex MS. Peruſino et quatuor codd. Mediceis pluries emendauit, in capita diuiſit, et cum interpretatione latina Vulcanii, MSto Auguſtano poſtea vſi, ex ipſius autographo recenſita et interpolata edidit ſuisque animaduerſionibus multae quidem eruditionis, ſed multarum quoque inuectiuarum atque iniuriarum, quibus Blancardum, Freinshemium aliosque inficete et ruſtice adfecit, ſuaeque eruditionis ingeniique iactationis, pleniſſimis illuſtrauit; in ipſo enim fronte ita iactat: „Poſt variam aliorum induſtriam ita lacunis vel cognitis vel ignotis etiamnum et obſcuris ſuppletis, ita auctoris in graecae linguae natiuo vſu praeſtantia et facultate reſtituta ex plurium MSS-

MSStorum et praeſertim vnius optimi collatione, vt nunc demum prodire hic auctor videri debeat," Lugd. Bat. 1704. fol. -- Admodum probabilis editio eſt *Georgii Raphelii*, qui textum reddidit Gronouianum accurate caſtigatum, capitibus in minores ſectiones diuiſis, graece et latine cum ſuis adnotationibus, in quibus potiores Gronouii animaduerſiones criticas repetiit, difficiliora loca grammaticis atque hiſtoricis obſeruationibus illuſtrauit, et cum Curtio comparauit perpetuo, denique verſionem caſtigauit, et indicem adiecit egregium. Accedunt Eclogae Photii ad Arrianum pertinentes cum lectionibus variantibus Dau. Hoeſchelii, Amſtel. 1757. mai. 8. Iam. 1709. Raphelius hanc parauerat editionem, quae demum diu poſt mortem illius cura generi illius, Conradi Arnoldi Schmidii lucem vidit. — Nouam *Operum Arriani* editionem ex editt. Trincauelli, Stephani, Gronouii et Raphelii formatam molitur *Aug. Chriſtian. Borbeck*, et primum tomum, qui continet Expeditionem Alexandri M. gr. edidit Lemgou. 1792. 8.

Libros expeditionis etc. in linguam theotiscam transtulit notisque illuſtrauit *Gebhard Chriſtoph. Ludou. Timaeus*, Lipſ. 1765. 8. item *Borbeck*. Francof. ad M. 1790. 8. et 1792 II. tom. Indica vero *Raphelius* Hamburgi 1710. 8. et cum Hannonis Periplo, Dodwelli diſſ. de Arriani Nearcho atque Bougainuille diſp. de Hannonis periplo etc. cum indice geographico atque hiſtorico, *Conr. Arnold Schmid*. Brunſuic. 1764. 8.

(Hannonis Periplus,) Arriani vterque Periplus, Plutarchus de fluminibus et montibus; Strabo-

nis librorum epitome, graece Baſileae apud Henr. Frobenium et Nic. Epiſcopium 1533. 4. primum edidit *Sigismund. Gelenius.* Poſtea latine vertit, et tum hunc Ponti Euxini, tum Erythraei maris periplum gr. et lat. publicauit et commentario tabulisque Abrah. Ortelii geographicis illuſtrauit *Io. Guil. Stuckius*, Lugd. 1577. fol. — Vtrumque Periplum, artem tacticam, aciem contra Alanos, librum de Venatione, Epicteti Enchiridion eiusque apophthegmata et fragmenta, latine et gr. edidit et illuſtrauit *Nic. Blancardus*, Amſtel. 1683. 8. —

Periplum Euxini maris et Maeotidis paludis primus edidit et illuſtrauit *Iſ. Voſſius* Amſtel. 1639. 4. recudi eum fecit et notis Voſſianis ſuas adiecit *Iac. Gronou.* in Geographicis Antiquis, Lugd. Bat. 1700. pag. 133. ſqq. Hunc et ſupra memoratum vtrumque Periplum cum ſuis oliorumque notis, gr. et lat. inſeruit *Io. Hudſon.* Tom. I. Geographiae vet. ſcriptorum graecorum minorum, et praemiſit doctiſſimas Dodwelli diſſ. de aetate Peripli maris Erythraei eiusdemque auctore pag. 85. ſqq. de aetate Epicteti atque Arriani, conſcriptique ab Arriano Peripli maris Euxini etc. pag. 106. ſqq. de auctore anonymo Peripli Euxini maris, pag. 158. ſqq.

Inſtructio aciei aduerſus Alanos, ex cod. Mediolanenſi; et Tactica et Maurici artis militaris libri duodecim, a *Io. Scheffero* primum editi, in linguam latinam translati et notis illuſtrati ſunt, Vpſaliae 1664. 8. repetiti typis cura Blancardi loco et anno paullo ante memoratis.

De venatione, *Luca Holſtenio* interprete, Paris. ſumt. Seb. et Gabr. Cramoiſy. 1644. 4. —

Zeune

Zeune edidit gr. et explicuit eumdem libellum vna cum Xenophontis opuſculis politicis equeſtribus et venaticis. Lipſiae 1778. 8.

5. Scriptor eſt verax, terſus atque elegans, qui Xenophontem non ſolum imitatus eſt, vnde Xenophon iunior dicitur, ſed eius quoque virtutes ſcribendo paene adſequutus.

6. Coſ. *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. Libr. IV. de illo, vbi plura notaui, et ſcriptores, quos *Hamberg.* in zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 350. et *Saxe* in Onomaſt. liter. I. pag. 298. laudant. *St. Croix* l. mem. pag. 22 ſqq.

§. 37.

ARTEMIDORVS.

1. Sub Hadriani et Pii temporibus vixiſſe videtur *Saxio* in Onom. litt. I. pag. 299 duce ipſo Artemidoro Oneir. I. 28. et 66. Sed *Henr. Valeſius* in emendation. lib. III. cap. 9. pag. 90. ſuſpicatur, Artemidorum principatu D. Marci vixiſſe. Sub Domitiano et Traiano floruiſſe illum, et fuiſſe C. Muſonii generum, eumque, ad quem *Plinius* III. epiſt. 11. ſcripſit, ait Catanaeus in notis ad Plinii epiſtolam, atque in eadem verſatur ſententia Heumannus in nota mſta ad Fabricii B. Gr. pag. 403. vet. ed. at Fabric. ibidem pag. 406. hunc rectius, opinor, diſtinguit ab Artemidoro, ſcriptore Oneirocritico. Mera autem eſt eaque valde dubia coniectura *Bernardi*, qui in epiſt. ad Reiskium, (huius vitae germanice ſcriptae adiecta) pag. 359. reiecta Rigaltii et Fabricii ſententia, illum temporibus Conſtantini imperat. adligat; nam in

Artemidor. libr. I. Oneirocr. cap. 78. pag. 65. ed. Rigalt. verba τὸ δ᾽ αὐτὸ καὶ μᾶλλον παίζοντα ἰδεῖν προαγορεύει corrigere malit τὸ δ᾽ αὐτὸ Καράμαλλον (qui ſub Conſtantino imp. vixit,) π. 2. π.

2. Epheſius: Daldianus vero a Daldia, vrbe Lydiae et loco matris ſuae natali, nominatur.

3. Magno ſtudio, multis ideo itineribus factis, ſcripſit ὀνειροκριτικὰ ſ. de diuinatione ex ſomniis et de illis interpretandis.

4. Edita ſunt primum graece ab Aldo Venet. 1518. 8. dein cum notis *Nic. Rigaltii*, et aliis eiusdem argumenti libellis, gr. et lat. Lutetiae 1603. 4.

5. Rem ſi ſpectes, nihil eo vanius; ſed vtilis tamen eius lectio erit ob permulta, quae admiſcet de ritibus antiquis et ſtudio humanitatis. Ita iudicat *Voſſius* de philoſophia, Cap. V. §. 50.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. pag. 402. ſqq. *Hamberger*. Z. N. Vol. II. pag. 307. *I. I. Reiskii* ad Artemidorum Rigaltii Animaduerſ. in eiusdem Animaduerſionibus ad Graecos auctores Vol. V. pag. 625. ſqq. Lipſiae 1766. 8. *H. Vales.* Emendatt. lib. I. cap. 17 — 22. plura Artemidori loca explicat emendatue.

§. 38.

GAVDENTIVS, ſcriptor Muſicus, ante Ptolemaeum, vt videtur, clarus. Scripſit Introductionem Harmonicam, a *Meibomio* gr. et lat. editam et illuſtratam cum reliquis Muſicis graecis, Amſtel. 1652. 4. v. *Fabricii* Bibl. Gr. Vol. III. Libr. III. cap. 12. nr. VII. p. 648. ſq.

§. 39.

§. 39.

AELIVS DIONYSIVS, Halicarnaſſeus, Sophiſta et Muſicus ſub Hadriano clarus. Scripſit περὶ ἀκλίτων ῥημάτων libr. qui reperitur in Cornu copiae ſ. hortis Adonidis, Venetiis apud Aldum 1496. fol. v. *Fabric.* B. Gr. Vol. III. cap. 31. §. 20. vbi quaedam adieci, et Vol. VII. pag. 57. ed. vet.

§. 40.

CLAVDIVS AELIANVS.

1. Vixit ſub Nerua, Traiano et Hadriano.

2. Graecus homo, Tacticus, at diuerſus et abeſt integro ſaeculo ab Aeliano, variarum hiſtoriarum ſcriptore, quos olim confuderunt viri docti. Sed vide Iac. Perizonium in praef. ad Aeliani H. V. ſtell. 5. pl. 2. ſqq. ed. Gronou. docte et copioſe diſputantem. — Perizonii ſententiam confirmauit *Olearius* ad Philoſtr. lib. II. de vitis ſophiſt. nr. 31. et ante Perizonium *H. Valeſius* in emendation. lib. V. cap. I. pag. 121. et cap. III. pag. 123. operoſe demonſtrauit, Aelianum Tacticum longe differre ab Aeliano ſophiſta, variarum hiſtor. auctore.

3. Scripſit τακτικὰ, ſ. de inſtruendis aciebus librum ad Hadrianum.

4. *Robertelli* editio gr. ex tribus codd. recenſita variis picturis atque imaginibus adiectis cum eiusdem et Theodorae Gazae verſionibus, prodiit Venet. 1552. 4. — Deinde edidit gr. et lat. *Conrad Geſner*, cum alterius Aeliani operibus, Tiguri 1556. fol. denique gr. et lat. cum noua verſione

et animaduerſionibus *Sixti Arcerii*, Lugd. Batau. 1613. 4. – Germanice vertit notisque inſtruxit *A. H. Baumgärtner*, ediditque primum cum Onoſandro, ſub titulo, Vollſtändige Sammlung aller Kriegsſchriftſteller der Griechen, Manhem. 1779. 4. deinde ſeparatim, titulo tantum mutato et cum praefatione, 1786.

5. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. pag. 697. not e) et pag. 703. — *Bandin* in catal. cod. l. gr. Medic Laurent. Florent. tom. II. pag. 230. eiusdem epiſtol. de celeberrimo codice Tacticorum bibliothecae Laurent. ad — Principem Ioſeph. Wencesl. de Liechtenſtein. Florent. 1766. 8.

§. 41.
APOLLONIVS.

1. Floruit circa an. Ch. 138. et vlterius, ſub Hadriano et Antonino Pio. imperator.

2. Alexandrinus, pater Herodiani, *Dyscolus* ob auſterum et moroſum vitae genus cognominatus, in ſumma vixit paupertate. Sub Antonino Pio Romam venit; poſtea rediit in patriam, et vixit ac mortuus eſt in Bruchio Alexandrino, in quo liberalitate regum Aegyptiorum viri docti antea nutriti fuerunt.

3. Ex multis ſcriptis ſuperſunt 1) de Conſtructione, ſiue ſyntaxi partium orationis libri IV. — 2) hiſtoriae mirabiles.

4.) Libri de Conſtructione prodierunt primum, graece cum Theodori Gazae Introductiuae grammaticae libris IV. Venetiis apud Aldum 1595. fol. — tum graece, cum Magno Baſilio de grammatica-

tica exercitatione, Florent. in aedibus Phil. Iuntae 1515. 8. denique ex cod. a Franciſco Porto et Sylburgio emendati, ſuppleti, et notationibus aucti, additis e Procli Chreſtomathia Grammatica electis, ex cod. ſuppletis atque correctis, cum indicibus, opera *Frid. Sylburgii*, graece ac lat. Francof. apud Wecheli heredes, Cl. Marnium et Io. Aubrium 1590. 4. *) — Iſ. Voſſii Excerpta ex Apollonii Dyſcoli grammatica, numquam antea edita, adiecit *I. Fried. Reitzius* editioni ſuae libri de graecae linguae dialectis, a Mich. *Maittaire* concinnati, Hagae Comit. 1738. 8. pag. 421. ſqq. — Ex grammatica inedita v. *Koen* ad Gregor. Cor. de dial. pag. 161. add. *Villoiſon* proleg. ad Homer. p. 29. fin. et 43.

Apollonii hiſtoriae mirabiles gr. et lat. cum verſione et annotatt. Guil. Xylandri, cum Antonini Liberalis transformationum congerie, Baſileae 1568. 8. — tum recenſuit, de ingenio ſuo quaedam correxit, ſyntagma de eius nominis ſcriptoribus et commentarium addidit Io. Meurſius, Lugd. B. apud. Iſ. Elzeuir. 1620. 4. — *Apollonii Dyſcoli*, Alexandrini grammatici, Hiſtoriae commentitiae liber, ſiue hiſtoriae mirabiles, gr. et lat. cum notis Guil. Xylandri et Io. Meurſii, emendauit ſuasque notas adiecit *Lud. Henr. Teucherus*. Lipſiae 1792. Mai. 8.

Hunc Apollonium et Herodianum omnibus prioribus Grammaticis antefert Priſcianus in praef. Libr. I. eumque potiſſimum ſequutus eſt.

6. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. V. cap. 7. pag. 1. ſqq. Vol. VII. et, quos laudant *Hamberger* in Z. N. Vol.

*) Conf. *Freytag* adpar. litter. tom II. pag. 764. ſqq.

II. pag. 309, ac *Saxe* V. C. in Onomaſt. I. liter. pag. 302.

§. 42.

ANTONIVS POLEMO.

1. Floruit ante an. Ch. 117. — et poſt A. C. 138.

2. Patria Laodicenus, i. e. Laodiceae, quae eſt ad Lycum, natus: Rhetor et Sophiſta clariſſimus, gratus, Traiano, Hadriano, et Antonino Pio imperatt: inprimis tamen iucundus fuit Hadriano, a quo coetui Muſei Alexandrini adſcriptus eſt. Vixit vero et docuit tanta auctoritate Smyrnae, vt ad illum audiendum iuuenes ex omnibus regionibus eo confluerent. Sed tanta dignitate nominisque fama elatus mores aſperos induit, et ſuperbos, ita vt reuerentiam vel erga primores negligeret. Tandem anno aetatis LVI. dolores morbi articularis non diutius ferens, in patriam rediit, et viuus in tumulum maiorum deſcendit, quem claudere iuſſit, ne ipſum ſilentem ſol adſpiceret: atque ita inedia ſponte periit.

3. Exſtant duae declamationes ſiue duo contrarii *λόγοι ἐπιτάφιοι* de honore et principatu funeris celebrandi, parentum nomine dicti in Cynaegirum et Callimachum, Athenienſes, qui in pugna Marathonia fortiter pugnantes ceciderunt.

4. Illas primus edidit, cum Himerii et aliorum quorumdam declamationibus, *Henr. Stephanus*, Fuggeri tunc typographus, 1567. fol. min. — tum graece, Paris. Steph. Preuoſteau 1586. 4. — deni-

— denique gr. et lat. cum notis, *Petrus Poſſinus*, Toloſae 1637. 8.

5. Genus dicendi robuſtum et vehemens, at aliquando minus amoenum eſt, iudice Fabricio.

6. v. *Philoſtratum* I. de Sophiſtis nr. 25. pag. 530. ſqq ibique Olearium. *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. pag. 368. ſqq. *Io Maſſonum* in Collectaneis de Ariſtidis vita, §. 5. n. II *Hamberger*, Z. N. Vol. II. pag. 313. *Saxium* l. c. I. pag. 302.

§. 43.

PHLEGON TRALLIANVS.

1. A. Ch. 140. ſiue a. Olymp. 229. euulgauit opus ſuum de Olympiadibus, vt ex Pagio in Critic. Baron. ad an. Ch. 136. n. VIII. pag. 141. T. II. ed. Luc. monet cel. *Saxe* I. pag. 305.

2. Trallibus, Lydiae vrbe, natus, Hadriani, Auguſti, libertus et hiſtoricus, v. *Meurſii* notam p. 2. ed. Franzii.

3. Superſunt 1) de mirabilibus liber, initio mutilus. 2) de longaeuis, Italis maxime, qui centum et amplius annis vixerunt. 3) de Olympiis fragmentum. Rerum, quas tractat, et nouitas, et varietas commendat noſtrum Trallianum.

4. Gr. et latine, ex cod. Palat. primum edidit, et latine vertit notiſque illuſtrauit *Guil. Xylander* cum Antonino Liberale, Baſil. 1568. 8. — Opuſcula ex recenſione et cum notis *Io. Meurſii*, qui nomina Conſulum ex Faſtis Siculis et Capitolinis emendauit, Lugd. B. apud Iſ. Elzeuir. 1620. 4. repetita in Gronou. theſauro Antiqq. graec. Tom. VIII. pag. 2690. et pag. 2727. et Tom. IX. pag. 1289.

1289. — Opuſcula graece et latine e recenſione Io. Meurſii acceſſerunt eiusdem et Guil. Xylandri animaduerſ. atque Io. Meibomii de longaeuis epiſtola, iterum edidit, animaduers. indicesque (ampliores) adiecit *I. Ge. Franz.* Halae 1775. 8. — Fragmentum de Olympiis, graece, cum Pindaro, Oxon. 1697. fol.

5. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. pag. 397. *Hambergeri* Zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 305.

§. 44.

TIBERIVS CLAVDIVS ATTICVS HERODES.

1. Floruit A. C. 143. et A. C. 175. tabe confectus Marathone in patria anno aetatis LXXVI. obiit.

2. Athenienſis ex pago Marathonio; gratia floruit Imperatorum, Antoninorum tam pii, quam philoſophi, et Veri, quem, teſte Capitolino, litteris graecis erudiuit. Criticos et philoſophos nobiliſſimos audiuit. Multos quidem nactus eſt aduerſarios; at multo plures diſcipulos, in his A. Gellium, qui in Noct. Atticis Herodis mentionem facit gratam, et Marcum Antonin. atque Luc. Verum, qui, imperatores facti, eum ornarunt. Variis igitur, iisque ampliſſimis functus eſt muneribus, atque A. C. 143. conſul Romae fuit: enimuero, Philoſtrato tradente, ingenio magis et eloquentia, quam conſulatu et dignitate atque opibus, quas habuit ampliſſimas, cenſeri voluit.

3. Supereſt oratio ſiue declamatio de republica, qua ſuaderet Thebanis, vt ſocietatem cum Pelopon-

loponneſiis et Lacedaemoniis inirent contra Archelaum, Macedoniae regem.

4. Typis deſcripta eſt in collectionibus oratorum graecorum, Aldina, Stephaniana, Gruteriana, ac nouiſſime ex recenſione et cum notis *I. Iac. Reiske* in Oratorum graecorum vol. octauo, Lipſiae 1773. pag. 32—51.

5. Eloquentiae laude famaque in primis floruit, ita vt ab Hadriano βασιλεὺς λόγων vocaretur.

6. Conf. *Philoſtratum* de vitis Sophiſtarum II. cap. 1. ibique Olearium. *Cl. Salmaſii* duarum inſcriptionum veterum Herodis Attici rhetoris et Regillae coniugis honori poſitarum explicationem, Paris. 1619. 4. pag. 11. ſqq. et pag. 89. ſq. *Michael. Maittaire* notas in illas inſcriptiones pag. 174 — 180. ad Miſcellanea graecorum aliquot ſcriptorum carmina, Londini 1722. 4. — *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. Libr. IIII. cap. 30. pag. 371. ſqq. vet. edit. et tom. III. pag. 813. meae edit. — Memoires ſur la vie d' Herode Atticus par *Mr. de Burigny*, in Memoir. de Litterature, Tom. XXX. pag. 1. ſqq. *Saxium* l. c. I. pag. 306.

§. 45.

APPIANVS ALEXANDRINVS.

1. Floruit ſub Auguſtis Traiano, Hadriano et Antonino Pio, quo imperante a. C. 147. libros ſuos edidit.

2. Alexandrinus, hiſtoricus: honeſtiſſimo loco habitus in patria, verſatusque Romae in agendis cauſſis apud Auguſtorum tribunalia et denique inter procuratores imperatorum cooptatus eſt, vti ipſe

ipſe de ſe in poſtremis praefationis ſuae verbis teſtatur.

3. Scripſit, teſte Photio cod. 57. hiſtoriae Romae libros XXIV. quorum dimidiam tantum partem ab interitu et iniuria temporis ſeruatam habemus. Ex Polybio et Plutarchi vitis parallelis multa hauſiſſe arguitur: ſed a crimine plagii defenditur a Schweighäuſero in exercitat. mox laudanda, ſect. VI. Res vero a Romanis geſtas ordine regionum ac prouinciarum enarrauit, e. g. de bellis Punicis ſeparatim, tum de bellis Syriacis de bellis Parthicis *) etc.

4. Primus latine vertit Appianum *Petrus Candidus December.* Venetiis per Vindelin de Spira. 1472 fol. (male a quibusdam loco *Venet.* ſcriptum eſt *Romae*, v. *Maittarium* A. T. IV. pag. 313. et *Audiffredum* catal. edd. Roman. ſaec. XV. pag. 122 ſq.) — tum Venetiis per Bernardum Pictorem Erhardum Ratdolt, et Petrum Loslein, a. 1477. fol. II. voll. — Regii per Franciſcum de Mazalibus. 1494 fol. — Venet. 1499 et 1500. fol. Mogunt. 1529. (de quibus edd. v. *Io. Bened. Mittarellum* in adpendice ad bibl. codd. msstor. monaſt. S. Michaelis Venet. pag. 22 ſq. *Braun* bibl. SS. Vdalr. et Afrae, Auguſtae Vindel. tom. 1. pag. 144 ſq. et 188 ſq. *Foſſium* codd. ſaec. XV. in bibl. Magliabech. tom. 1. pag. 131 ſq. adde Schweighäuſer praef.

*) At libell. Parthicus genuinus, ab Appiano ſcriptus, diu intercidit; contra ille, qui ſuperſtes, ex Plutarchi vitis Craſſi Antoniique conſarcinatus, eſt ſpurius, nihilque ad Appianum pertinet, monente et docente Schweighäuſero, l. c. et in ed. ſua.

praef. ad vol. 1. pag. 3 ſqq. de Candidi Decembris et meliore Philelphi vers.) Candidi verſionem recudit et Velleium Paterculum adiunxit Mi-Vaſcoſanus, Paris. 1538. fol. (v. Clement bibl. curieuſe, crit. etc. tom. 1. pag. 434. qui de nonnullis verſionibus et editionibus Appiani diſſerit.) Candidi interpretatio, licet haud bona, tamen ad veram lectionem indagandam aliquoties iuuare poteſt criticum; tum curatius *Sigiſmundus Gelenius* Baſileae 1554. fol. min. etc. Libri primi argumentum eſt apud Photium cod. LVI. — Fragmenta ex libris IX. prioribus, graece, cum notis *Fuluii Vrſini*, cum eiusdem Excerptis de legationibus, Antw. 1582. 8. quae a Tollio praetermiſſa ſunt. — Librum ſextum et ſeptimum, ſiue Iberica et Hannibalica ex cod. primus edidit, caſtigauit notisque illuſtrauit *H. Stephanus*, cum Cteſiae, Agatharchidis et Memnonis hiſt. excerptis. Paris 1557. et 1594. 8. — Illyrica, (ſ. liber viceſimus tertius) quorum hactenus non niſi fragmentum extabat *), e codd. MSS. Auguſt. a *Dauide Hoeſchelio* graece primum edita, Aug. Vindel. 1599. 4. Haec deſunt in Steph. et Tollii editionibus Appiani hiſtoriarum. — Primam reliquiarum collectarum editionem curauit *Carol. Stephanus*, II. vſus codd. Lutetiae 1551. fol. cum variis lectionibus ad voluminis calcem. — Hanc repeti fecit, ita vt paſſim bene multa emendaret additis Ibericis et Hannibalicis, gr. ac lat. cum notis ſuis et caſtigationibus in conciones per to-

*) In editt. vsque ad Schweighäuſerum, qui illyricum librum ex codd. praecipue Veneto dedit integrum, (v. eius praef. tom. I. p. XXIV. ſqq.)

totum opus ſparſas, *H. Stephanus* 1592. fol. — *Henr. Valeſius* in Eclogis ſ. Excerptis Peireſcianis, fragmenta ex Appiani IX. prioribus libris, gr. et lat. cum adnotatt dedit ex cod. Peiresciano. Paris. 1634. 4. — Eamdem editionem renouauit, et recenſuit, notis Stephani ſuo ſtatim loco ſubſtratis, atque pauciſſimis aliorum notis adiectis *Alexander Tollius*, Amſtel. 1670. 8. 2. voll. Futuro igitur Appiani interpreti amplus patebat campus, vbi ingenium atque eruditionem oſtendere poſſet. Ea enim, quae Tollius omiſit, et tamen Fuluius Vrſinus atque Hoeſchelius vulgauerant, erant addenda, tum e codd. aut ex Polybio, Plutarcho aliisque adhuc emendari debebat Appianus: nec praetermittenda erant, quae Iac. Palmerius in ſuis Exercitt. ad varios auctores graecos, pag. 151. ſqq. de quibusdam Appiani locis monuit, atque maiorem diligentiam atque accurationem in Tolii editione deſiderari, merito conqueſtus eſt *Meinardus Tydemannus* ib. in theſ. philol. ad Appianum Alexandr. §. 2 — 4. — Boni vero et diligentis eruditique editoris atque interpretis officiis optime defunctus eſt doct. *Schweighäuſerus* in edit. huius ſententiae: Ἀππιανȣ — *Appiani Alexandrini romanarum hiſtoriarum, quae ſuperſunt*, nouo ſtudio conquiſiuit, digeſſit ad fidem codd msstor. recenſuit, ſuppleuit, emaculauit, varietatem lectionum adiecit, latinam verſionem emendauit, adnotatt. variorum ſuisque illuſtrauit, commodis indicibus inſtruxit *Iohannes Schweighäuſer*, Argentor. gr. et orient. litter. in vniuerſitate Argentor. Prof. *volumen* 1. hiſtorias Romanorum externas maxime complectens. — *vol.* II. hiſtoriam bellorum ciuilium com-

complectens. — *vol.* III. quod continet Hiſtoriam Romanorum parthicam, Appiano temere tributam, vna cum adnotatt. editoris ad omnes Appiani libros, et pag. 906 ſqq. in longa adnotat. oſtenditur, Appiano temere tribui hiſtoriam Parthicam: denique indices a) rerum, b) graecitatis, (in quo ſaepe occurrunt notae criticae et emendationes.) Lipſiae ap. Weidmanni heredes et Reichium; typis Lorenzii et Schuleri, Argentorati, 1785. 8. In praeſat. ad primum volumen de codd. quorum lectiones nactus eſt aut quos ipſe comparauit, de verſionibus lat. atque editionibus ſuperioribus et de ſua, quam praeſtitit in curanda hac editione opera aliisque, quae nactus eſt, ſubſidiis late intelligenterque differit Schweighäuſſ. Libros autem commodius aptiusque ordinauit: fragmenta de legationibus, ab Vrſino edita, ſuo quaeuis loco inſeruit, tum in hiſtoria Punica lacunam pag. 372. a cap. 56. vsque ad verba ἀνώμαλον καὶ ἐπίφθονον cap. 59 e cod. Bauar. primus ſuppleuit, et locum inſeruit de rebus illyricis a cap. 5. pag. 835 vsque ad finem, ab Hoeſchelio diu editum, a Tollio autem et reliquis omiſſum. Quod vero Schweigh. lectiones Valeſianas in fragmentis Peireſcianis neglexerat, eas, errore cognito, in ephem. litterariis Argentoratens. dedit cum criſi, et ſuum ſingulis locum adſignauit. — Antea vero idem V. D. diſſ. academ. Exercitationes in Appiani Alexandrini romanas hiſtorias. Argentorati 1781. 4. ſcripſerat, et de Appiano eiusque aetate, de ratione, quam App. ſequutus ſit in conſcribenda rom. hiſtoria, de ſerie XXII. librorum, per quos diſtributa erat App. hiſt. romana, de teſtimoniis de App. et de excerptis ex

eius opere apud alios ſcriptores, de libris, qui hodie ſuperſtites ſunt, de fontibus, quos ille adiit, et ſpurio libro parthico copioſe diligenterque diſſerit. — Appiani hiſt. rom. *germanice* vertere notisque illuſtrare coepit *Fr. W. I. Dillenius*; vol. 1. Francof. ad Moen. 1793. 8. De verſionibus italicis v. *Paitonium* l. ſaepius mem. v. Appian. et *Clement* l. c. qui etiam hiſpanicam, Alcalae 1536. in fol. adfert. Adde verſionem italicam Romae. 1791. et 1792. II. tom.

5. Ad militarem Romanorum diſciplinam atque romani imperii incrementa, per caedes bellaque facta, intelligenda vtilis eſt ſcriptor, tenui ſcribendi genere vſus. Quod ſecundum gentes et nationes, a Romanis deuictas, ſcripſit hiſtoriam; id quidem noui ſpeciem habet; at quoque incommodis non caret, quia idem bellum ſaepius in pluribus geſtum erat prouinciis.

6. *Fabricius* in B. Gr. Libr. IIII. cap. 12. Vol. III. *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 314. et *Saxii* I. Onomaſt. liter. Vol. I. pag. 307. ſqq.

§. 46.
NICOMACHVS.

1. *Geraſenus* cognominatur, quoniam e Geraſa, Arabiae vrbe, ortus fuit; philoſophus Pythagoricus, mathematicus et muſicus, cuius aetas in haec tempora incidiſſe videtur Saxio et Fabricio. Sed Hambergerus l. m. II. p. 258. eum ante a. Chr. 117. vixiſſe adnotat.

2. Scripſit 1) Arithmetices inſtitutionum ſiue introductionis in numerorum diſciplinam libros II.

a Chriſtiano Wechelo Paris. 1538. 4. graece editos: de graecis illorum interpretibus editis non minus quam in bibliothecis adhuc latentibus vide Fabricium pag. 5. ſq. — 2) Manuale Harmonices, Libr. II. primum e cod. Scaligeriano, cum aliis muſicis graece editum et breuibus notis illuſtratum cum Ariſtoxeno a *Io. Meurſio*, Lugd. B. 1616. 4. dein e codd. emendatius, graece et latine a *Marco Meibomio*, cum reliquis Muſicis graecis, Amſtelod. 1652. 4.

3. Plura vide apud *Fabricium* in B. Gr. Vol. IV. pag. 2. ſqq. *Iac. Bruckerum* in hiſtor. crit. philoſ. Tom. II. pag. 160. ſq. *Saxium* in Onom. liter. I. pag. 307. ſq. *Scheibel* Einleitung in mathem. Bücherkunde part. XI. pag. 324. et 357. et *Meiners* Geſchichte des Vrſprungs der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom. tom. 1. pag. 250 ſqq. 537. ſqq.

§. 47.
ANTONINVS LIBERALIS.

1. Secundum ſententiam *Saxii* V. C. in Onomaſt. I. pag. 308. fuit Antoninorum aequalis, et ſiue Pii, ſiue Marci libertus. Secundum *Hambergerum* in Zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 41. aliosque floruit circa an. C. 50. Sed confundere videntur noſtrum Antoninum et M. Antonium Liberalem, rhetorem temporum Claudianorum.

2. Scripſit transformationum congeriem, ſiue narrationes, capp. XXXXI. ex variis ſcriptoribus collectas.

3. Ex cod. Palatino, qui vnicus eſt, primus edidit illas cum Parthenio, *Guil. Xylander* gr. et lat. Baſil. 1568. 8. et correctius eodem anno, ibidem cum Phlegonte Tralliano, Antigoni hiſt. mirab. et M. Anton. de vita ſua, gr. et lat. — tum ſeparatim *Abrah. Berkelius*, paucis notulis additis Lugd. Bat. 1674. 12. Huius recenſionem atque correctiones preſſe retinuerunt *Th. Gale*, de ſcriptore ceteroquin melius, quam Berkelius, meritus, in Hiſtoriae poet. ſcriptor. antiq. Paris. 1675. 8. atque *I. Georg. Walch*, qui textum et notas Berkelii recudi fecit ad calcem editionis ſuae Phaedri fabularum, Lipſiae 1735. 8. — Anno 1675, (quamquam annus 1676. in epigraphe conſpicitur,) Antoninum Liberal. ſua opera diligentiaque recenſitum doctisque notis explanatum gr. et lat. dedit *Thomas Munker*, Amſtel. 12. — *Berkelius* ſequenti anno, quoniam a Munkero multas emendationes ſibi ſublectas eſſe putauit et clamitauit, mutato, vt noua videretur editio, titulo, editionem ſuam repetiit et adnotationibus aduerſus Munkerum iniuriis, peracerbis ac pueriliter procacibus onerauit atque infamauit potius, quam ornauit. — Contra *Munkerus* in altera ſua Mythographorum latinorum editione placide et, vt virum bonum decet, honeſte ſe vt plurimum defendit a Berkelianis iniuriis et conuiciis, et Antoninum Liberal. frequenter explicuit atque illuſtrauit. — Has Munkerianas notas, ex editione Antonini pariter atque Mythographorum latinorum ſuis locis digeſtas, mutatas aut diminutas reddidit, ſuisque animaduerſionibus criticis, grammaticis ac mythologicis auxit *Henr. Verheyk*, qui in praefatione de edd. ſuperioribus

ribus bene diſputauit, et ſuam editionem inſcripſit: *Antonini Liberalis* Transformationum Congeries, interprete Xylandro, cum Thomae Munkeri notis, quibus ſuas adiecit *Henr. Verheyk*, Lugd. Bat. 1774. 8. Inſeruit Hemſterhuſii, Iſ. Touſſainctii et Petri Fonteinii notas et coniecturas ineditas. Quaedam tamen culpantur in cenſura huius editionis, in Gottingenſ. ephem. litterar. plag. 117. a. 1775. — Nouiſſime opuſculum bis edidit *Lud. Henr. Teucherus*, 1) cum notis Guil. Xylandri, Abr. Berkelii, Th. Munkeri et Henr. Verheykii. Acceſſerunt Aeſopi fabulae aliquot, quae in Aeſopearum editionibus haud leguntur, et Babrii nonnullae, (n. quas Tyrwhitt ediderat, et ego recudi feci.) Lipſiae 1791. 8. 2) tum graecum Anton. Liberalis textum correctum, receptis interdum certioribus criticorum emendationibus cum Gabriae ſeu Ignatii Diaconi fabulis iambicis tetraſtichis et Babrii nonnullis. Lips. 1791. 8.

5. Res lepidas et mire fabuloſas, ad intelligendos tamen poetas mythosque antiquiſſimos fabulasque cognoſcendas ſcitu haud inutiles iniucundasque, quae ad inueſtigationem ſcientiae et religionis antiquiſſimae viam, quaſi munire poſſint, narrat aut potius congeſſit Antoninus. Stilus igitur eſt valde inaequalis, et, quoniam e poetis multis ſumſit, multas immiſcuit poeticas dicendi formulas.

6. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. Libr. III. c. 27. pag. 311. ſqq. vbi de Verheykii et Teucheri edd. plura dixi. Adde *Io. Guil. Ludou. Mellmann.* commentat. de cauſis et auctoribus narrationum de mutatis formis ad illuſtrandum maxime et diiudicandum

 opus

opus metamorphoſeon Ouidianum. Lipſiae 1786. 8. pag. 89 ſq.

§. 48.
HEPHAESTIO.

1. Floruit circiter a. Ch. 150. Grammaticus Alexandrinus, praeceptor Aelii Veri, poſtea imperatoris. Non confundendus cum *Ptolemaeo Hephaeſtionis*, de quo ſupra in §. 35. egimus.

2. Scripſit Enchiridion de metris et poemate.

3. Primum prodiit graece, Florentiae apud haeredes Philippi Iuntae 1526. 8. (Aldinam edit. eiusdem anni memorat Fabricius: eius tamen mentionem non alibi reperit factam *Dorville* loco mox citando, p. 410. *Hamberger*que in Zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 392. Neque occurrit in indice editionum Aldinarum: ſerie dell' edizioni Aldine per ordine cronologico ed alfabetico II. Ediz. Patauii 1790. 12. ad illum annum) — tum cum ſcholiis graecis a Chriſtiano quodam ex aliis ſcriptoribus excerptis, graece Paris. 1553. apud Adr. Turnebum, 4. editio eſt rariſſima; denique cum ſcholiis antiquis et animaduerſionibus *I. Corn. de Paw*, (critici audacioris,) Traiecti ad Rhenum 1726. 4.

4. Libellus eſt eruditus atque vtilis, a criticis tam graecis veteribus quam recentioribus laudatus.

5. *Fabricii* B. Gr. Libr. V. cap. 7. pag 16. ſqq. vol. 7. qui etiam Libr. IV cap. 31. pag. 445. ſqq. Vol. IV. ex Hudſoni edit. Longini Oxon. 1710. 8. Longini prolegomena in Hephaeſtionis Enchiridion iterum vulgauit De Hephaeſtione, in primis de edit. Corn. de Paw, v. *Doruillii* Vannum criticam, Am-

Amſtelaed. 1737. m. 8. cap. X. pag. 405 ſqq. in quo oſtenditur, (vt Doru. ſcripſit) Pauonem de Hephaeſtione peſſime meritum fuiſſe, pluraque loca emendantur et Pauonis notae iuſto acrius examinantur. Haud pauca Hephaeſtionis loca emendantur, explicantur et notantur, et frequenter Pauonis coniecturae examinantur a *Georgio d' Arnaud* in ſpecimine animaduerſionum criticarum ad aliquos ſcriptores graecos etc. Harlingae, 1728. 8. cap. XVI — XXVIII. pag. 95 — 158. — Locum quemdam Hephaeſtionis e codice emendatiorem dedit *Villoiſon* in prolegom. ad editionem Homeri venetam pag. 59.

§. 49.

M. AVRELIVS ANTONINVS, Imperator.

1. Natus A. C. 121. obiit A. C. 180. conf. *Reimar.* ad Dion. Caſſ. tom. II. p. 1174. §. 9.

2. Antiquitate generis non minus quam maiorum gloria vnus floruit, quippe quum familiam a rege Romanorum Numa Pompilio duceret. Patre, Annio Vero, mature decedente, ab auo Lucio Annio Vero educatus, et prudentiſſimis rhetorices ac philoſophiae magiſtris traditus eſt. In philoſophia in primis amplexus eſt ſtoicorum placita, quae iuuenis adeo imbiberat, vt poſtea omnes res aduerſas aequo fortique animo ferret, et in omni vita ſeuerus ſanctusque eſſet. Quam carus fuerit imperatori Hadriano, id ſatis erit teſtimonii, quod eum adhuc puerum paene a ſe dimittere noluit, et Lucium Aurelium Pium ea conditione ſucceſſorem imperii deſtinauit, vt noſtrum adoptaret et imperii

deſignaret ſucceſſorem. Quo facto, quum antea Annius Verus diceretur, M. Aurelii Antonini nomen adſciuit. Poſtea habenas imperii tenens grauiter ſancteque regnauit, florem ciuitatum, ſcholarum et litterarum liberaliter prudenterque aluit et nutriuit, mores ciuium temperauit et omnia bene conſtituit. Praeoccupata tamen opinione et philoſophiae, cui addictus fuit, ſeueritate deceptus in Chriſtianos ſaeuiit. Reliquam ſapientis et docti huius imperatoris vitam ſcriptores romani veteres et recentiores, qui hiſtoriam ſiue romanam ſiue catholicam ſiue eccleſiaſticam litteris conſignarunt, vel qui de noſtro ſeparatim egerunt, abunde pleneque expoſuerunt.

3. Ingenii et ſapientiae monumentum luculentum et paene aureum reliquit libros XII. *τῶν εἰς ἑαυτὸν* *) (ſcil. *ὑποθηκῶν, praeceptorum:*) in quibus tamen haud pauca occurrunt, quae a doctrina et diſciplina chriſtiana quam maxime abhorreant: neque id adeo mirandum eſt. Barthius aliique putarunt, noſtram aetatem habere non integros Antonini libros, ſed decerptos tantum flores, et ſententias delectas: ſecus vero ſentit Fabric. in B. Gr. vol. IV. pag. 23. ſq. De *Joly* opinione poſtea videbimus. Enimuero Antoninus non rigidum ſuae philoſophiae ſyſtema; ſed nobiliores, quibus animus imbutus quaſi abundabat, ſententias et praecepta, vtcunque in mentem venerint, nec vno tem-

*) Conf. *Heumanni* Poeciles tom. II. pag. 9. ſqq. *Huetii* quaeſt. Alnet. lib. II. praef. §. 1, pag. 72. et Francof. 1719. 4. vid. etiam *Huet.* in vita ſua pag. 176. ſq. demonſtrat. euangel. propos III. §. 19. p. 66. ac §. 20. p. 68. *Menag.* hiſtor. mulier. philos. §. 73.

tempore, nec adeo vna ſerie litteris conſignaſſe videtur. conf. *Moshemii* obſeruatt. lib. I. pag. 141 ſq.

4. Hae fere ſunt editiones *). Primus illos commentarios e tenebris eruit *Guil. Xylander*, gr. et lat. cum breuibus notis. Tiguri apud Andr. Gesnerum 1558. 8. repet. additis paucis notis Lugd. 1626. 12. gr. et lat. at minus laudatur. Princeps autem editio, quod multis ſcatet naeuis; poſtea opera eiusdem *Xylandri* ex cod. Palat. correctior lucem vidit, comitibus Antonino Liberali, Phlegonte Tralliano etc. gr. et lat. Baſileae 1568. 8. Vtriusque editionis exempla admodum rara ſunt inuentu. — *Mericus Caſaubonus*, veſtigia patris Iſaaci legens, edidit Antoninum emendatiorem, libris ſingulis in certas ſectiones diuiſis, gr. et lat. cum notis atque emendationibus ad calcem libelli adiectis, Londini 1643. 8. — Praeclara ſubſequuta eſt editio *Thomae Gatackeri*, qui docte explicuit et textum paſſim oracula verbi diuini, loca parallela vbique laudauit, latine vertit, nec artem criticam neglexit, Cantabrigiae 1652. 4. — recuſ. acced. adnotatt. ſelectiores A. Dacierii latinitate donatae et vita Antonini aucta, curante *Georg. Stanhopio* 1697. 4. et in operibus criticis Gatackeri, curante *Hermanno Witſio*, Traiecti ad Rhenum 1697. fol. vbi Gatackeri commentarius quauis pagina multo commodius ſubiectus eſt graecis Antonini verbis. Tertium repetita eſt illa Gatakeri editio Londini cura *Georg. Stanhope*, 1707.

*) Conf. *Clement.* biblioth. hiſtor. critiq. etc. tom. I. pag. 385. ſqq.

4. cui etiam acceſſerunt annotationes ſelectiores A. Dacierii latinitate donatae. nec non M. Antonini vita paſſim aucta et idoneis ſcriptorum veterum teſtimoniis firmata. — Graeca oratio hinc inde emendata eſt, latina vero interpretatio ex editione Merici Caſauboni depromta in ed. Oxonienſi nitida 1680. 12. — Textus a Gatackero conſtitutus, notis illius in compendium mire redactis, interdum tamen auctis, repetitus eſt Oxoniae 1704. 8. (v. Acta erudit. Lips. 1707. p. 401. ſq.) gr. et lat. additis in fine epiſtolis, quae Antonino tribuuntur. — quam editionem recudendam curauit, et obſeruationibus Gatackeri ac Dacierii quibusdam locupletauit *Chriſtophorus Wolle*, qui vitam Antonini, et Io. Franciſci Buddei introductionem ad philoſophiam ſtoicam ex mente M. Antonini praemiſit, Lipſiae 1729. 8. — cum notis, gr. et lat. Glasguae, ap. Foulis. 1744. 8. — *Anton.* libri XII. poſt Gatack. recogniti et notis illuſt. a R. Glasg. 1751. 8. denique gr. et latine cum paucis, at egregiis *Mori*, Profeſſoris et Theologi quondam Lipſiens. notis criticis, Lipſiae 1775. 8. — *Joly* noua ratione tractauit Antonini commentarios, ſiue diarium, ὑπομνήματα. Publicauit nimirum

Penſées de l' Empereur Marc Auréle Antonin, ou Leçons de Vertu, que ce Prince philoſophe ſe faiſoit à lui méme. Novelle traduction du Gréc, diſtribuée en chapitres, ſuivant les matiéres, avec des notes et des variantes, par M. *de Joly.* Paris. 1770. 8. conf. Philologiſche Biblioth. vol. I. part. 5. Gottingae 1771. 8. pag. 238. ſqq. Contendit editiones, verſiones, et quosdam codices. — *Seconde* edition, à laquelle on ajoutera dans le même ordre

ordre le texte grec et la verſion latine de Gataker corrigée Par. 1773. 12. id quod factum eſt: ſequenti enim anno curauit et inſcripſit idem *Joly*: Pugillaria imperat. M. Aur. Antonini, graece ſcripta, disiecta membratim et, quantum fieri potuit, reſtituta pro ratione argumentorum etc. 1774. 12. *Joly* MSS. Roman. et Florentinorum habuit collationes, quibus vero parumper vſus eſt: collationes tamen romanas in vſum veluti futuri critici editoris, regiae bibliothecae Pariſienſi commiſit. Vitia typographica ſunt et multa et inſignia ad ſenſum corrumpendum. In pugillaribus inter expeditiones militares Antoninum conſcripſiſſe ſenſa animi, arbitratur, et multis probare contendit Joly. Singula igitur placita loco ſuo hucusque conſueto mouit, ſecundum rerum et argumenti ſimilitudinem diſpeſcuit et diſpoſuit, atque in ordinem, ſiue ſectiones, quae nunc XXXV. numerantur, redegit pro lubitu ſuo, vel potius mutilauit, argumentis vſus haud validis.

In linguam *gallicam* translatus eſt liber a *Pardoux Duprat*, Lugd. 1570, et 1654. a *Benedicto Iesper Krus*, Sueco; in linguam *anglicam* a *Merico Caſaubono* Londini 1634, qui Xylandri quoque latinam verſionem emendatam et notis illuſtratam edidit Londini 1643. quinta edit. cum Antonini vita et ſelectis notis Dacier. Londini 1692. 8. — a. *R. Greeves*, A. M. Londini 1791. 8. Batt. 1792. 8. v. Allg. Litter. Zeit. 1793. nr. 324. pag. 374. ſq. — in *hiſpanicam* per D. *Hyac Diaz de Miranda*. Madrit. 1785. — M. Aurelio Antonino. Vita, Geſti, Coſtumi, Discorſi e Lettere. Venet. cum Aldi inſigni. 1546. 8. (v. Pinelli catalog. tom.

IV.

IV. pag. 138.) — in linguam *italicam* a *Barberino*, patre purpurato, Romae 1662. 8. 1675. 12. Sub finem ſaeculi ſuperioris *gallice* verterunt et notis probabilibus illuſtrarunt *Dacier* eiusque vxor, (altera editio prodiit Amſtel. 1691. 8. Vol. I. et II. tertia ed. Amſterd. 1707. 8.) quam verſionem, mutatione capitum facta Joly iam 1742. typis repeti fecit, eaque recuſa eſt Dresdae 1755. Joly poſtea in verſione ſupra memorata, quam a ſe ſecundum cod. Vaticanum, olim Palatinum, factam eſſe iactitat, multa mutauit. *Theotisce* vertit *Io. Adolph. Hofmann.*. ed. tertia Hamburgi 1735. 8.

Antonino quoque epiſtolae, quas vero ſubleſtae fidei eſſe, multi iudicant, tribuuntur, quae adiectae ſunt editt, Oxonienſi, Glasgouienſi 1744. et Wollianae. *Bandini* in Catalogo bibliothecae Laurent. Tom. II. anecdota quaedam Antonini reperiſſe ſibi videbatur; at *Leſſing.* vir ſagaciſſimus, non ſolum eadem in cod. quodam Guelfertyno reperit; ſed oſtendit quoque in 1. Beytrag zur Geſchichte vnd Litteratur, Brunſuic. 1773. pag. 187. ſqq. duas particulas in Antonini edd. iam exſtare; reliquas vero ex Aeliani hiſtoria animalium, neſcio, quo fato? huc irrepſiſſe.

Quaeſtio etiam orta eſt, num edictum illud celebre Epheſinum pro Chriſtianis, quod *Euſebius* H. E. IV. 13. ſeruauit, noſtrum Antoninum, qui alioqui cognominatur philoſophus; an Antoninum Pium habuiſſet auctorem; aut an ſit ſuppoſititium. Noſtro adſerunt multi, in his *Bruckerus* in hiſtor. crit. philoſophiae Tom. II. (vbi a pag. 578 — 598. copioſe explicat ornatque vitam et philoſophiam noſtri,) pag. 587. ſq. Atqui in Chronico Paſchali

li cura et ſtudio Du Fresne, graece et latine Paris. 1688. in forma maxima edito pag. 259. diſertis verbis Marco Aurelio Antonino tribuitur. Alii vero argumentis, vt ſibi viſi ſunt, idoneis fulti Antonino Pio vindicant: in his *Tob. Godofredus Hegelmaierus.* Prof. Tubingenſis, in commentatione in edictum Imperatoris Antonini Pii pro Chriſtianis, quod Euſebius H. E. Libr. IV. cap. 13. aſſeruauit, Tubingae 1777. conf. cenſuram huius libelli in Anzeigen und Beurtheilungen kleiner Schriften, Noribergae 1777. Part. I. pag. 141. ſqq. — De authentia epiſtolae illius dubitarunt *Scaliger* ad chron. Euſebii, *Dodwell.* in diſſ. Cyprian. Baumgarten, Semler, aliique, in primis fuſeque egit de illa *Moylius* in theological Repoſitory, vol. II. et *Io. Philipp. Beyckert*, Theologus et Prof. Argentoratenſis, in disp. de edicto Antonini Pii pro Chriſtianis ad commune Aſiae. Argentorati, 1781. 4. qui primum nomina v. D. diuerſas fouentium ſententias ponit: tum, poſtquam ipſam epiſtolam ſ. edictum, additis quibusdam adnotationibus recudi fecerat, de variis agit reſcripti editionibus; poſtea examinat et refutat hypotheſin, qua quidam volunt, Iuſtini apologiae edictum deberi. Dein perſequitur et infringit argumenta eorum, qui ſiue Titum ſiue Marcum auctorem huius reſcripti eſſe contendunt: denique eorum, qui νοθειας illam epiſtolam arguunt et condemnant, argumenta confirmare et nouis argumentis corroborare ſtudet, contra Hegelmayerum praecipue dimicans. addatur *Fabricii* Salutaris lux euangelii etc. Hamburgi. 1731. 4. pag. 227. ſqq. et pag. 138. ſq.

5. Non

5. Non dictionis elegantia et ſuauitas; ſed dicendi grauitas, veri ſtudium et vitae integrae ſanctaeque cura humanique generis amor et obſeruantia omnem merent laudem. Praecepta vitae non ſunt ſomnia philoſophi; ſed viri atque imperatoris in bello paceque verſati, per varias occaſiones variasque vitae ſuae tempeſtates collecta, vſuque proprio firmata. Virtutem et ſapientiam ſtoicam, quae tamen a ſapientia chriſtiana multum abeſt, et vitae ſeueritatem diligentiſſime commendat, vitaeque ſuae dedit exemplum. Neque vero omnia Zenonis praecepta integra incorruptaque in his Antonini commentariis quaerat aliquis aut deprehendere ſibi videatur.

6. Vide *Dionem Caſſ.* lib. 59. cap. 21. tom. II. edit. Reimari, huiusque not. p. 1168. ſq. lib. 70. c. 1. ſqq. et lib. 71. tum excerpta per Xiphilinum facta, tum fragmenta p. 1176. ſqq. ibique et p. 1197. ſqq. Reimari notas. *Capitolinum* in vita huius imperatoris, *Io. Dau. Koehleri* diſſert. de philoſophia M. Aurelii Antonini Aug. in theoria et praxi. Altdorf. 1717. 4. — Exercitatio academica de cognomine Philoſophi Antoniniano, quam praeſide *Ad. Henr. Lackmanno*, PP. — examini ſubiiciet *Frid. Arn. Tode.* Kilon. 1750. 4. conf. *Chriſtian Ern. von Windheim* philoſophiſche Biblioth. vol. V. part. 5. pag. 446. ſqq. — Explicatio loci cuiusdam in lib. II. §. 3. in Memoir de Trevoux. 1713. mens. Oct. pag. 1710.— Vies des Empereurs Tite - Antonin et Marc - Aurele, par Mr. *Gautier de Siebert.* Paris. 1769. 8. (v. Philol. Biblioth. tom. I. part. I. Gotting. 1770. pag. 60. ſqq.) — — Egregius liber: *Marc - Aurel* (auctore

(auctore D. *Feſſlero,*) ed. II. emendat. IV. tom. 1791. 8. commemoratione laudeque dignus eſt. *Carol. Frid. Walchii* comment. de religione M. Aurelii Antonini imperat. in nummis celebrata, in Actis ſociet. Ienens. latin. Vol. I. pag. 209. *Quir. Gottfr. Schacber* diſſ. praeſide Chr. *Wollio* habita, de ἀδεισιδαιμονία Marci Antonini Imp. ac philoſophi, ad lib. I. τῶν ἐις ἑαυτὸν. §. XVI. Lipſiae 1730. 4. — Plura dabunt et plures recenſebunt de Antonino ſcriptores maioris minorisue momenti *Fabricius* in B. Gr. Libr. IV. cap. 23. Vol. IV. *Brucker.* libr. laud. et in Appendice pag. 391. ſqq. *Hamberger.* in Z. N. Vol. II. pag. 409. ac *Saxe* in Onom. liter. I. pag. 313. ſq. — De Stoica Antonini, Epictetique philoſophia, ab antiquiorum Stoicorum diſciplina in multis diuerſa egit *Conz* ſupra ad Epictetum §. 17. laudatus.

§. 50.

CLAVDIVS PTOLEMAEVS.

1. Floruit ante a. Ch. 125. et a. 161. adhuc in viuis fuit.

2. Peluſienſis Aegyptius, Geographus, Muſicus, et Aſtronomorum princeps.

3. Multa ſcripſit; ſed haud pauca perierunt. Ex iis, quae ſuperſunt, et a Fabricio copioſe recenſentur, memorabimus 1) γεωγραφικῆς ὑφηγήσεως, *geographiae libros* VII. in quibus ſe ſequutum eſſe opus geographicum Marini Tyrii non diu ante editum, multa tamen emendaſſe et ſuppleuiſſe ipſe profitetur; multos tamen errores et Ptolemaei et librariorum animaduerterunt viri

ri docti. 2) *magnae conſtructionis*, ſiue *almageſti* libros XIII. ſiue demonſtrationes de motibus ſiderum et vniuerſae ſphaerae coeleſtis ratione: eſt primum Aſtronomiae ſyſtema, et in varias linguas olim translatum. 3) *Quadripartitum*, ſiue quatuor libros de apotelesmatibus et iudiciis aſtrorum, ad Syrum: quod vero opus nonnulli cenſent ingenio Ptolemaei eſſe indignum. 4) *recenſionem chronologicam regum*, ſiue canon. regnorum n. Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, Graecorum, et Romanorum a Nabonaſſaro vsque ad Antoninum Pium. Continuatum quidem eſt vsque ad Theodoſium M. ſed illos, ab Antonino qui ſequuntur, a Theone, Ptolemaei interprete additos fuiſſe, ſibi perſuadet Bainbridge. Opus autem Ptolemaei chronologis eſt quidem gratiſſimum; ſed tamen a mendis et erroribus non immune. 5) *de adparentiis et ſignificationibus ſtellarum inerrantium per vniuerſum annum.* Quatuor parapegmata inter ſe diuerſa Ptolemaei nomine extant. Primum parapegma ſolum genuinum eſſe, iudicat Fabricius pag. 419. ſq. at vero Ptolemaeum auctorem eſſe, negat *Iul. Pontedera* in Antiquitatum latinarum graecarumque enarrationibus, epiſt. XLVIII. pag. 412. et in Epiſtola XVI. pag. 183. ſq. demonſtrat, totum parapegma ſecundum ex Columella contextum eſſe etc.

4. *De Geographia* libri primum prodierunt huius ſententiae: *Cl. Ptol. coſmogr. libri* VIII. latine. *Iacobo Angelo* interprete. — *Vicentiae* ab *Hermanno Leuilapide*, (alias, Lichtenſtein) *accuratiſſime* impreſſa. 1475 fol. v. *Bure* Bibl. inſtr. Hiſtoire l. n. 4193. et *Raidel* loco mox citando pag. 42. — tum *Clau-*

Claudii Ptolemaei Coſmographia, *ex emendatione Donitii Calderini.* in calce: — *Arnoldus Buckinck e Germania, Rome tabulis aeneis in picturis formatam impreſſit* — anno. M. CCCC. LXXVIII. (1478.) fol. mai. de qua edit. copioſus eſt *Audiffredus* in catal. roman. edd. ſaec. XV. pag. 229. ſq. *Raidel* in libro mox citando pag. 43 ſqq. cel. *Panzer* in annal. typogr. II. pag. 470. — Coſmographia cum 32. tabulis Geographicis, a Io. Schnitzero Arnshemienſi ligno inciſis, in calce: — *Opus domini Nicolai Germani ſecundum Ptolomaeum finit. Anno M CCCC LXXXII.* (1482.) — *impreſſum Vlme per ingenioſum virum Leonardum Hol*, *prefati oppidi ciuem.* fol. max. Plura differunt de rariſſima hac editione *Georg. Martin Raidel* in commentat. de Claudii Ptolemaei geographia eiusque codd. tam MSStis, quam typis expreſſis Noribergae. 1737. 4. pag. 46. ſqq. cl. *Zapf* in älteſte Buchdruckersgeſchichte Schwabens. Vlmae 1791. 8. pag. 83. ſqq. et *Murr* in Mem. bibl. publicarum Noribergens. tom II. pag. 85 ſqq. — Huic etiam anno 1482. adſerendam eſſe *Raidel* l. c. putat editionem: *Coſmographiae lib. VIII. in latinum verſi*, *Iac. Angelo interprete*, cum caſtigationibus Hieronymi Manfredi et Petri Boni, nec non emendatt. Galleoti Martii et Collae Montani, edente Philippo Beroaldo. acc. tabulae geograph. in aes primum inciſae. In calce quidem legitur: *Hic finit coſmographia ptolemei impreſſa opa dominici de lapis ciuis bononienſis. Anno M. CCCC. LXXII.* (1462.) *menſe Iunii XXIII. Bononie* fol. At enim in numeris annorum poſt *L* excidiſſe CC et legendum eſſe annum 1482 ſtatuit *Raidel*; cui adſentit cel. *Pan-*

zer A. T. I. pag. 215. contra *Bure* in Bibliogr. inſtructive.etc. Hiſtoire tom. I. nr. 4192. vbi multus eſt de hac editione, pag. 40 annum 1472 cenſet eſſe adſumendum. *Hager* tamen in Geograph. Bücherſaal, tom. II. (vbi a pag. 284 multus eſt de Ptolemaei geographia, pag. 307. a. 1462 vindicias ſuſcepit. — Anno 1482 *Romae* ex officina *Nicolai Hahn* prodiiſſe Geographiae verſionem latinam, vt Maittar. et Bure pag. 42. n. 4195 omittam, contendunt *Fabric.* pag. 413. B. Gr. vol. III. et *Kranz* in memorab. bibl. Eliſabethanae pag. 74. quorum fidem defendit *Audiffredus* l. c. pag. 252. ſqq. oppugnant vero *Schelhorn* ad Quirini librum de optimorum ſcriptorum editionibus pag. 237. (vbi et ſqq. paginis de vetuſtis quibusdam Cosmogr. editionibus fuſius diſſeritur,) *Raidel* l. c. pag. 46. §. 7. et cl. *Panzer* A. T. II. pag. 480. arbitrantes, editionem Vlmenſem Leonh. Holl a. 1482 falſo eſſe pro Romana venditatam. — Iterum *Vlmae* opera et expenſis *Iuſti de Albano, de Venetiis, per prouiſorem ſuum, Iohannem Reger* a. dom. M. CCCC. LXXXVI. (1486.) fol. prodiiſſe *) *Ptol.* cosmographiam, ſubiuncto *Nicolai Donis tractatu de locis ac mirabilibus mundi*, et eodem anno *omnia opera Ptolemaei* praeter geographiam eodem quoque anno *Vlmae* fuiſſe excuſa, teſtantur *Raidel* l. c. pag. 48. ſq. et *Hager* l. m. p. 325. ſq. — Cosmogr. libri VIII. *Romae* a. M. CCCC. LXXXX. (1490) *arte ac impenſis Petri de Turre.* fol. v. *Raidel.* p. 49. *Audiffred.* l. c. pag. 299. ſq. et quos citat cl. *Panzer* A. T. II. pag. 499. ſq. — Rara et luculentis

*) v. etiam *Götzii* Mem. bibl. Dresd. tom. I. pag. 312. ſq.

tis typis excuſa eſt editio, ſine pagina, cuſtode et ſignatura alia ſueta, atque inſcripta: „*In hoc opere continentur, Geographia Claudii Ptolemaei, a plurimis viris vtriusque linguae doctiſſimis, emendata, et cum archetypo* (h. e. contextu) *graeco ab ipſis collata. Schemata cum ſuis demonſtrationibus correcta a Marco Beneuentano, monacho Coeleſtino, et Io. Cotta Veronenſi. — Figura, de proiectione ſphaerae in plano, quae in libro VIII. deſiderabatur, ab ipſis non tam inſtaurata, ſed fere adinuenta: eius enim veſtigia in nullo, etiam graeco codice, extabant. Maxima quantitas dierum ciuitatum et diſtantiae locorum ab Alexandria Aegypti cuiusque ciuitatis, quae in aliis codd. non erant. Planiſphaerium Cl. Ptolemaei nouiter recognitum et diligentiſſime emmendatum a Marco Beneuentano, monacho Coeleſtino. Noua orbis deſcriptio ac noua Oceani nauigatio, qua Lisbona ad Indicum peruenitur pelagus, Marco Beneuentano monacho coeleſtino aedita. Noua et vniuerſalior orbis cogniti tabula Ioa. Ruyſch Germano elaborata. Sex tabulae nouiter confectae, videlicet Liuoniae, Hyſpaniae, Galliae, Germaniae, Italiae et Iudeae.. — Anno virginei partus M.D. VIII.* (1508.) *Romae.*— „In auerſa pagina legitur epiſtola, *Romae eidib. Auguſti MDVIII.* data, *Euangeliſtae, Toſini*, rom. bibliopolae, qui in eadem infima pagina nominatur *Euangeliſta Brixianus, romanae academiae bibliopola.* De iis, qui operam contulerunt ad hanc editionem ornandam, egit *Raidel.* l. c. pag. 50. ſqq. Quod in exemplo Raidelii, vti in meo, in calce Planiſphaerii dicitur hoc *emendatum cum multis additionibus Romae nouiter impreſſum per Bernhardinum Venetum de Vitalibus.*

 Expenſis

Expenſis Euangeliſta Toſino Brixiano, Bibliopola — die VIII. ſept M. D. VII. in alius autem exempli, quod contulerat Ebnerus, frontiſpicio nec annus exprimitur, nec figurae iſtae exhibentur, quae in titulo edit. a. 1508. ſignatae conſpiciuntur, equidem, (quod fecerat Raidel,) nolo fraudis accuſare bibliopolam, et ſtatuere, eum, exemplaribus, quae tantum 500 numero praelo emittebantur, non ſtatim diuenditis, nouum titulum praemiſiſſe. Potius ſuſpicor, operi, quum prelo ſubiiceretur, titúlum nudum (*Schmutz Titel* vocant noſtri,) fuiſſe adiectum; folia, autem planiſphaerii exiiſſe prelo a. 1507. et abſolutis demum integro opere, adpendice, ac tabulis geographicis, ſuetum purumque titulum a. 1508 ſignatum, cum epiſtola eiusdem anni, fuiſſe praefixum, reſecto in exemplis reliquis prioris tituli folio.

Poſtea edita eſt *Ptol. Geographiae* verſio latina Venetiis per Iac. Penzium de Leacho, 1511. — Argentorati 1513 (de qua edit. rariſſima, cuius exemplar eſt in bibl. acad. Erlangenſi, vide *Reland* in Palaeſtina p. 346. ed. Amſtel.) item a. 1520. *) fol. induſtria *Io Schotti.* — et ibidem in forma maxima 1522 typis et impenſis Io. Grieningeri, curante *Laurentio Phriſio,* — Noribergae, libri I. noua verſio *Io. Verneri* cum aliis, 1514. fol. de quibus edd. v. *Raidel.* l. c. et de Werneriana *Doppelmayer.* de

*) De his et aliis antiquioribus atque recentioribus editionibus vide *Goetzii* Mem. bibl. Dresdens. Vol. I. pag. 313. ſqq. 320. ſqq. II. p. 305. ſq. Et catal. bibl. Bünau. I. pag. 170. ſq. adde *Baumgartenii* Nachricht. von einer Halliſchen Bibl. tom. IV. pag. 327. ſq. *Hager.* pag. 333. ſq.

de mathematicis et artificibus Norimbergens. pag. 32 ſq. et 44. not. *u.* atque *Willii* Nurnberg. Gelehrten Lexicon part. IV. pag. 218 ſq. — Introductio geographica Petri Ariani in Verneri adnotatt. — acced. Verneri translatio noua primi libri geogr. Ptolem. — Ingolſtad. 1533. Fol. — *Bilib. Pirkheymerum* primum Geogr. librum latine vertiſſe et adnotationibus illuſtraſſe notarat cl. Willius: inſcripta vero eſt editio: *Cl. Ptol.* Geographicae enarrationis libri VIII. *Bilibaldo Pirkheymero* interprete: annotatt. *Iohannis de Regiomonte*, in errores commiſſos a Iac. Angelo, in translatione ſua. In calce poſt litteram *Q* ante indicem Ptolem. copioſum. *Argentoragi* (ſic) Io. Grieninger communibus Io. Kobergeri impenſis excudebat III. Cal. April. MDXXV. (1525.) fol. Huttichius operis praefuiſſe videtur: id quidem efficere licet ex tribus epiſtolis Io. Huttichii ad Pirkheymer. Argentorati a. 1524 et 1525, ſcriptis in *Io. Heumanni* documentis literariis varii documenti. Altorfii 1758. pag. 225. ſq. adde pag. 330. Ex epiſtolis tamen illis patet, octo geogr. libros fuiſſe excuſos. Atque omnes Ptolemaei Geogr. libros hic verſos legi, ex exemplo biblioth. Erlang. vidi, etiam ab *Goetzio* pag. 316 animaduerſum eſſe, poſthaec intellexi. Goetzius quoque recte adnotauit, in nota ad tertiam mappam Africae geograph. de Palaeſtina ea verba, quae Serueto poſtea tamquam atrox crimen imputabantur, iam legi et probabiliter a Germano quodam **), non a Serueto, tum puero ann. vix XV.

K 3 aut

**) Immo vero tabulae iſtae iam exſtant et iſta verba famoſa ad tertiam Africae mappam iam leguntur in edit. Phriſii memorata.

aut XVI fuiſſe profecta. — Geographia Cl. Ptolem. olim a Pirkheimerio translata, at nunc multis codd. gr. collata — a *Ioſepho Moletio*, Venet. 1562. 4. — De alia admodum memorabili editione poſtea differendi erit poteſtas: et de aliis lat. verſionis editt. atque interpretibus, ne extrauagari videar, ad Fabricii B. G. agam intereaque ablego lectores cupidos ad Raidelii *) commentationem pag. 62 ſqq. et ad Hagerum pag. 337. ſqq. quoque pag. 34. comm. et ſqq. recenſet graecas et graeco latinas Geographiae editiones. —

Princeps igitur fuit, quam *Eraſmus Roterod.* curauit ex codice Theobaldi Fettichii, *graece*, ſine vers. latina et ſine mappis geographicis, (nam ipſe Ptolem. nullas reliquerat; ſed Agathodaemon tantum addiderat,) ex typis Hieron. Frobenii et Nicolai Epiſcopii. Baſileae 1533. 4. — rec. Paris. 1546. 4. apud Chriſt. Wechel. Huius perrarae editionis exemplum cum pluribus msstis collatum in bibl. ſenatus Lipſici cuſtoditur: quod curate deſcripſit et ſpecimen adnotationum variarumque lectionum dedit *Raidel.* l. c. pag. 17. ſqq. adde *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern tom. X. pag. 219. ſq. — *Ptol. - geographiae libri octo, graeco - latini.* Latine primum recogniti et emendati, cum tabulis geographicis, ad mentem auctoris reſtitutis, per *Gerardum Mercatorem:* iam vero ad graeca et lat. exemplaria a *Petro Montano* iterum recogniti et pluribus locis caſtigati etc. Alia

*) Raidel. de hac editione multus, ſcripſerat *Baſileae,* ſed cl. *Willius* l. c. tom. III. pag. 192. iam locum vrbis, *Argentorati* indicauit. conf. catal. Bunau. vol. III. tom. I. pag. 2130.

Alia exempla habent ſubſcriptionem: *Iodocus Hondius excudit ſibi et Cornelio Nicolai, in cuius officina proſtant Francofurti* 1605. alia vero: *ſumtibus Cornelii Nicolai et Iodoci Hondii, Amſterodammi* 1605. fol. Vna autem eademque eſt editio. — gr. et lat. graeca ad cod. Heidelberg. collata etc. 1618 fol. quae citatur edit. excuſa modo Lugd. B. modo Francof. et Amſtel. qui error inde ortus eſt, quia, vt ait Raidel. pag. 37. ſq. Iſaacus Elzeuirius, typographus Lugdunens. ex cuius officina prodierat haec editio, nomen ſuum in vltima expreſſit pagina; Iodocus autem Hondius, ſumtus ſuppeditans, in prima pagina; qui et Amſtelodami et Francofurti officinam habuit librariam. — Integra autem haec editio inſerta eſt, (ſeparatim quoque venditur) tomo primo operis et cari et rari, inſcripti:

Theatrum geographiae veteris, duobus tomis diſtinctum, edente Petro Bertio Beuero. — Tomus prior, in quo Cl. Ptol. Alexandrini Geographiae libri VIII. graece et lat. Graeca ad codices Palatinos collata, aucta et emendata ſunt: Latina infinitis locis correcta. Tomus poſterior, in quo Itinerarium Antonini imperatoris terreſtre et maritimum, etc. Amſtelodami, ex officina Iodoci Hondii. 1619. fol. mai. conf. *Baumgarten* Nachrichten von einer Halliſchen Bibl. tom I. pag. 458. ſqq. vbi pag. 465 ſq. in nota adnotatt. referuntur, quas Cellarius manu ſua exemplo illi adſcripſerat.

Notanda quoque eſt editio rariſſima, quae a Serueto, ideo in iudicium vocato, eſt curata: epigraphe vero eſt:

Geographicae enarrationis libri VIII. ex Bilib. Pirkheymeri translatione, ſed ad Graeca et priſca

exemplaria a *Mich.* [Serueto] *Villanouano*, iam primum recogniti. Adiecta inſuper ab eodem ſcholia, quibus exoleta vrbium nomina ad noſtri ſeculi morem exponuntur, Lugd. 1535. fol. et ex ſecunda Vilianouani recognitione, Viennae in Gallia, 1541. fol. conf. *Raidel* pag. 61. ſq. *Willii* Lexic. l. c. pag. 193 *Moshemii* hiſtoriam Serueti pag. 260. *Hambergeri* Zuverl. Nachr. Vol. II p. 366. ſqq. *Bure* in bibliogr. inſtruct. Hiſtoire tom. I. n. 4197. pag. 43 ſqq. n. 4198 pag. 46. ſq. — Collationem editionis Argentinenſis geographiae Cl. Ptolem. cum illa, cuius Mich. Seruetus auctor eſt, ad illuſtrandum locum hiſtoriae modo dicti Serueti ab Abbate Moshemio conſcriptae, inſtituit *Io. Mart. Paſtorius* in Hamburg. vermiſchten Biblioth. II. p. 835 — 842 et in nouis miſcellan. Lipſiens. vol. X. pag. 274 — 282. — *Montfaucon* in cat. bibl. Coislin. pag. 611. — 768. varias cod. Coislin. 337. lectiones admodum memorabiles dedit. —

De mathematicis Ptolem. adponam hic, quae cel. *Kaeſtnerus* pluribus abhinc annis per litteras ad me datas ſcripſerat. „Proclus in commentar. in lib. I. elementorum Euclidis, qui cum elementis graece prodierunt Baſil. apud Io. Heruag. 1533. fol. citat Ptolemaei librum, quo oſtendere conatus eſt Ptol. adſertum, quod inter axiomata Euclidea habetur: duas rectas concurrere, in quas incidens recta interiores, et ad easdem partes angulos duobus rectis minores faciat. Eſt ax. II. lib. I. Eucl. ad quod ipſum, monet Proclus libr. I. commentar. ſuorum Ptolemaeum in libro quodam id oſtendere conatum. Rurſus ad Propos. 29. lib. I. Eucl. Proclus in libro IV. comment. ſuorum Ptolemae-

lemaeum citat ἐν τῷ περὶ τȣ̃ τὰς ἀπ' ἐλαττόντων ἢ δύο ὀρθῶν ἐκβαλλομένας συμπίπτειν. Inter libros Claudii Ptolemaei nullum numerat Fabricius, ad quem hoc pertinere poſſit. Videtur tamen ab aſtronomo ſcriptus. Sine dubio enim Proclus alium Ptolemaeum, qui auctor libri eſſet, a celeberrimo diſtinxiſſet."

— *Arabia*, graece et latine, ope codicis MS. vetuſtiſſimi emendata a Io. Grauio: — atque tabula longitudinis et latitudinis vrbium inſignium, gr. et lat. cum var. lectionibus, in *I. Hudſoni* Geogr. gr. Tomo III.

Magnae conſtructionis *) — libr. XIII. Theonis **) Alexandrini, (qui ſub Theodoſio ſeniore, imperatore, vixit, v. infra ſect. IV. §. 24.) in eosdem commentariorum libr. XI. graece, Baſileae apud Io. Walder. 1538. fol. Ptolemaeum Simon Grynaeus, et Theonem Ioachim. Camerarius ediderunt. conf. *Denis* memorabil. bibl. Garellianae pag. 595 ſq. *Baumgarten.* Nachricht. von merkw. Büchern tom X. p. 307. ſqq. — Librum primum *Almageſti* ***) graece cum ſuis commentariis ſeparatim

*) Latinam Almageſti epitomem confecit et primum edidit. *Io. Regiomontanus*, a. 1496. v. Kaeſtner Anfangs - Gründe der Aſtronomie 315. — Liber quadripartitum Ptolomaei — cum comment. Haus. Venet. per Erh. Ratdolt 1484. 4. v. Seemiller incunab. -- bibl. Ingolſtad. tom. III. p. 7. et eſt in bibl. Erlang.

**) vide cod. Venet. d. Marci, in catalogo etc, p. 150. et quae ibi excerpta ſunt.

***) Nomen hoc conſtat arabico *al* et graeco vocabulo *μέγιςος*. Liber n. hic titulum gerit *magnae* i. e. *maximae ſyntaxeos*: quod etiam obſeruauit *Gatackerus* Aduers. poſt. cap. 35. pag. 788.

ratim edidit *Eraſmus Reinhold.* Witteb. 1549. 8. De codd. verſionibus et commentatoribus v. *Fabricium* pag. 417. ſqq. adde paullo poſt, nr. 5.

— *Libri quatuor compoſiti* *), Syro fratri, et *fructus librorum ſuorum*, ſiue centum dicta etc. graece primum editi a *Ioachimo Camerario* cum verſione ſua duorum priorum librorum et praecipuorum e reliquis locorum, et notis ad libros duos priores etc. Noribergae 1535. 4. Addita eſt in ex. bibl. Erlang. vetus translatio II. poſterior. librorum. Hanc Camerarii editionem multis mendis purgatam, auctam, quatuor libris lat. verſis, et inſcriptam, *de praedictionibus aſtronomicis, cui titulum fecerunt, quadripartitum* etc. gr. et lat. recudi fecit *Philipp. Melanthon.* Baſileae apud Oporinum 1553. 8. Separatim vero, cum peculiari inſcriptione, addita graeca ſunt: — κλαυδίȣ — *Claudii Ptolemaei* Peluſienſis libri quatuor, compoſiti Syro fratri. Eiusdem fructus librorum ſuorum, ſiue centum dicta ad eundem Syrum. Innumeris, quibus hucusque ſcatebant mendis, purgati. Baſileae per Ioan. Oporinum, (cum *Ioach. Camerarii* epiſt. longa ad Albertum, Marchion. Brandenburg.) In calce. 1553. 8. — Claudii Ptol. — centum ſententiae interprete *Georgio Trapezuntio. Lucae Gauricii* oratio de inuentione, vtilitate et laudibus aſtronomiae. Romae per Valerium Doricum et Ludouicum fratres Brixianos. 1540. 4. De tribus his libris v. quoque *Baumgartenii* Nachricht. tom. X. pag.

*) Gauricus Gaſſendus et Dechales id opus ſuppoſititium eſſe contendunt. *Weidler* in hiſt. aſtron. pag. 182. incertus eſt. adde *Freytag* in adpar. litter. tom. III. p. 721. ſqq. de edit. Camerarii.

X. pag. 119 — 122. et pag. 400. ſq. — *Proclus* ſcripſit paraphraſin in hos quatuor Ptol. libros, quam *Phil. Melanthon* graece edidit Baſileae 1554. 8. gr. et lat. cum verſione ſua *Leo Allatius* Lugd. Bat. 1654. 8. conf. *Goetz* memor. bibl. Dresd. III. pag. 151. ſq. — Anonymi cuiusdam aut Demophili ἐξήγησις ſiue expoſitio, cum Porphyrii ſiue Antiochi philoſophi iſagoge ſ. introductione in idem Ptolemaei opus quadripartitum, edidit Henr. Petri, gr. et cum lat. Hier. Wolfii verſione, Baſileae 1559. fol. v. *Fabr.* B. Gr. lib. IV. Vol. III. pag. 419. et *Lambec.* comment. bibl. Vindob. vol. VII. pag. 194. ſq.

Canon regnorum in Ioſephi Scaligeri Iſagoge canonum pag. 291. tum integrius e cod. D. Oueralli in Seth. Caluiſii Iſagoge chronol. pag. 702. Poſtea e Theonis Alexandrini commentariis εἰς τὰς προχείρους κανόνας gr. et lat, vulgatus a Dionyſio Petauio ad calcem ſui rationarii temporum; dein a *Io. Bainbridgio* cum Procli ſphaera et Ptolemaeo de hypotheſibus planetarum, Londini 1620. 4. denique gr. et lat. partim cum MSS. editisque collatus, partim ex MSStis nunc primum editus cum notis *Henr. Dodwelli*, in Appendice ad Dodwelli diſſ. Cyprianicas, Oxonii 1684. 8. et cum Cypriano Fellii 1685. fol. Bremae 1690. fol. et Amſtelod. 1700. fol.

De apparentiis et ſignificationibus inerrantium ſtellarum *), gr. et lat. *Dion. Petauio* interprete, in huius

*) Huius libelli auctorem eſſe Ptolemaeum, negat *Iul. Pontedera*, in Antiquitatt. latinarum graecarum enarrationibus epiſt. 48. pag. 412. et in epiſt. 16. pag. 183.

huius Vranologio, Paris. 1630. pag. 71. Hic poſteriorem tantum partem graece dedit: priorem vero e cod. Sauiliano primum graece et cum verſione latina Fed. Bonauenturae, in poſteriorem vero partem varias lectiones aut ſupplementa *I. Alb. Fabricius* edidit in Bibl. Gr. Vol. III. pag. 420. ſqq. — *Cl. Ptolem.* inerrantium ſtellarum ſignificationes per *Nic. Leonicum* e graeco translatae. XIII. Romanorum menſes in veteribus monimentis Romae repertis, (et alii quidam Ouidii libri,) Florent. per hered. Phil. Iuntae 1525. 8. v. *Bandini* Iunt. typogr. annal. part. II. pag. 197.

De hypotheſibus planetarum liber ſingularis, nunc primum in lucem editus, graece ex tribus codd. MSS. quorum ne vnus quidem integer aut incorruptus fuit, collatione reſtitutus, latine redditus et figuris illuſtratus a *Io. Bainbridge*, cum Procli ſphaera, Londini 1620. 4. conf. comm. de codd. gr. bibl. Vindobon. vol. VII. pag. 486. ibique not. Kollarii.

(Elementorum) harmonicorum libri III. ex codd. MSS. vndecim nunc primum graece editi, cum verſione notisque et auctario (ſiue appendice de veterum harmonica ad hodiernam comparata,) *Io. Wallis.* Oxoniae 1682. 4. eadem editio cum Porphyrii commentario, nunc primum ex codd. graece et latine edito. in Wallisii Operibus Tom. III. pag. 1. conf. Acta erud. a. 1683. p. 77. et *Baumgart.* Nachrichten etc. tom. X. pag. 398. ſq.

De iudicandi facultate et animi principatu etc. graece et lat. primum in lucem edidit, latine reddidit

183 ſq. it demonſtratum, totum parapegma ſecundum eſſe ex Columella contextum.

didit et commentariis illuſtrauit *Iſmael Bullialdus*, Paris. 1663. 4. et cum noua epigraphe ſiue tituli plagella 1681. 4.

Catalogus fixarum ſtellarum, graece, ad calcem Tom. III. Geogr. graec. *Io. Hudſon.*

5. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. Libr. IV. pag. 411. ſqq. *Hamberg.* Z. N. Vol. II. pag. 362. ſqq. — *Weidler.* in bibliogr. aſtronomica. ſupplement. pag. 7. ſq. — *Io. von der Hagen* Obſſ. in Theonis Faſtos graecos priores et in eiusdem fragmentum in Expeditos canones. Accedit de canone regum aſtronomico, eiusque auctoribus, editionibus, MStis, et quae eo pertinent, diſſ. in qua duplex canon regum aſtronomicus primum editus ex cod. MSto Lugduno Batauo et eiusdem quoque codicis ampla notitia exhibetur, Amſtel. 1735. — *Saxii* Onomaſt. lit. I. pag. 314. *E. D. Huberi* Hiſtorie der Landcharten, part. I. ſect. III. pag. 22. — *Conr. Mannerts* Geographie der Griechen vnd Römer, part I. Noribergae 1781. 8. pag. 128 — 184. de Ptolemaei geographia pag 177. adſerit ille Ptolemaeo librum octauum iudicatque de quibusdam editionibus, et additis tabulis geographicis. — *Salmaſii* notas mstas in Ptol. geograph. e cod. Palat. vidit Magnus Cruſius in bibl. Bouherii, Diuon. notante auctore libri, Beyträge zur Hiſtorie der Gelahrheit, part. II. Hamburgi 1748. pag. 82. — *Io. Chriſtoph. de Iordan* in tertia operis de originibus Slauicis parte. quae continet adparatum geographicum, veteres geographos cumprimis Ptolemaeum de terris Europae ſeptemtrionalib. ſaepe illuſtrauit et in ſect. XV. pag. 1 — 29. generalia ad Ptolemaei geographiam dedit. —

Num

Num ſcriptores ante Ptolemaeum ſtatuerint, mare adriaticum cum Ionico et Siculo concunctum eſſe, nec ne, et vtrum ptolemaeus maris adriatici ambitum primus ad Cretam vsque amplificarit? controuerſia orta eſt inter D. *Ignatium Georgium*, Benedictinum, a quo ſcriptus eſt *D. Paullus apoſtolus* in mari, quod nunc Venetus ſinus dicitur, naufragus, et Melitae Dalmatenſis inſulae poſt naufragium hospes. (ad Acta apoſtol. XXVII. 27. XXVIII. 1.) Venetiis 1730. et *C. Io. Ant. Ciantar* de B. Paulo apoſtolo in Melitam, Siculo-Adriatici maris inſulam, naufrago eiecto, diſſertatt. apologeticae in inſpectiones anticriticas R. P. D. Ign. Georgii de Melitenſi apoſtoli naufragio. Venetiis 1738. 4. conf. *Baumgartenii* Nachricht. tom. VIII. pag. 157. ſqq. et 169. ſqq. — Ptolemaeum, qui geographiam ſcripſit, eumdem eſſe ac eum, qui aſtronomicum librum confecit, dubitabat *Werner* in nota ad lib. I. cap. 8. quia in hoc capite mentio fiat Iulii Materni, et diſcrimen longitudinum aliter exponatur, ac in ſyntaxi; ſed P. *Stanisl. Conouai* refutat eum in Diſſertazioni dell' Academia Etruſca di Cortona, tom. IX. a. 1791. mai. 4. nr. XIII. conf. ephem. litter. Gotting. a. 1793. ſcid. 127. pag. 1269. ſq. *M. Iuſtini Eliae Wüſtemanni* diſſ. de vrbibus Germaniae magnae ſecudum Ptolemaeum. Wittebergae 1755. 4. rec. in *Longolii* notitia Hermundurorum etc. edita a *I. Henr. Martino Erneſti*, tom. II. Noribergae 1793. 8. pag. 49. ſq. et Wüſtem. ibid. laudauit *Weidleri* disp. de latitudine et longitudine Wittenbergae, et de Celaegia Ptolemaei. Ibid. pag. 71. *Wüſtemanni* diſſ. de Hermunduris et Thuringis ſecundum Ptolemaeum, habita Witteberg.

berg. 1756. 4. — *Guil. Beauford* noua explicatio loci, vbi de Hibèrnia inſula egit Ptolemaeus, cum II. tabulis geographicis, in Transactions of the Iriſh Academy. Dublin. claſſ. antiqq. nr. 4. 1792. — *De Buache* comment. ſuper Geographia Ptolemaei, praecipue eius deſcriptione interioris Africae, e gallico msto in ſermonem germanic. verſa in: Annalen der geographiſchen vnd ſtatiſtiſchen Wiſſenſchaften, herausgegeben von *E. A. W. Zimmermann* etc. I. Iahrgang. Brunſuici. 1790. part. I. mai 8. pag. 23. ſqq. Buache non negat, Ptolemaeum commiſiſſe errores, praeſertim ex eius methodo ortos, qua primum limites orasque cum omnibus ipſi cognitis ſecundum ordinem deſcribit; tum interiorem terram ſecundum oras fluminis ſingulas peragrat: attamen ille profitetur, Ptolemaeum ſaepe fuiſſe non intellectum, et fluuium eius Nigrum eſſe hodiernum Senegal, quem d' Anville inuenire non potuit. — *Hieronymi Cardani* expoſitio in Ptolemaei libros IV de aſtrorum iudiciis, (addita Ioach. Camerarii verſione librorum priorum, et Anton. Gongauae poſteriorum, latina,) Baſil. 1554. rec. Lugdun. 1555. 8. (horum binorum exempla ob thema natalitium, quod Chriſto Hieronymus Cardanus compoſuerat, in primis conquiri ſolent,) Baſil. 1578 fol. et in Operibus Cardani, cura Caroli Sponii, Lugduni 1663. fol. tom. V. pag. 93. ſq. v. *Freytag* adpar. litt. III. pag. 725. ſq. — Opuſculum de diuiſione orbis, quod Bertius ſub nomine illius edidit, non eſt ab eo profectum iudice *de St. Croix* in Mem. ſ. notitia nouae edit. minor. geograph. nr. 24. — Liber VII. ſyntaxeos Ptolemaei graece cum

cum verſione gallica prodiit: Etat des etoiles, fixes, au ſecond ſiecle par *Claude Ptolemée*, comparé à la poſition des mêmes etoiles en 1786. avec le texte grèc et la traduction françoiſe par MS. l' Abbé *Montignot*, Chanoine de Toul, de la ſocieté R. des ſc. et B. L. de Nancy. Argentorati 1787. 4. cum II. tabb. aen. Ptolemaeus in Almageſto ſuo hunc indicem fixarum ſtellarum 1022. ab Hipparcho ſeruauit et ipſe obſeruauit ſtellas. Montign. ex graeco textu librum VII. qui in quatuor capp. agit de ſtellis fixis, vertit, addito textu graeco pag. 1 — 43. tum ſequitur a pag. 44 — 155. catalogus ſtellarum fixarum, a Ptolemaeo factus, graece et gallice, cum deſcriptione locorum ſtellarum, earum longitudinis ac latitudinis, et litterarum, quibus ſignantur, ſecundum Bayerum etc. — *Weidler.* hiſtor. aſtronom. cap. VII. ſect. II. §. 13. pag. 176. ſqq. — *Heilbronner* in hiſtoria matheſeos, pag. 343. ſqq. et ſaepius. — De verſionibus ital. v. praeter Paitonium, *Goetzii* mem. bibl. Dresd. *Bunau.* catal. locis memoratis. etc.

§. 51.
POLYAENVS.

1. Floruit circ. an. Ch. 163.

2. Macedo gente, rhetor et in foro verſatus fuit.

3. Induſtriae ſuae monimentum reliquit *ϛϱατηγηματικα βιβλια οκτω*, ſiue *libros octo de ſtrategematis illuſtrium belli ducum.* Liber ſextus et ſeptimus non integer ad nos peruenit; quare ex

DCCCC.

DCCCC. ſtrategematis, quae deſcripſerat Polyaenus, non plura quam DCCCXXXIII. adhuc reſtant.

3. Primus latine vertit *Iuſtus Vulteius* codd. vſus paſſim corroſis atque exeſis, non raro tamen integrioribus, quam fuere codd. quos Caſaubonus et Maſuicius poſtea vſurparunt. Illam interpretationem poſt patris mortem edidit *Hermannus Vulteius*, Baſileae apud Oporinum 1550. 4. — Graece ex vno codice parum emendato primus vulgauit cum notis ſuis (textus calci adiectis,) et Vulteii verſione, a Tornaeſio locis quibusdam interpolata, *Iſaac. Caſaubonus*, Lugd. Bat. 1589. 12. — Multa dein ſuppleuit, et ex collatione MSStorum Florentini atque Cantabrigienſis, item ex Vulteii interpretatione emendauit *Pancratius Maſuicius*, qui Polyaenum gr. et lat. cum ſuis et Caſauboni notis recenſuit, Lugd. Bat. 1690. 8. — Textum Maſuicianum reddidit, interpretationem emendauit et indicem adiecit graecum *Samuel Murſinna*, Berolin. 1756. 8.

Poſt Maſuicii tamen operam Polyaenus adhuc flagitat criſin, fidem atque auxilium interpretis periti, cui Voſſiana codd. MSStorum collatio, quae in bibliotheca Lugduno-Bataua latet, atque a Maſuicio in praefatione et a Fabricio in B. Graeca memorata eſt, item M. *Georgii Frid. Kronbiegelii* diſſ. de dictionis Polyaeneae virtutibus et vitiis, Lipſiae 1770. 4. in qua etiam de codd. et variis lectionibus adſatim diſputatur, multum ſubſidii praeſtabit.

5. Ex variis ſcriptoribus collegit exempla: Frontinum tamen, forſan ob linguae latinae igno-

rantiam, non euoluit: quare in hiſtoria romana et exemplis ducum romanorum parum adcuratus eſt et interdum ieiunus. Quamquam vero opuſculum non adeo magni pretii eſſe videatur: tamen eſt ad cognoſcendi fructum, et ad perſpicienda ducum peritiſſimorum ingenia atque conſilia vberrimum. Dictio eſt ſaepe ornata, interdum inaequalis: tamen, a naeuis illius aeui ſi diſceſſeris, bona et ſatis caſtigata. Thucydidis imitationem et atticae elegantiae ſtudium in permultis locis deprehendimus. Caſaubon. in epiſtola nuncupat. et praef. ad ſuam edit. Polyaeni ſtilum valde laudat.

6. In linguam francicam translatus eſt Polyaenus cum Frontino, atque notis illuſtratus, Paris. III. Tom. 1743. 12. et in linguam theotiscam a *M. Io. Chriſtoph. Kind*, Lipſiae 1750. 8. et ab anonymo. tom. I. Francof. ad Moen. 1793. 8. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. pag. 482. ſqq. et *Hamberger.* in Zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 387. ſqq.

§. 52.
HERMOGENES.

1. Floruit poſt a. Ch. 161. v. *Philoſtrat.* II. de vitis Sophiſt. cap. VII. p. 571.

2. Tarſenſis, rhetor. Praecocibus adnumerandus eſt ingeniis. Anno enim aetatis decimo ſeptimo ſcripſit τέχνην ῥητορικήν, et anno viceſimo περὶ ἰδεῶν, de formis oratoriis Libr. II. ſed anno viceſimo quinto defecit eum memoria et loquendi facultas, quam numquam recuperauit, licet diu poſt vixiſſet et attigiſſet ſenectutem.

3. Scri-

3. Scripſerat Opus de arte rhetorica, quod teſte Io. Tzetze V partibus conſtitit: primam vero partem periiſſe, putabat Fabricius. At enim et Tzetzae temporibus manibus fuiſſe tritam conſtat, et adhuc ſupereſt tum in cod. Matritenſi, (teſte *Iriarto* in cat. codd. graec. Matrit. pag. 154. ſq) tum in codice Taurinenſi inter codd. gr. nr. 77. (pag. 171. cat. cod. gr. Taurin.) Atque opus illud, quod conſtat XII. capitibus, e cod. Matrit. erutum formulis typographicis deſcriptum eſt, ex Priſciano emendatum eruditisque notis illuſtratum a cel. *Heeren* in *Bibliothek der alten Litteratur vnd Kunſt*, tom. VIII. et IX. inter inedita. Eſt quoque in cod. regio Neapolit. 169. chart. ſaec. XV. cum reliquis eiusdem Hermogenis opuſculis rhetoricis. — *Priſcianus* libere vertit Hermog. progymnasmata ſuoque de verſibus comicis libro ſubiunxit, in Grammaticis lat. Heliae Putſchii pag. 1329. atque inſcripſit: *Prisciani grammatici Caeſarienſis de praeexercitamentis rhetoricae ex Hermogene liber.* In eodem cod. Matritenſi ſunt Aphthonii *προγυμνάσματα in rhetoricam Hermogenis*, quae in libris excuſis προγυμνάσματα ſolum inſcribuntur, et Iriarte pag. 151 ſqq. primus edidit quaedam hucusque inedita ex prolegomenis in Aphthonii progymnasmata: praemittitur in eodem cod. vita Hermogenis: quae quum haud parum diſcrepet ab ea, quae apud Suidam legitur in ἑρμογένης et ab alia, quam *Godofr. Olearius* ſuis ad *Philoſtratorum* opera (vbi de vitis ſophiſt. lib. II. c. 7. de Hermogene agitur,) notis pag. 577. e cod. 133. Barocc. inſeruit: ab Iriarto pag. 155 exſcripta et euulgata eſt. — Reliqua, quae olim pluries ty-

 pis

pis excuſa fuerunt, ſunt 1) ars rhetorica, de partitione ſtatuum et quaeſtionum oratoriarum, in quam Syrianus, Sopater et Marcellinus graece commentati ſunt: quorum comment. editi ſunt ab Aldo cum Hermogene. Nec non *Menander* Luodicenſis et *Metrophanes* ſcripſerant ὑπόμνημα in Hermogenis ártem, teſte Eudocia in Violario pag. 301. — Adnotationes incerti in ſtatus Hermogenis ſunt in cod. laudato Matrit. v. Iriart. l. mem. pag. 154, 59. et pag. 156. 182. — 2) de inuentione oratoria, libri 4. in quos chriſtianus quidam graeca ſcripſit ſcholia. 3) de formis oratoriis. 4) methodus apti et ponderoſi generis dicendi. In bibliotheca Vindobonenſi, (teſtibus *Neſſelio* in catal. bibl. Vindob. part. IV. pag. 14. et *Lambecio* in comment. de bibl. Vindob. lib. VII. cod. 137. n. 3. pag. 550. ſq. (vbi Lambec. plura dabit,) eſt ſyntagma expoſitionum variorum auctorum in Hermogenis artem oratoriam, nempe, Longini, Iamblichi, Syriani et Simplicii, qui fuerunt deorum cultores; et Ioſiculi, Ioannis Geometrae, Gregorii Metropolitae Corinthi, (Pardi cognomento,) Io. Doxopatrae et Georgii Diaeretae, qui fuerunt Chriſtiani. Sed totum titulum mangonium ſapere, iudicat *Ruhnken* in diſſ. de Longino, §. 14. pag. 39. ſq. ante Toupii edition. II. Longini. Plures vero olim commentatos fuiſſe, ex his et iis, quae *Fabricius* B. Gr. IV. cap. 31. vol. IV. pag. 432. edit. vet. collegit, clare patet: quibus addes *Io. Siceliotae* comm. MS. in Hermogenem, quem memorat *Ruhnken* in diſſ. laudata §. VI. pag. 15. §. VIII. pag. 19. §. IX. pag. 22. §. X. pag. 25 et 27. *Tzetzae* ſcholia mssta in Hermoge-

mogenem ſunt in bibl. Leidenſi, teſte *Ruhnkenio* ad Rutilium Lupum pag. 41. a.

4. Prodierunt graece cum commentariis graecis, inter Rhetoras gr. Aldinos, Venetiis 1508. 1509. fol. — Ἐν τῷδε τῷ βιβλίῳ τάδε περιέχεται. Ἀφθονίου σοφιστοῦ προγυμνάσματα. Ἑρμογένης ῥητορικά. *In hoc volumine haec continentur. Auſonii* (ſic excuſum quidem eſt, at in meo exemplo iam manu V. D. recte correctum *Aphthonii*) *praeludia. Hermogenis rhetorica.* In calce: *Impreſſum Florentiae in aedibus Philippi Iuntae Florentini* Anno ab incarnat. D. XV. ſupra mille (1515) menſe Iulio. Iunta in fine epiſt. nuncupatoriae — noſtri, ait, tuique *Bonini*, impreſſorum operis errores, acrius, vt puto, caſtigantis, non immemor. — gr. ſine commentariis, cum Aphthonio, opera *Franc. Porti*, Geneu. 1569. 8. — gr. et cum verſione latina atque commentariis *Caſparis Laurentii*, Geneuae 1614. 8. — gr. et lat. cum ſcholiis Io. Sturmii, edente et praefante *Io. Cocino*, Argentor. 8. 1570. et 1571. — de inuentione libri. IV. gr. Paris, per Chriſt. Wechel. 1530. 4. —

5. Egregius rhetor, qui ab Ariſtotele ſecundum locum paene tenet.

6. Conf. *Blount* Cenſura celebr. auth pag. 168. ſq. *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. Libr. IV. pag. 428. ſqq. et pag. 462. ſqq. *Hambergeri* Zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 370.

7. Diuerſi ſunt 1) *Hermogenes*, itidem Tarſenſis, hiſtoricus, qui ſub Domitiano floruit, de quo v. *Sueton.* in vita Domitiani cap. 10. 2) *Hermogenes* chirurgus et malus medicus, quem perſtringit Lucilius in graecis epigrammatibus eumque

 citat

citat *Galenus* pag. 13. edit. Baſil. et Xiphilinus tradit, floruiſſe ſub Hadriano. conf. *Küſtner* in Mem. de l' Acad. des Inſcr. tom. IV. pag. 667. et V. D. in bibl. philol. Gottingae 1770. vol. I. part. V. pag. 311. vt alios a Fabricio memoratos omittam.

§. 53.

AELIVS HERODIANVS.

1. Poſt annum Ch. 161. adhuc in viuis fuit.

2. Alexandrinus, Apollonii Dyſcoli filius, Grammaticus. Romam conceſſit, vbi apud imperatorem Marcum Antoninum in magna fuit gratia.

3. Multa ſcripſit: at ab interitu tantum ſeruata ſunt, 1) de numeris fragmentum. 2) deductiones difficulter declinatorum verborum. 3) de magno verbo, (rhetore). 4) de inclinatis, encliticis et coencliticis dictiunculis. 5) Philaeterus, 6) fragmenta.

4. De numeris fragmentum graece, cum Theodor. Gazae introductione grammatica libr. IV. Venet. apud Aldum 1499. fol. — de magno verbo, deductiones etc. de inclinatis etc. graece, in cornu copiae et hortis Adonidis, Venet. apud Aldum 1496. fol. — de inclinatis etc. graece poſt dictionarium graeco-latin. Venet. apud Aldum 1523. fol. — Fragmentum gr. et lat. cum notis Nunneſii, Hoeſchelii et de Paw in huius ed. Phrynichi Eclog. Trai. ad Rh. 1739. 4. — Philetaerus e MS. primum editus et Fragmentum e MSS. auctius atque emendatius cum Sallierii et Io. Pierſoni notis, ad calcem Moeridis Atticiſtae a *Pierſono* Lugd. B. 1759. 8. editi. — *Villoiſon* in anecdot. grae-

graecis, tom. II. pag. 85 ſqq. obſeruat, primum in catal. codicum gr. bibl. D. Marci in cod. 482. male tribui Herodiano opuſculum ineditum, ſic inſcriptum: Ἡρωδιανȣ περὶ παραγώγων λέξεων ἀπὸ διαλέκτων, quum haec in Dionyſii Thracis τέχνην γραμματικὴν commentarii pars non ſit Herodiani, ſed alterius grammatici technici; tum in cod. 483. legi Herodiani περὶ ςίχων τῆς λέξεως opuſculum, cui praemiſſum ſit *Heliae* Monachi περὶ τῶν ἐν τοῖς ςίχοις παθῶν, quod in multis codd. Plutarcho male tributum eſt, et quod Villois. graece evulgauit. Porro idem Villois. adnotat, in eodem cod. ſtatim poſt hoc Ἡλίȣ μοναχȣ χάρακος περὶ διαφόρων μέτρων opuſculi caput, ſequi *Herodiani* libellum, ſic inſcriptum. Ἡρωδιανȣ περὶ ςτίχων τῆς λέξεως, quem pariter graece edidit. Denique ex codice DXII. aliud Herodiani opuſculum περὶ σχημάτων pag. 87 –97. primus protulit in lucem. — *Valckenarius Ammonio*, grammatico, de differentiis etc. pag. 193 ſqq. ſubiecit, auctore illi ignoto, opuſculum περὶ βαρβαρισμȣ κατὰ πλάτος, quod autem eſſe Aelii Herodiani noſtri, e cod. Veneto docuit, et varias illius dedit lectiones *Villoiſon* in anecdot. graecis tom. II. pag. 175. ſqq. — Herodianus ἐν τῇ Ἰλιακῇ προσῳδίᾳ, ἐν τῇ καθολικῇ προσῳδίᾳ, ἐν τῇ ὀρθογραφίᾳ, ἐν τοῖς ὀνοματικοῖς, ἐν τῷ ποιήματι τῷ περὶ παθῶν et ἐν τῷ περὶ σχημάτων ſaepe laudatur in Homericis ſcholiis Marcianis, ab eodem Villoiſonio editis, in quibus magna pars illius Ἰλιακῆς προσῳδίας, vti in cod. Barrocciano 179 magnae proſodiae Herodiani epitome, a *Theodoſio Alexandrino*, grammatico cel. confecta ſeruatur, teſte eodem *Villoiſonio* l. c. pag. 173. not. —

In cod. quoque regio *Matrit.* (teſte Iriarto in cat. codd. gr. pag. 141 – 144.) vniuerſalis Herodiani proſodiae epitome, à Theodoſio Alexandrino confecta, continetur necdum edita eſt cum prologo eiusdem Theodoſii. — In cod. Matrit. 81 apud Iriart. pag. 295 ſunt excerpta ex libris variorum grammaticorum, atque ex *Apollonio* et *Herodiano*, quae incipiunt a proſodia. Inſunt de ſoloeciſmo et barbarismo et alia opuſcula.

5. *Minutiſſimus ſciſcitator*, ab Ammiano Marcellino, et *maximus auctor artis grammaticae* a Priſciano nominatur.

6. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. VII. pag. 8. ſq. et *Pierſoni* Praefat. ad Moerin pag. XLV. ſqq.

§. 54.

CLAVDIVS GALENVS.

1. Natus a. Ch. 131. denatus a. Ch. 20$\frac{0}{1}$.

2. In lucem editus eſt Pergami in Aſia, nobili quondam Attalorum regia, patre Nicone, qui filium artibus mathematicis inſtituit, et aliis magiſtris tradidit peritis, qui illum artes liberales, ac deinceps medicam docerent. Patre mortuo, noſter Smyrnam, Corinthum, inſulam Lesbum, Alexandriam, aliasque vrbes ac regiones ad maiores fructus ex conſuetudine et doctrina Medicorum capiendos adiit. Romae aliquoties, plaudentibus Auguſtis et ciuibus, quorum fauorem felici curatione ſcientiaque medica inſigni ſibi conciliarat, commoratus eſt, et ſub vitae finem perpetuo ibi habitaſſe videtur. Galenum fuiſſe eclecticum, docent Pag. Gaudent. de philos. Rom. cap. 136. et *Menag.*

Menag. ad Diog. Laert. I. 21. Contra, eum fuiſſe ſtoicum et atheum, adfirmatur in noua bibliotheca (germanice ſcripta,) tom. III. pag. 811 ſqq. Plura vide apud *Reimmannum*, qui Galenum ab iſto crimine vindicat. in hiſtoria vniuerſali atheismi pag. 238 ſqq. In argumento gr. Athenaei libris praefixo ſub fin. egregie laudatur.

3. Permulta ſcripſit philoſophici, mathematici et grammatici, potiſſimum medici argumenti. Eorum vero, quae edidit, catalogum Fabricius in B. Gr. et Hallerus in ſuis bibliothecis practica, anatomica, botanica et chirurgica, confecerunt. Atque Hallerus de ſingulis libris, eorum editionibus atque interpretibus copioſiſſime egit. Quare ego nec ſacris Aeſculapii initiatus, nec legitimus de Galeni, qui ſanioris critices atque exegeſeos parens nobis factus eſt, meritis, quae ſumma eſſe dicuntur, iudex, teſtis de eius dicendi genere, quod ab aliis laudatur, locuples, curioſos ad illius medici ſummi bibliothecas ablego. Iniquus in Galenum, nulli ſectae adhaerentem, eſt D. *Metzger* in Skizze einer pragmatiſchen Litterair-Geſchichte der Medicin. Regiomont. 1792. 8. period. IV. c. l. v. cenſuram illius libri in Würcburg. ephem. litt. 1793. n. 19. pag. 300 ſq. — Excellentibus criticis eum adnumerat *Henr. Valeſius* lib. de critica pag. 170. addito eius Emendation. a Burmanno II. publicatis.

4. Inſignem, quae tamen augeri poteſt, copiam editionum et verſionum cum omnium pluriumue, tum inprimis ſingulorum librorum iam praebent *Maittarii* annales typographici. Ego vero, ne modum excedam vel plurimorum enumeratione,

 in

in paucorum commemoratione acquieſcam. — *Georgii Vallae*, introductorium in *Galenum* de medicinae principiis, e Graeco in latinum conuerſum, ſ. a. loco, (Mediolani,) et typogr. 4. v. *Ios. Ant. Saxii* hiſtoria litt. typogr. hiſtor. Mediolanenſis, pag. 614. èt pag. 536. vbi Vallae epiſt. nuncupat. eſt typis repetita. — *Georgio Valla* interprete: Nicephori Blemmidae logica. — *Galen.* de bono corporis habitu, conformat. corporis, praeſagitura, praeſagio, introductorium, de ſuccidaneis. — Venet. per Ant. de Strata 1488. — per Simon. Papiens. 1498.F. *Galieni* (ſic) *Pergamenſis* — *opera.* — *Venetiis per Philippum Pintium de Caneto impreſſa.* A. M. CCCCLXXXX. (1490.) fol. ſtudio *Diomedis Bonardi*, Phyſici Brixienſis v. *Seemilleri* incunabula typogr. bibl. Ingolſtad. tom. IV. pag. 9. atque rariſſimam hanc editionem vberius deſcripſit *Hermann* Prof. Argentor. in programmate d. XVII. Aug. 1782 publicato. — *Galeni* hiſtoria de philoſoho, (liber ſuppoſititius,) cum libris Ariſtotelis etc. Venetiis 1497. v. Maitt. A. T. tom. IV. — part. 1. pag. 79. — Medendi method. et Therap. ad Glaucon. graece. Venet. per Nic. Blaſt. 1500. fol. *Maitt.* A. T. IV. 1. pag. 96. part. 2. pag. 270. — *Quarta impreſſio ornatiſſima:* continens omnes *Galeni* libros al's impreſſos: melius quam prius ordinatos, et magis, quam antea emendatos. Emittensque alios eiusdem libros numquam cum aliis impreſſos etc. Papiae II. voll. 1515. et IIItium vol. 1516. fol. *ſumma arte.* — *Iac. Paucidrapenſis de Burgofranco.* de perrara hac edit. et de Galeno vberrime diſputatur in Theſauro bibliothecali etc. tom. 1. pag. 194 ſqq. — *Graeca* princeps

editio

editio prodiit *Venetiis*, adhortante et auxiliante *Io. Baptiſta Opitio*, ſymbolas quoque conferente *Georgio Agricola*, in aedibus Aldi et Andreae ſoceri. tom. V. 1525. fol. — De raris edd. Galeni de differentiis febrium libri II. etc. typis Euch. Ceruicornii, (Coloniae) 1526. 8. — eiusdem methodus medendi etc. Venet. per Io. Bapt. Pedrezanum, 1527. 4. — eiusd. libri III. de criſibus etc. lat. Lutetiae apud Chriſtian. Wechel. 1528. 4. v. *Gras* Nachtrag zu den typographiſchen aus dem 15ten und Büchermerkwürdigkeiten aus dem 16 v. 17. Iahrhundert. Brixen 1791. 4. pag. 68. — De ratione medendi ad Glaucon. gr. Paris. ap. Chr. Wechel. 1536. 8. — Opera omnia, ad fidem complurium et perquam vetuſtorum exempl. ita emendata atque reſtituta, vt nunc primum nata, atque in lucem edita, videri poſſint, tom. V. graece. Baſileae ap. Io. Bebel. 1538. fol. Haec editio, quamquam melior, locupletior atque emendatior eſt Aldina, et Gemuſaeus, qui primum ac tertium curauit tomos, in praef. operam editorum valde celebrat, multis tamen adhuc ſcatere vitiis mendisque iudicatur. In meo exemplo a viro quodam docto, ni fallor, Hofmanno, Prof. Altdorf. non ſolum errores typographici ſunt correcti; ſed etiam multae emendationes margini adſcriptae: idque exemplum fuiſſe videtur, quod prelo paraturus erat Hofmannus. — Opera gr. et lat. cum Hippocrate, per *Renatum Charterium*. Paris. 1679. fol. in qua nobiliſſima editione multa opuſcula Galeni vel primum adſpexerunt lucem, vel ex codicibus emendatiores. — Omnium *Galeni* operum nouam editionem cum patris ſui adnotatt. promiſit. *Io.*

Io. Imperialis in Muſeo hiſtor. pag. 201 et 215. — Libri aliquot *graeci* partim hactenus non viſi, partim mendis repurgati et reſtituti, cum annotatt. *Io. Caii.* ſcil. de decretis Hippocratis et Platonis; de medicamentis, quae inter ſe commutantur; anatomici libri IX. de muſculorum motu libri II. etc. Baſil. 1544. 4. — Quod optimus medicus idem ſit et philoſophus, ac de optimo dicendi genere, gr. Lutet. apud Fed. Morel. 1577. 4. — Adhortatorius ſermo ad artes; de optima doctrina; quod optimus medicus; etiam philoſophus, gr. et lat. Eraſmo interprete, Paris. apud Wechel. 1547. 4. — De optimo docendi genere, gr. et lat. interprete Des. Eraſmo. cum Sexto Empirico, Paris. 1621. fol. — *Cl. Galeni* paraphraſtae Menodoti filii ſuaſoria ad artes oratio cum Iulii Alexandrini, medici Caeſarei annotatt. e MSto. ſine l. et a. nota. (Vpſaliae 1636.) 4. v. *Erici Mich. Fant* hiſtor. litteraturae graecae in Suecia. Vpſaliae 1779. 4. pag. 78. — Paraphraſis in Menodoti exhortationem ad artes, gr. Paris. ap. Guil. Morel. 1563. 8. — lat. Baſil. ap. Froben. 1526. 8. — gr. et lat. Paris apud Fed. Morel. 1577. 4. — *Opuſcula varia.* *) a D. *Theod. Goulſtono*, graece recenſita, mendisque quam plurimis repurgata, et in linguam lat. clarius, puriusque quam antehac, traducta. Ac-

*) Sunt autem 1) Orat. ad artes et medicinam hortatoria. 2) quod optimus medicus idem et philoſophus; 3) de optimo docendi genere; 4) de ſectis, 5) de optima ſecta; 6) de dignoſcendis et curandis animi adfectibus; 7) de curandis animi erratis; 8) de ſubſtantia naturalium facultatum; 9) quod animi mores ſequantur temperamentum corporis.

Acceſſere ab eodem lectiones variae et annotatt. criticae. Londini typ. Rich. Badger. 1640. 4. Goulſton. integrum Galenum recenſere, codd. variis collatis, caſtigare, nouam conficere verſionem et criticis adnott. illuſtrare conſtituerat; ſed fatis interceptus nomen expungere non potuit. vid. *Gatack.* aduerſ. poſtum. cap. 12. pag. 537. — Libellus, quem ad modum quis animi ſui affectus dignoſcat et corrigat, gr. et lat. ex interpretatione et cum ſcholiis *Io. Caſelii*, iterum edidit *Io. Henr. Acker.* Rudolſt. 1715. 4. — De oſſibus gr. et lat. cum notis perpetuis *Caſp. Hofmanni,* Francof. ad Moen. 1630. fol. — De oſſibus gr. et lat. acc. Veſalii, Syluii, Heneri, Euſtachii ad Galeni doctrinam Exercitt. ex bibliotheca *Io. von Horne*, Lugd. B. 1665. 12. — Callimachi Hymni et epigr. quibus acceſſerunt Theognidis carmina, nec non epigrammata CLXXVI ex anthol. gr. quorum magna pars non ante ſeparatim excuſa eſt. His adiuncta eſt *Galeni ſuaſoria ad artes.* Notas addidit, atque omnia emendate imprimenda curauit editor. Londini, impenſis Guil. Thurlburne. 1741. 8. conf. noua acta erudit. Lips. a. 1745. mens. Iul. pag. 402 ſqq. — *Galeni* admonitio ad litteras addiſcendas. e recens. et cum notis *Io. Georg. Guil. Koehleri.* Lipſiae 1778. mai. 8. — *Gal.* de optimo medico philoſopho, gr. et lat. a *D. Kurt Sprengel.* Halae Saxon. 1788. 8. — *Galens* Fieberlehre, von *Kurt Sprengel* Berol. et Lips. 1788. 8. eſt libera verſio, ſecundum edit. Camerarii, Baſil. 1538. fol. cum adnotatt. in quibus cel. Sprengel Galeni theoriam cum ea, quam noſtri medici amplectuntur, comparat, et Galenum a crimine ſubtilitatum ſingu-

ſingularium atque compilationis defendit. — Erotiani, *Galeni* et Herodoti gloſſaria in Hippocratem, e rec. H. Stephani, gr. et lat. cum notis variorum: e recenſione et cum animaduerſionibus edidit *Io. G. Fr. Franz* Lipſiae 1780. 8. — De arabica Galeni verſione vide *Wolfii* bibl. hebr. n. 440. — Epitome *Galeni* opp. in IV. partes digeſta, per D. Andr. Lacunam. Baſil. 1571. fol.

5. Galenus ſcripſit inter alia: *εἰσαγωγὴν* etc. i. e. *introductionem* ſiue *medicum.* Quod Herodotus medicus quoque ſcripſerat *ἰατρὸν*, a Galeno II. 42 in VI. Epidem. laudatum; inde *Conringius* lib. 1. de medic. Hermetis cap. X pag. 91. item lib. II. cap. 2, 37. pag. 194. ſuſpicatur, *Herodotum* eſſe quoque auctorem introductionis Galeno adſcriptae. — In lib. *ὅροι ἰατρικοὶ*, *definitiones medicae*, definitio enthuſiasmi explicatur, atque emendatur a *Mer. Caſaubono* de enthuſiasmo, cap. I. pag. 10. 11. — Libr. de hiſtoria philoſophica *Iulianus Martianus Rota*, qui illum vertit, item *Holſtenius* de vita Porphyrii cap. 1. pag. 210. et *Poſſeninus*, (notatus perinde a Ionſio lib. IV. pag. 318.) tribuunt Aetio. adde *Fabric.* ad Sext. Empir. lib. III. pyrrh. hyp. §. 32. — Opus *de vſu partium corporis humani* eximie laudat *Conringius* in introduct. in artem med. cap. 4. §. 17. pag. 115. illiusque compendium conſcripſit *Theophilus Protoſpatharius* editus in Fabricii B. Gr. tom. XII. pag. 784 ſqq. — *Sam. Parkey* in cogitatt. de Deo etc. diſp. V. qua deum eſſe, demonſtratur a generis humani ortu et corporis humani ſtructura, ſect. 5. pag. 445 optat, vt aliquis pius philoſophus, anatomiae ſcientiſſimus, idem nunc, quod olim Galenus opus ador-

adornet; atque ille ipſe ſpecimen quoddam exhibet. Vide tamen Neue Bibliothek. tom. III. pag. 811. — *Aloyſii Mundella* theatrum Galeni, Baſil. 1568 fol. — *I. B. Syluatici*, Galeni hiſtoriae medicinales Hanou. 1605 fol. — *Io. Sanctorii* commentarii in artem medicinalem Galeni. Venet. 1612. fol. — *Adrian. Heringa* in Obſeruationum criticarum libro, Leowardiae. 1749. 8. paſſim multa Galeni loca illuſtrat emendatue. — *Marſilius Cagnatus* in variarum Obſeruatt. libris quatuor. Romae 1587. 8. libro II. pag. 188 inquirit, quando natus ſit Galenus; lib. III. cap. 14. pag. 222 ſqq. oſtendit, Galenum aliquot ex Scribonio Largo medicamenta deſcripſiſſe, nec vero linguam latinam recte nouiſſe, lib. III. cap. 3. pag. 198 animaduertit, librum Hermeti Trismegiſto adſcriptum, et Iatro mathematica inſcriptum, magnam eſſe partem illius libri, qui ſub Galeni nomine editur et inſcribitur, Prognoſtica de decubitu ex mathematica ſcientia. Idem ibidem locis permultis paſſim de libris et locis Galeni ſuam dicit ſententiam. — *Caſp. Hofmanni* variarum lectionum lib. VI. in quibus loca multa Dioſcoridis, Athenaei, Plinii, Hippocratis, *Galeni*, aliorum, qua illuſtrantur, qua explicantur. Lipſiae 1619. 8. in quibus permulta Galeni loca paſſim explicantur aut corriguntur. — Idem *Hofmannus* edidit commentarios in Galenum de vſu partium corporis humani. libr. XVII. Francof. ad M. 1625. fol. — *Dan. Guil. Triller* in Obſeruatt. criticis; Francof. ad M. 1742. 8. pag. 56. locum quemdam a criſi Hofmanni vindicat, eumque aliter corrigit, pag. 136. alium locum emendat; ſaepe vero ad Galeni auctoritatem prouocat. —

Prae-

Praeterea confer *Phil. Melanthon.* praef. et oratt. ed. Seru. II. pag. 141 ſqq. 395 ſqq. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. pag. 509 — 590. vbi cl Ackermann plura conferet,) et Vol. XIII. p. 163. *Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. Tom. II. pag. 183. ſqq. et in Adpendice pag. 359. *Hambergeri* Zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 452. *Saxii* Onomaſt. lit. I. pag. 317. Collatio *lexici Galeni etc.* a *Stephano Bernardo* inſtituta eſt in Nou. Miſcell. Obſeruatt. Tom. IX. pag. 1020. ſqq. — Specimen correctionum Galenicarum a Caſparo Hofmanno olim conſcriptarum edidit *Gruner*, Med. Doctor et Prof. Ienae 1776. — Idem V. C. edidit ex exemplo Opp. Galeni, quod olim Cornari erat, *Iani Cornari* coniecturas et emendationes Galenicas, (margini illius exemplaris adſcriptas,) in prolus. academica, Ienae 1789. m. 8. — *Polychronius Demetrius*, e Thracia, Galeni librum de Oſſibus contra Veſalium in commentat. quadam defendit, Lipſiae 1777.

6. *Caſpar. Hofmannus*, Medicus olim praeclarus Altorfinus, praelo paratam Galeni editionem et commentarios in illum XXVI. Voll. in fol. ſcriptos reliquit, qui in bibliothecam Thomaſii, Noribergenſis, et, hoc mortuo, in bibliothecam Antonii Askew, Britanni, venerunt. Quo etiam denato, quae fata habeant, equidem neſcio.

7. Per hanc occaſionem faciam mentionem *Aſclepiadis Bithyni*, medici: de quo vide *Fabr.* B. Gr. vol. XIII. p. 87. ſq. *Walchii* antiqq. ſelect. medic. nr. 5. pag. 119 ſqq. coll. philol. bibl. Gotting. tom. II. p. 200 ſqq. a. 1773. 8. — *Aſclep. Bith.* fragm. edidit, digeſſit, explicuit et Aſclepiadum

dum nomina hiſtoriamque expoſuit *Chr. Gottl. Gumpert.* Med. Doct. Vinariae 1794. m. 8.

§. 55.

A L B I N V S.

Philoſophus Platonicus, Galeni aequalis fuiſſe videtur *Saxio* in Onom. liter. I. pag. 317. Illius εἰσαγωγὴν εἰς τὲς πλάτωνος διαλόγες cum interpretatione *Io. Ant. Winkleri*, *Fabricius* in B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 2. pag. 42. ſqq. vet. ed. e cod. Holſtenii primus publicarat: quam vero, quia Fiſcherus in IIItia edit. IV. dialog. Plat. iterum typis recudi fecit emendatiorem, in noua Fabr. ed. vol. III. p. 157. omiſi.

§. 56.

MARCELLVS SIDETES.

1. Ex Side, oppido Pamphiliae ortus, Medicus, et temporibus imperatorum Hadriani ac Marci Antonini vixit. Scripſit carmen medicum, XXXXII. libr. conſtans. Supereſt fragmentum remediorum ex piſcibus.

2. Hoc edidit graece et latine Fed. Morellus Lutetiae 1591. 8. et graece cum Michaelis Plochiri dramatio, Pariſiis 1598. 8. — Idem fragmentum ex apographo Gudii correctius reddiderat cum verſione ſuisque caſtigationibus *Io. Alb. Fabricius* in B. Gr. Libr. I. cap. 3. §. 5. Vol. I. pag. 14. ſqq. vet. ed. et metricam Morelli verſionem Vol. XIII. pag. 317. ſqq. Ego vero, quia *Schneiderus* id, omiſſa verſione lat. editioni ſuae Plutarchi de

educ. liber. Argent. 1775. 8. pag. 96. ſqq. correctius adiecit et illuſtrauit, in noua ed. omiſi, alia autem adnotaui, vol. I. p. 15. ſq. Adiecit quoque *Ballu* ed. ſuae Oppiani. v. infra, §. 72.

§. 57.

1. ALEXANDER NVMENIVS, rhetor graecus, ſub Hadriano, vel ſub Antoninis vixit, et ſcripſit librum περὶ τῶν τῆς διανοίας σχημάτων etc. *de figuris* editum ab Aldo Manutio inter Rhetoras graecos pag. 574. et emendatius a *Laurentio Normanno*, graece ac latine, Vpſaliae 1690. 8.

2. Diuerſus eſt a *Numenio*, Apameenſi Syro, philoſopho Platonico, de quo vide *Bruckeri* hiſt. crit. philoſ. Vol. II. pag. 176. *Fabr.* B. Gr. vol. III. p. 179. ſq.

3. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. pag. 457. vet. ed. *Dau. Ruhnken* ad Aquilam Rom. pag. 140. *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philos. III, 10, 4. pag. 57 ſqq.

§. 58.

HYPSICLES.

Alexandrinus, Mathematicus, et diſcipulus Iſidori, qui ſub M. Aurelio et L. Vero poſt a. Ch. 169. vixit. Auctor libri XIV et XV. Elementorum Euclidis habetur. Opus contra quoddam aſtronomicum, *Anaphoricus*, ſiue de adſcenſionibus, foetum illius ingenii eſſe conſtat. Illud vero graece et cum verſione latina *Iac. Mentelii*, cum Heliodori Opticis, Paris. 1680. 4. formulis typographicis deſcriptum eſt. Conſ. *Fabricii* B. Gr. Vol.

Vol. IV. Lib. III. cap. 18. §. 15. pag. 20. *Saxii* Onomaſt. litter. I. pag. 321.

§. 59.
PAVSANIAS.

1. Floruit circa a. Ch. 174. V. C. 927. argum. Eliac. prior. ſiue Libr. V. cap. 1. pag. 375.

2. Caeſareenſis Cappadox, Herodis Attici diſcipulus, et interioris quidem admiſſionis *), Grammaticus, artium, et monumentorum a ſummis veteribus artificibus poſteritati traditorum perſcrutator indefeſſus et iudex legitimus. Ad omnia igitur perſcrutanda oculisque vſurpanda per Graeciam, Macedoniam, Italiam, magnam Aſiae partem vsque ad Iouis Hammonis oraculum iter fecit. Quae vero notatu viſuque digna vbique viderat, ea, poſtquam Romam migrarat, admodum ſenex litteris conſignauit.

3. Fructus igitur illorum itinerum eſt Graeciae deſcriptio accurata, qua lector tamquam manu per illam regionem circumducitur, τῆς Ἑλλάδος περιήγησις, in qua (libr. X) Attica, Corinthiaca **), Laconica, Meſſenica, Eliaca, Achaica, Arcadica, Boeotica memoratu digna perſequitur atque illuſtrat.

4. Editio princeps eſt Aldina, graece, Venetiis 1516 fol. curante *Marco Muſuro.* — Latine vertit

*) Goldhagen in praefat. ad verſion. germ. opinatur, Pauſaniam hunc diuerſum a Philoſtrati Pauſania, fuiſſe Phrygem prope Sipylum montem natum.

**) Quae ex Eumeli Corinthiacis hauſit, v. *Groddek* in Bibl. der alten Litterat. v. Kunſt. part. II. Gottingae 1787. 8. pag. 96. not.

tit *Romulus Amaſaeus*, Florent. 1551. etc. — graece et latine, ex recenſione *Guil. Xylandri*, qui Aldinam editionem graecam plurimis in locis emendauit, cum adnotatt. quae a G. Xylandro paullo ante obitum inchoatae, a Frid. autem Sylburgio continuatae, maga acceſſione locupletatae ſunt, indicibusque locupletiſſimis et Sylburgii diſſertatione de grammaticis Pauſaniae anomaliis: item deſcriptione Graeciae e Strabonis epitome, Ptolemaeo ac Plinio, Francof. 1583. fol. apud heredes Andr. Wechel. (Sylburgii notae textum gr. excipiunt, praemiſſa epiſt. dedicatoria, in qua de II. exemplaribus, aliquoties emendatis, aliisque ſubſidiis, quibus vſus eſt, candide diſſerit,) Separatim adiuncta eſt verſio *Amaſaei* latina, a Frid. Sylburgio plurimis locis emendata, et notis illuſtrata. — Nude repetita eſt illa editio Hanou. 1613. fol. typis Wechel. niſi vt verſio latina textui per ſingulas paginas addita ſit. — Optima huc vsque eſt, quam *Ioach. Kuhnius* graece et lat. cum Amaſaei verſione curauit, Lipſiae 1696. fol. Kuhnius autem Aldina editione ab Iſ. Caſaubono multis animaduerſionibus MSStis explicita atque correcta vſus textum ſaepe emendauit, et Sylburgii ac Xylandri adnotationibus ſuas addidit.

Enimuero, ſi quis auctor, Pauſanias certe nouo eget ornatu, nouoque editore, qui non ſolum locis haud paucis, fluxis et corruptis ex codd. aliisque ſubſidiis criticis atque grammaticis medicam adferat manum, ſed etiam ab ſcientia omnis antiquitatis, tam ſacrae et profanae, quam elegantioris, nummorum, gemmarum, picturae veterum artificum, et hiſtoriae inſtructus auctorem illuſtret atque explicet, prae-

praeſertim quum vel Kuhniana editio in tabernis librariis rarius inueniatur. Atque tempore Kuhnii vel tot monumenta nondum eruta, vel non aeque ſcite atque intelligenter, ac noſtra aetate factum eſt, illuſtrata fuerunt. Atque noſtra aetate duo viri, cum artis antiquae tum graecae linguae ſcientiſſimi, *Martini*, Rector ſcholae Nicolait. Lipſienſis, atque *Facius*, Prof. Coburgenſis, nouas promiſerunt Pauſaniae editiones. Quorum poſterior parat illam et partem iam praelo commiſit. Atque hunc aptum muneri et praeparatum acceſſiſſe ad illud opus, ſatis teſtantur quatuor eius eruditae proluſiones ad emendandum et explicandum Pauſaniam, Coburg. 1789. — 1793. 4. quarum tres priores commentatt. recuſae ſunt in Magazin für Schullehrer: quod vtile opus curant Ruperti et Schlichthorſt. — *L. H. Schurzfleiſchium*, editionem molitum fuiſſe variorum, quae ad illuſtrandos Graeciae ſcriptores veteres, ſpeciatimque *Pauſaniam*, pertinerent, *I. Chriſtoph. Wolf* nuntiauit per litteras Croſio, in theſauro epiſtol. La Croziano tom. II. pag. 2. — Notanda quoque eſt verſio *gallica* Abb. *Gedoyn*. Paris. 1731. 4. II. voll. et conf. vitam *Gedoyn* in Hiſt. acad. Inſcr. ex vers. german. tom. IX. p. 463. ſqq. — *Germanice* vertit Pauſaniam *Goldhagen*, Berol. et Lips. 1766. 8. II. *voll.* — *italice*, *Alfonſo Buonaccivoli*, Mantuae 1593. 4. etc.

5. Pauſanias ob variarum rerum copiam, ob multarum rerum ſplendidarum, artificumque omnisque antiquitatis notitiam, et iucundam hiſtoriarum diuerſitatem auctor eſt vtiliſſimus. Neque vero conditionem tantummodo ciuitatum et regno-

rum ciuilem pacis bellique temporibus, imperiorum ſucceſſus et fata, regum principumque familias, ſitum regionum, bellorum cauſſas et exitus pacisque artes copioſe deſcripſit, ſed etiam, in eoque potiſſimum opera curaque verſata eſt, templa, aedificia inſignia, ſtatuas, imagines, ſummorum, quos protulit antiquitas, artificum monumenta, vrbium aliorumque locorum ornamenta, feſtos dies, ludos, donaria, et quaecumque ſingulis locis ſpectatu memoratuque digna fuiſſent, resque ſaepe minutiſſimas, diligenter expoſuit. Quod interdum res fabuloſas, nimis credulus, prodidit; id bono ſcriptori facile condonabit lector aequus: atque ſagax prudensque editor vera a falſis discernet lectoremque a nugis veterum praeſtabit. Praeſtantiſſimum quemque veterum hiſtoricorum imitari ſtuduit Pauſanias; neque tamen eorum ſuauitatem atque vbertatem vitio vel patriae ſuae, vel ſaeculi illius vel ſenectutis, quae a ſucco ſanguineque iuuenili ingeniique fertilitate et vigore multum remittere ſolet, ſcribendo adſequutus eſt. Namque abruptum et conciſum ſcribendi genus et ſententiarum breuitatem verborumque obſcuritatem, quam tamen imperitis librariis aut vltimae antiquitatis ignorantiae interdum tribuendam eſſe arbitror, in primis amauit.

6. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 15. Vol. III. pag. 467. *Hamberger.* Zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 399. *Saxii* Onomaſt. lit. I. pag. 321. — *Palmerii* Exercitt. ad auctores graecos pag. 357. ſqq. — *Staueren* emendationes in Pauſaniam in Miſcell. Obſeru. Vol. X. Tom. II. pag. 296. — *Sevin* Obſeru. ſur le texte de Pauſanias, in hiſtoire de l' Acad.

Acad. des I. et B. L. Tom. XIV. Par. pag. 195. ſqq. — In verſione german. tom. VII. p. 263. vbi ex cod. msto, in quo Phralites quidam a. Ch. 1431. excerpta e Strabone, Dione Caſſio et *Pauſania* fecerat, aut ſecundum lectionis veſtigia loca Pauſaniae plura emendat, aut varia ratione illuſtrat illa perſequiturque. — *Gedoyn* ad locum quemdam de Iocaſta apud Homerum in Hiſt. eadem. vol. V. pag. 146. ſeu ex germanica Gottſchediae verſione, tom. III. pag. 272 ſqq. in eodem tomo, pag. 293. locus Pauſaniae a Seuinio examinatur et corrigitur. — *Banier*. ibid. tom. IV. pag. 389. ſqq. (tom. VII. pag. 214. edit. gallicae,) explicat locum in Corinthiacis pag. 113. ed Kühn. et probat Amaſaei verſionem, *apud Dotos in Gabalis* etc. Ibid. tom. X. pag. 76. in nota Pauſanias arguitur erroris de Aeſculapio — *Gedoyn* de duabus tabulis Polynoti apud Pauſan. Phoc. cap. 25 et 26. in Mem. de l' acad. Par. des Inſcr. vol. VI. pag. 445. ſqq. *Caylii* deſcript. duarum tabularum etc. ibid. Tom. XXVII. pag. 34. ſq. quae theotiſce facta eſt a Meuſelio in Grafen von Caylus Abhandlungen zur Geſchichte vnd zur Kunſt, aus dem Franzoeſiſchen, Voll. II. Altenb. 1769. pag. 243. ſqq. — *Heyne* Vorleſung veber den Kaſten des Cypſelus, ein altes Kunſtwerk zu Olympia mit erhabenen Figuren, nach dem Pauſanias, Gottingae 1770. 8. Idem V. C. alia Pauſaniae memorabilia ſcite eruditeque illuſtrat in priore collectione etc. (Sammlung antiquariſcher Auffätze, Lipſiae 1778. 8. — M. *Chriſt. Aug. Schwarzii*, Conrectoris ſcholae Goerliz. commentatt. II. de ſacris trium antiquiſſimarum Muſarum in ſcholis vel ſeruandis vel inſtaurandis ad

Pauſan. IX. 29 pag. 756. ſq. Goerlit. 1791. 4. — *Leſſing* ad Pauſan. Eliac. cap. 18 pag. 442. in illius obſeru. criticis in varios ſcriptor. gr. atque lat. — in ordinem redactis a. *I. Fr. Iac. Reichenbachio* Berol. 1794. 8. pag. 91. ſq.

§. 60.

LVCIANVS.

1. Quando vixerit, non accurate definiri poteſt. In hoc conueniunt critici, aetatem illius incidere intra a. Ch. 122 — 200. cf. *Dodwell* in diſſ. de Iſidoro Characeno, in Hudſon: geogr. gr. minor. vol. II. pag. 62 ſqq. *Reitz* in vita Luciani, tom. I. pag. 56. ſqq. ed Bipont.

2. Natione Syrus, vrbe Samoſata, iuxta Euphratis confluenta ſita, ortus. Ab opificio ſculpturae, cui operam ſtudiumque mente parentum ſuorum pauperum addixerat, taedio et ſeueritate magiſtri motus ad ſtudia liberalia tranſiit. Primum fuit cauſſidicus Antiochiae, ſed, ob fraudes et mendacia patronorum cauſſarum, gregem illorum deſeruit; tum arti orandi operam dedit, atque eloquentiae laudem in itineribus, quae per Gallias, Macedoniam, Ioniam atque Achaiam fecerat, inſignem ſibi peperit. At rhetorum fraudes aurique ſacram famem pertaeſus atque peroſus, animum ad philoſophiae ſtudium adpulit. Tandem ſub Marco, Antonino actuarius, ſiue graphiarius ac procurator fuit partis Aegypti. v. eius Apolog. pro mercede conductis cap. 11. et 12. Matrimonium iniit media aetate, filiique meminit Tom. II. Eunuch. cap. 13. Neque chriſtianus, neque atheus fuit,

fuit *), neque vlli ſectae philoſophicae vnice adhaeſit, quamquam ingenium moresque horto et hereſi Epicuri prae reliquis fauiſſe et adcommodati fuiſſe videntur. *Hornius* igitur lib. V. hiſt. phil. cap. VI. p. 275. et *Morhof.* Polyh. tom. II. lib. 2. cap. 9. §. 1. faciunt eum ſcepticum. Hinc deorum non magis quam hominum irriſor, nec ſeuerus verecundiae et pudoris in oratione cuſtos: contra acutus philoſophus, lepidus ſcurra, diſertus et facundus ſcriptor ac ſophiſta fuit.

3. Permulta ſcripſit, quae omnia recenſere, nimis longum foret. Memoramus igitur tantummodo ſomnium ſiue Gallum; Piſcatorem, qui dialogus ſatira eſt in philoſophaſtros; ad indoctum, multos libros coëmentem **); vitarum auctionem ***), in quo dialogo philoſophos quosdam riſui exponit; de non temere credendo calumniae, librum lectu digniſſimum; dialogos marinos XV; dia-

*) v. Reitz. l. c. pag. 26. ſq. in primis pag. 60 ſq. *Io. Phil. Treuner* diſſ. Theologia Athei, ſ. qui ita iniuſte audiat, Luciani, Ienae. 1697. 4. resp. Frid. Mich. Kornmann. — Atheorum tamen gregi Lucianum adnumerat *Reimmannus* in hiſtoria vniuerſali atheismi, pag. 224. ſqq. Ab Atheismi crimine eum iam abſoluit *Alciatus* lib. V. parerg. iuris cap. 4. adde *Sam. Parker* disp. de deo. II. ſect. 25. *Buddeum*, libr. de atheismo, cap. I. §. 21.

**) De tali homine agit quoque *Iſid. Peluſiota* lib. I. ep. 127. et 399.

***) *Heumann* in Poecile, tom. II. pag 8. ſqq. oſtendit, tituli libri *βίων πρᾶσις* verſionem, *vitarum auctio* eſſe falſam; ſed latino ſermone eſſe vertendum, *ſectarum* (philoſophicarum) *auctio*: quia *βίος* h. l. ſignificet *inſtitutum certae ſectae*, ſiue vitae genus, quod haec vel illa ſecta ſequitur.

dialogos XV meretricios, in quibus mulierum vitia et laſciui mores perſtringuntur; dialogos deorum XXVI. ad irridendos Graecorum deos eorumque crimina exagitanda comparatos; dialogos mortuorum XXX; Iudicium vocalium; de ſomnio, ſ. vitam Luciani; Charona, ſiue Contemplantes, ſatiram in hominum vanorum, praecipue potentum conſilia et actiones coecas; Hermotimum, ſ. de ſecta philoſophiae eligenda dialogum (in hoc dialogo Lucianus talem agit ſcepticum, vt neget, veritatem poſſe inueniri, adeoque prorſus non eſſe philoſophandum); Iouem confutatum, nec non Iouem et Tragoedum, in quibus dii eorumque prouida cura irridentur; quomodo hiſtoria ſcribenda ſit, librum, et verae hiſtoriae libr. II. vel potius fictas narrationes; Lexiphanen, ſiue dialogum, quo inepti adfectatores obſcuri ſermonis ſuauiter deridentur; de conductis mercede et apologiam pro mercede conductis; Menippum ſ. Necyomantiam, contra diuites; Nigrinum, ſiue de philoſophi moribus dialogum; de ſaltatione, de morte Peregrini, quae eſt ſatira in philoſophos Cynicos et Chriſtianos, per quam occaſionem in Chriſtum et Chriſtianos contumelioſa verba effutit: de vera et falſa eloquentiae ratione, Sympoſium ſ. Lapithas; varii philoſophi exagitantur, qui poſt ineptias varias et contentiones tandem Lapitharum inſtar inter ſe miſere degladiuntur; De dea Syria, ſiue matre deorum eiusque templo et ſacris; Macrobios; Lucium ſiue aſinum; Timona, ſiue Miſanthropum, pialogum contra diuitum mores peruerſos, luxum, ſaſtum, auaritiam, profuſionem etc. Toxarin ſiue amicitiam; Tyranincidam; reliquos libellos vide a Fa-

a Fabricio copioſe recenſitos. De quibusdam tamen dubitarunt critici, num Lucianum habuiſſent auctorem. Dubii autem viſi ſunt Halcyon; Menippus; de Aſtrologia; Amores; de dea Syria; Demoſthenis laudatio, in quo libello *Geſnerus* in Chreſtomathia ſua graeca nr. 14. locum quemdam vulgo male transpoſitum in ſedem ſuam priſtinam repoſuit; Cynicus; Pſeudoſophiſta; Charidemus, Nero, Ocypus. Philopatris, quem dialogum *Io. Mathias Geſner* et in editione illius, praemiſſa diſp. de illius aetate et auctore, Ienae 1715. 8, et in ſingulari disputatione nr. 6. infra memorata, iuniori Luciano, Iuliani imperatoris aequali, tribuit; Contra Gesneri ſententiam infirmae obiectiones proferuntur in Actis erud. Lips. 1715. pag. 142 ſq. Atque Fabric. in B. Gr. lib. V. cap. 13. vol. VII. pag. 516. fin. negat, Gesneri argumentum, quod in hoc. lib. voc. ἐξισωτὴς occurrit, valere ad concludendum, auctorem ſub Iuliano vixiſſe. Nam a Conſtantino, ait, M. primum inſtitutos eſſe ἐξισωτὰς, neque dicit Euſebius, neque aliunde conſtat. — Gesnerum quoque refutatum iuit *Tob. Eckhardus* in Non-Chriſtianorum de Chriſto teſtimoniis cap. VII. §. 12. ſqq. p. 109. ſqq. et p. 120. *Fabricius* quoque in B. Gr. vol. III. pag. 504. vet. edit. adſerit illum dialogum Luciano. Idem in Salutari luce euangelii cap. VIII. pag. 153 ſq. variorum in alia omnia abeuntium opiniones atque iudicia collegit. Luciani tamen eſſe dialogum negarunt quoque *Huetius* demonſtr. euang. prop. III. §. 20. pag. 70. et prop. IV. cap. 2. §. 53. 57. *Clericus* bibl. ant. et nou. tom. 26. pag. 337 ſq. tom. 27. pag. 258. ſq. et 280. V. quidam doctus

ctus in actis erud. Lips. a. 1727. pag. 255. Adde Moſhemii iudicia in Theſ. epiſtol. Lacroziano, tom. I. pag. 266. 272. 278. Moſhem. putat, dialogum illum eſſe ſtatim poſt concilium Nicaenum in ludibrium decretorum eius a ſophiſta quodam conſcriptum, idque variis argumentis ex phraſibus petitis, ad quas potiſſimum ad aetatem definiendam ſit recurrendum, ſe confirmaturum promittit pag. 266. at pag. 278. perſuaſſimus eſt, chriſtianos in dialogo Philopatris non eſſe traductos. Ibidem pag. 97. Crellius Geſneri ſententiae ſubſcribere non vult. *La Croze* in epiſt. ad Iablonsk. tom. II. theſauri etc. pag. 164. ſqq. varia Luciani loca tentat illuſtratque, ac Pſeudologiſtam, probat locis Luc. pag. 443 et 446. atque ex ſcholiaſte pag. 40. non in Polieuctum ſophiſtam, vt Marcilius notat, ſed in Timarchum Antiochenum eſſe ſcriptum, atque Lucianum ad ſacras litteras adludere videri. adde Moſhem. ibid tom. II. pag. 68. — De Lucio, h. e. metamorphoſi in aſinum, non omnes conſentiunt. *Wieland* ad verſionem ſuam negat, Lucianum eum e Lucii Patrenſis λόγοις μεταμορφώσεως furatum, reddidiſſe breuiorem, nulla illius facta mentione, et opinatur, Lucium non exſtitiſſe, teſtimonium vero apud Photium de eo a ſeriore ſcriptore, qui perſonae a Luciano fictae ſuam adſignaret fabulam, eſſe profectum. Contra alii iudicant, Wielandum nullam habuiſſe rationem Apuleii aequalis metamorphoſeon, quae tamen e longiore quodam libello romanenſi, qualis Lucii liber fuiſſe dicitur, hauſtae videntur. — Librum vero *de ſaltatione* Luciano abnegat cenſor Wielandianae interpretationis in ephem. litterar. Got-

Gottingens. plag. 174. a. 1790. ſaltem habet iſtum pro ieiuna mythologicorum pro ſaltatore mimico argumentorum nomenclaturâ, Luciani ingenio minus apta. — Libellum *de aſtrologia* Luciano abnegat Wieland; contra ei adſerit librum *de dea Syra;* at idem cenſor exiſtimat, pari ratione hunc e catalogo librorum Lucian. eſſe eximendum, quia Lucianus illuſiſſet lectorem, eumque, quod tamen officio ſatyrici ſcriptoris repugnet, incertum, num irriſor ſit, an homo ineptus, reliquiſſet. Vtriusque vero libelli auctor vtitur dialecto ionica, et adfectat genus dicendi Herodoteum; quod tamen ipſe Lucianus in libro de conſcribenda hiſtoria irridet. — De dialogo, *de morte Peregrini* agit *Geſner.* in disp. de auctore Philopatr. §. 17 — 20. In illo perſtringi acta martyris Polycarpi, Fabricius vix adduci poteſt, vt cum Lemonio, (Steph. le Moyne, in diſſ. de Polycarpo, variis ſacris praefixa,) credat. *Heumannus* tamen in nota msta ad Fabr. B. Gr. l. c. pag. 500. de Luciano, „Hiſtoria, inquit, de Peregrini morte ſola fide Luciani, quem ceteri deſcripſerunt, nititur. Atque Lucianus vera miſcet fictis. Hinc crediderim, Lucianum omnino ſub Peregrini nomine perſtringere Polycarpi dementiam, ſcil. quod pro Chriſto ſe comburi paſſus ſit.“ Sed omnem hiſtoriam compoſuit et de fide Luciani copioſe disputauit *Wielandus* in verſione ſua germ. tom. III.

4. Princeps, at plurimis editoribus incognita, a Reitzio tamen adhibita, editio *Luciani* Operum eſt Florentina 1496. fol. *) repetita cum Philoſtrato,

*) Antea tamen iam prodierunt verſiones quaedam lat. ex gr. *Luciani dialogi ſex.* Romae. 4. fine anni no-

ſtrato, *) Florent. 1517. v. Maittair. A. T. IV. p. 65. n. 1. Rewiczky cat. libr. pag. 60. *Panzer* A. T. I. pag. 425. — Ex Aldina officina bis prodiit Lucianus cum Philoſtrato primum 1503. ſed peſſime habitus; (v. Rewiczky l. c. pag. 61. et 65) deinde multo cultior cum Philoſtrato 1522. fol. quam edit. Reitzius non habuit. Poſterior editio fundus eſt

ta, (circa an. 1470, ſi ex charactere ſ. typis coniectura duci licet.) v. *Audiffredi* catal. roman. edition. ſaec. XV. p. 409. — tum de veris narration. Venet. 1493. 4. — *Luciani Samoſatenſis XIV. diuerſa opuſcula.* Venetiis per Simonem Beuilaquam. 1494. in 4. Huius edit. exempla proſtant in biblioth. Auguſtana monaſt. S. Vdalrici et S. Afrae, teſte *Braunio* in notitia de libris illius. bibl. part. II. pag. 263. et in bibl. Ingolſtad. teſte *Seemiller* in incunabulis typogr. illius bibl. tom. IV. pag. 44. At neuter memorat, num ſit textus graecus excuſus, an, quod putem, verſio tantum latina. Differre tamen videtur exemplum Ingolſtad. ab ex. Auguſtano, quod in illo etiam eſſe dicuntur ſermo de calumnia et laus muſcae; quae opuſc. Braun. in ſuo exemplari videtur non reperiſſe. Cum eodem exempl. Ingolſtad. conuenit edit. lat. ſ. l. et a. apud typographum Bordonem (in cat. Pinell. III. p. 288. Venet. 1494. 4.) v. *Mitarellum* in adpendice libror. ſaec. XV. pag. 250. ſq. ad eiusdem bibl. codd. msst. bibl. monaſt. S. Michaelis, Venetiis. qui ex cat. Pinell. poteſt corrigi.

*) Bandin. in Annalib. Iuntar. typogr. nullam primae Florentinae editionis iniicit mentionem: et de altera quoque Luciani edit. Florent. in part. II. pag. 123. tacet, qui tamen eiusdem anni *editionem Philoſtrati* memoret. Non omnibus igitur exemplaribus huius Flor. edit. 1517. Lucianus adhaerere videtur. Idem *Bandin.* l. m. pag. 139. refert *Luciani opuſcula Eraſmo Roterodamo interprete.* Florent. per hered. Phil. Iuntae, 1519. 8.

eſt plurimarum, quae ſubſequutae ſunt, editionum. Prioris exemplum habeo, cui ab antiqua manu quaedam paſſim adſcripta ſunt. — Iuntina tamen graeca cura Antonii Francini Venetiis 1535. II. Voll. in 8. licet interdum interpolata, Florentina parum inferior eſſe dicitur a Reitzio. — Hagenoanae 1526. et 1535. in 8. laudantur. — Baſileae Lucianus quinquies lucem vidit 1545. et 1555, graece, poſterior editio a priore interdum recedit, aliquoties meliorem exhibet lectionem; frequentius tamen prioris vitia auget; — tum graece et latine 1563. 8. cum notis *Cognati* et leuioribus *Io. Sambuci:* quae repetita eſt, ibid. 1602 et 1619. quatuor voll. 8. — Francof. gr. 1546. II. tom. in forma minore. — Venet. gr. 1550. II. voll. 8. — Tum *Bourdelotius* ex codd. vti iactitauit, multa emendauit et ſuppleuit, et ſuas, item Theodori Marcilii et Gilberti Cognati notas, indicesque adiecit, gr. et lat. Lutet. Paris. 1615. fol. Elegans eſt editio, ſed a Tanaq. Fabro ad Luciani Timonem c. 1. Bourdelotius valde culpatur. — Egregia et caſtigatiſſima eſt editio *Io. Benedicti*, gr. et lat. Salmurii 1619. 8. II. Tom. — Vitioſiſſima vero eſt gr. et lat. cum notis integris Io. Bourdelotii, Iac. Palmerii a Grentemesnil, Tan. Fabri, Aegidii Menagii, Franc. Gujeti, I. Georg. Graeuii, Iac. Gronouii, Lamb. Barlaei, Iac. Tollii et ſelectis aliorum, accedunt inedita ſcholia in Lucianum ex bibliotheca Is. Voſſii, Amſtelod. 1687. 8. (cura *I. Clerici*) — Locupletiſſima e contrario et optima ed. eſt, — cum noua verſione *Tiber. Hemſterhuſii et Io. Matthiae Gesneri*, graecis ſcholiis ac notis omnium proximae editionis commentato-

tatorum, additis Io. Brodaei, Io. Ienſii, Lud. Kuſteri, Lamb. Boſii, Hor. Vitringae, Io. de la Faye, Ed. Leedes, aliisque ineditis, ac praecipue *Moſis Solani* et *I. M. Gesneri*, tomus I. cuius priorem partem ſummo ſtudio curauit et illuſtrauit *Tiberius Hemſterhuſius*. Ceteras inde partes ordinauit notasque ſuas adiecit *I. Frid. Reitzius*, Amſtel. I — III. Vol. 1743. 4. et index pleniſſimus a *Car. Conr. Reitzio*, Traiecti ad Rhen. 1746. 4. *) De tarditate Hemſterhuſii, qui opus inchoauerat, vide querelas doctorum hominum in Theſauro epiſtolico Gesneriano, a Klotzio Halae Sax. 1768. et 1770. edito, et in Moshemii atque Gesneri epiſtolis Amoebaeis, eiusdem cura Lipſiae 1770. publici iuris factis, in Ruhnkenii Elogio Tiberii Hemſterhuſii, et quae ad illud pag. 256. ſqq. et pag. 260. in Vol. IV. Vitarum philologorum noſtra aetate clariſſimorum adſcripſi, vbi elogium illud typis renouari feci.

Luciani Opera gr. et lat. cum notis ſelectis, (ſiue potius Hemſterhuſii aliorumque contractis et excerptis) cura *I. P. Schmidii* Mitau. 1776 — 1780. 8. VII. voll.

Editio Hemſterhuſio - Reitziana typis nitidis atque elegantibus recuſa eſt: λουκιανος. *Luciani Samoſatenſis opera*, graece et latine ad editionem Tiberii Hemſterhuſii et I. Fr. Reitzii accurate expreſſa, cum varietate lectionis et annotationibus. ſtudiis

*) In II. et III. opp. voluminibus centena, quae corrigenda eſſent relicta fuiſſe, ait *Valcken.* in diatr. Eurip. pag. 288. ſq. et exempla dedit. adde Acta erud. Lips. a. 1745 pag. 241. ſqq. et a. 1747. pag. 405. ſqq.

ſtudiis ſocietatis Bipontinae. *Biponti* ex typogr. ſocietatis. 1789 — 1791. voll. IX. Primo vol. praemiſſa eſt notitia editionum litteraria: ſingulis autem notae et V. L. a contextu ſeparatae calci adhaerent.

Quidam libelli, praecipue dialogi, ſunt a viris doctis ſeparatim editi atque illuſtrati. Plurimos indicant Fabricius et editor Bipontin. nec non Maittair. Equidem quasdam notabo vel rariores vel recentiores melioresque editiones.

Luciani Palinurus, eiusdem Scipio Rom. Bruti Rom. epiſtolae et Diogenis Cynici epiſtolae. Auinione. per Nic. Sepe. 1497.

Admodum rara eſt haec editio: rarior tamen eſſe videtur illa, quam *Mitarellius* l. c. pag. 252 adfert: *Dialoghi duo*: *Tyrannus* — — *Philoſophorum vitae*, ſine vlla nota typographica, litteris rudibus, diſtortis, inaequalibus atque impolitis, vt in ipſis typogr. initiis mos erat.

Luciani de veris narrationibus, aſino aureo, philoſophorum vitis; Scipio; Tyrannus; — — Timon. Mediolani per Vdalr. Scinzenzeler. 1497. 4. Habet in fine idem tetraſtichon, quod Mintarellius ex ſuo exemplo, apud *Bordonem* repetiit, nec annum indicare potuit; ſed Saxius in hiſtoria litter. typogr. Mediol. pag 601. in nota (vti in catal. Pinell. adnotatum eſt,) animaduertit, id *Venetiis* 1494 prelum reliquiſſe.

Luc. dialogi deorum et mortuorum gr. ac lat. ex edit. *Othom. Nachtgall* Argent. 1515. 4. — dial. marini, gr. Paris. ap. Chriſt. Wechel. 1548. 4. — Mortuorum dialogi, ibid. 1543. et 1549. 4. — dial. deorum, gr. ibid. 1543. 4. atque Ant-

 wer-

werpiae, in aed. Io. Steelſii 1551. 4. — dialogi aliquot lepidiſſimi Baſil. ap. Val. Curionem 1522. 4. — dial. coeleſtes, marini et inferni. gr. Norimberg. ap. Petreium 1537. 8. — dialogi ſelectiores gr. et lat. Lipſiae ad Voegelin. 1568. 8. — dial. ſelectiores etc. a *Io. Sambuco.* Argentor. 1554. 8. 1572. 8. Lips. 1589. — dial. ſelectiores, coeleſtes, marini et inferni, gr. et lat. Baſileae ap. her. Nic. Brylingii, 1565. 8. — Auguſtae Vindelic. 1577. 8. — *ἐκλογαὶ τινων ἐκ λȣκιάνȣ καὶ διαφορῶν ἐπιςολῶν* etc. cura *P. Dolſcii.* Lipſiae exc. Io. Rhamba. 1569. 8. — *Luc.* dialogorum ſelectorum libri II. gr. lat. acceſſ. Theognidis ſententiae elegiacae, itidem, gr. lat. Ingolſtad. 1598. 8. — Dialogi mortuorum, gr. et lat. Paris. 1671.

* Dialogi Luciani ſelecti, Auguſtoriti Pictonum editi 1620. 8. gr. et lat.

Dialogi Luciani ſelecti, cum Timone, gr. et lat. Londini 1677. 12.

Colloquia ſelecta et Timon, Cebetis Thebani tabula, Menandri ſententiae morales, gr. et lat. cum notis *Tib. Hemſterhus.* Amſtel. 1708. 12. recuſ. Baſileae 1771. 12.

Nonnulli e Luciani dialogis ſelecti — ſcholiis illuſtrati ab *Edwardo Leedes* — cum notis Graeuii, Gronouii, Ienſii, et ſcholiaſte graeco, Londini 1710. 8. — 1726. 8.

Selecti ex Luciano dialogi quidam vna cum eiusdem libello, quomodo hiſtoria ſcribenda ſit. Accedunt interpretatio nouiſſima caſtigata et notae variorum, Dublin. 1774. (al. 1773.) 8.

Luciani dialogi mortuorum, graece, cura *I. C. Schlaegeri*, Helmſtad. 1739. 8. — gr. recenſuit

accu-

accurate et in priores decem dialogos notas adſperſit *Io. Bened. Carpzou.* Helmſtad. 1773. 8. — gr. cum indice, cura I. Floderi. Vpſal. 1779. 8.

Luciani Opuſcula ſelecta, graece, edidit et notis illuſtrauit *Dauid Chriſtoph. Seybold.* Gothae 1774. in 4. et 8. ſine accentibus vocabula gr. typis exſcribi fecit editor. — editio ſecunda et curatior. (additis accentibus, et libello Luc. *Hermotimus,*) Gothae 1785. 8.

Lucians Göttergeſpräche, griechiſch, mit philologiſch. vnd kritiſchen Anmerkungen, vnd griechiſch - deutſchem Wortregiſter, herausgegeben von *Io. Chriſtoph. Bremer*, Prorect. am Gymnas. zu Quedlinburg. Lipſiae 1791. 8.

Luciani libelli quidam, ad lectionum vſus delecti. Accedunt adnotationes vol. I. graeca continens. (curante *Wolfio*, Prof. eloq.) Halae Sax. 1791. 8. Alter tomus continebit notas Wolfii aliorumque interpretum et var. lection. cod. Vindobonenſis. etc.

Luc. dialogi ſelectiores, in primis deorum. gr. curauit et duplici indice inſtruxit. *Georg. Henr. Martini*, Rect. ſcholae ad D. Nicol. Lipſiae 1794. med. 8.

Propter eximiam raritatem commemorabo librum, ſic inſcriptum: *Luciani* Samoſatenſis Aſtrologia, Erasmo Roterodamo interprete. *Ioſephi Struthii*, Poſnanien. in Luciani aſtrologiam commentariorum libri II. *Luciani* declamatio quaedam lepidiſſima *Ioſ. Struthio* interprete. Excus. Cracouiae per Mathiam Scharffenbergium Anno MDXXXI. (1531.) 8. Copioſe de illa editione et de Struthio diſſerit *Io. Dan. Ianozki* in Nachrichten von den

— raren Polniſchen Büchern. part. IV. p. 208. ſqq.

Timon cum notis *Lamberti Barlaei* Lugd. B. 1652. 8. emendatius cum notis *Tan. Fabri*, Paris. 1653. (in cat. Pinell. n. 7529. a. 1655.) 4. gr. et lat. — gr. et lat. cum notis ſelectis ed. *Io. Fr. Stübel*, Lips. 1747. et 1769. 8.

Excerpta quaedam ex Luciani operibus, per *N. Kent.* ed. altera auctior et emendatior, Londini et Etonae 1745. 8. rec. Londin. 1764. 8. — eadem gr. et lat. Glasguae 1778. 8.

Excerpta ex Luciano, notis ac lexico illuſtrata ad vſum Seminarii Catinenſis, Tom. I. Catinae (in Sicilia) 1772. 8. Ob praeſtantiam, nitorem et notarum delectum laudatur haec editio.

De calumnia, gr. et latine per *Io. Caſelium*. Helmſtad. 1594. 4. — cum notis *Iac. Tollii*, Lugd. Bat. 1677. 12.

Πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν βιβλ. cum anglica verſione notisque *Franc. Riollay*, Oxon. et Londini 1775. 8.

Marcrobii, ſiue de longaeuis tractatus, gr. et lat. cum notis et diſſert. *Io. Henr. Maii*, Gieſſae 1724. 4.

De morte Peregrini libellus, gr. et lat. cum notis *Tanaq. Fabri*, Paris. 1653. 4. (ap. Maittair. a. 1655.)

Toxaris, gr. Paris. ap. Chr. Wechel. 1537. 8. — gr. et lat. cum not. grammatical. etc. Paris. ap. Seb. et Gabr. Cramoiſy. 1653. 8.

Luciani vita, gr. in eclog. ex gr. ſcriptor. Turici, 1749. 8.

Pſeu-

Pſeudopatriſta ſeu ſoloeciſta gr. et. lat. cum animaduerſionibus *I. Georgii Graeuii*, Amſtel. 1668. 8.

Philopatris dial. gr. et lat. cum notis *Io. Matthiae Geſneri*, Ienae 1715. 8.

Luciani de Somnio, ſeu vita Luciani gr. Paris. ap. Andr. Wechel. 1556. 4 — gr. et lat. ex recenſ. Hemſterh. cum var. lect. et notis *I. Adami Schier.* Lipſ. et Guelph. 1762. 8. — De aliis edd. et verſion. lat. ad Fabr. B. Gr. plura disputabuntur.

Quaedam opuſcula theotiſce facta ſunt cura I. *Chriſto. Gottſchedii*, Lipſ. 1745. 8. et ab alio, (*Waſero.*) Tiguri 1769. — 1773. 8. IV. Tom. Sed omnes interpretes germ. ſuperauit *Wieland*, Germanorum Lucianus, (*Lucians von Samoſata ſaemtliche Werke.* Aus dem Griechiſchen veberſetzt, vnd mit Anmerkungen vnd Erläuterungen verſehen von *C. M. Wieland.* Lipſiae 1788. 1789. VI. tom. 8. conf. Neue Bibl. der ſchoen. Wiſſenſch. Lips. vol. 40. part. I. pag. 129. ſqq. — Singula quoque opuſcula in linguam germanicam ſunt conuerſa, e. g. *Hermotimus* a *Io. Heinr. Kromayero*, Ienae 1713. 8. et alia multa; de quibus v. Critiſche Beyträge etc. X. pag. 227. ſq. Schriften der Altdorf. deutſch. Geſellſch. pag. 150 — 154. Bunau. catal. I. p. 176. ſqq. Neuen Bücherſaal. tom. I. pag. 352 — 367. in primis Schummelii et Schlüteri veberſetz. Biblioth. — De verſionibus *italicis* vide *Paitoni* bibl. ſaepe laudatam, tom. II. pag. 228. ſqq. Recentiſſima facta eſt a *Spirid. Luſic*, natione Graeco. Londini, (vel potius. Venetiis ap. Colomban.) 1764 — 1768. 8.

IV. volum. — *Anglice* verſa ſunt opp. Luciani a *Thom. Franklin*, Prof. gr. linguae in vniuerſitate Cambridg. 1780. 4. II. voll. — dialogi anglice verſi a *I. Carr.* vol. III. 1786. v. Critical Review a. 1786. VI. 470. Gentlemans Magazine a. 1786. XI. 974. — *Gallicae* verſiones recentiores ſunt: Oeuvres de Lucien, traduction nouvelle par M. l' Abbe *Maſſieu.* Paris. tom. I — III. 1781. tom. IV — VI. 1787. 8. apud Moutard. — Oeuvres de Lucien, traduites du Grec, (n. a. *Belin du Ballu,*) d' apres une copie verifié, (n. ed. Baſil. 1555. compar. cum exemplo Reitzii,) et revue ſur ſix MSS. de la Bibl. du Roi, avec des notes hiſtoriques et litteraires, et de remarques crit. ſur le text de cet Auteur. Paris. VI. voll. 1786 — 1789. 8. mai. Opuſculorum ordinem, qui eſt in ed. Reitziana, mutauit. conf. ephem. Gothan. litt. 1790. plag. 15. et 1789. plag. 17. exter. litteraturae, atque Jen. Allgem. Litt. Zeit. 1790. m. Aug. n. 250. — Extraits de *Lucien* et de Xenophon, avec des notes, par Mr. l' Abbé *Gail,* Docteur agregé de l' Vniuerſité. Par. 1786. mai. 12. et Extraits de Luc. et de Xen. traduits par M. l' Abbé *Gail.* ib. eod. anno. In priore libello eſt e Luciano ſomnium et Charon, graece, cum notis analytico — grammaticis puerilibus. Charonti addita eſt particula colloquii inter Solonem et Croeſum ex Herodoto lib. I. capp. 30 et 31. Poſterior lib. continet verſionem gallicam, libellorum memoratorum et omnium dialogorum, qui mortui inſcripti ſunt. Verſioni ſunt ſubiectae animaduerſiones, hiſtoriam et mythologiam explicantes.

Lu-

Luciani aureum pomum *danice* vertit et notis illuſtrauit M. *Bloch*, in Maanedſkrivtet Minerua, Hafniae part. IV. m. Decembr. n. 3. a. 1789. 8. et in part. I. faſc. I. m. Aug. a. 1790. eſt *Heibergii* verſio Luciani etc. danica. — *Suhm*, *danice* edidit Luciani vitam Hafniae 1764. et danice vertit Luciani ſomnium. Nigrinum, Timona, Promethe-um, Charonta etc. ib. 1764 et 1765. Quae omnia typis repetita ſunt in eius opuſculis, danice ſcriptis, tom. VI. Hafniae 1790. 8.

Lucianii ſomnium, *hiſpanice* verſum a *Caſimiro Florez Coreſco:* cum Cebetis tabula, interprete *Petro Sim. Abril.* Madrit. 1780.

Lucian. de arte hiſtor. in ſermonem *Luſitan:* tranſtulit *Fr. Hiacynth. de S. Miguel.* Lisboae. 1733. 12.

5. Facetiae, lepor, ſales et ioci, vrbanitas, acumen ingenii, elegantia attica eius orationem omni tempore mirifice commendarunt. At in iocis et dicteriis modum non vbique ſeruauit, atque Ariſtophanem, quem et Homerum in deliciis habuiſſe videtur, paene ſuperauit petulantia.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. c. 16. Vol. III. pag. 485. *Brucker.* hiſtor. crit. philoſ. Tom. II. pag. 615. ſqq. et Vol. VI. pag. 399. *Reitz.* Praef. ad primum Vol. *Hamberg.* Zuv. N. Vol. II. pag. 443. *Saxii* Onom. lit. I. p. 322. — *Vauaſſor.* de dictione ludicra Cap. VIII. p. 135. ſqq. ed. Kappii, Lipſiae 1722. 8. — *Ienſii* lectiones Lucianeae et epiſt. ſuper aliquot Diodori Sic. locis, Hagae Com. 1699. 8. — Miſcell. Obſſ. Vol. I. Tom. II. p. 148. ſqq. Vol. II. Tom. III. p. 368. ſqq. Vol. X. Tom. III. p. 417. 440. *Henr. Aug. Zeibichii* II.

Proluſ. de Luciano Chriſti redemtoris teſte, Gerae 1762. — *Lamberti Bos.* animadu. ad Lucian. in eiusdem Animaduerss. in ſcriptor. graecos Franeckerae 1715. pag. 55 — 68. — *Maturin. Veyſſ. de la Croze* ſpecimen obſeruatt. hiſtoricar. in Lucianum, in Miſcellan. Berolinens. part. I. pag. 27 — 32. — *Chr. Aug. Heumanni* epiſtola, qua partim illuſtratur, partim emendatur Lucianeus dialogus, Philopatris inſcriptus, in eius Poecile, tom. I. pag. 247. — *Io. Matth. Gesneri* disp. de aetate et auctore dialogi Lucianei, qui Philopatris inſcribitur. Lipſiae 1730. 4. — eadem retractata et caſtigata, in Luciano, ed. Reitzii, tom. III. pag. 708. — *Walter Moyle's* diſſ. upon the Age of the Philopatris, a Dialogue, commonly attribuited to Lucian, in ſeveral Letters to Mr. K. in Opp. Walt. Moyle vol. I. Londini 1726. 8. pag. 283. Is vero ad Diocletiani aeuum refert. — *Nic. Nonnen* diſſ. critica de Luciano, ſiue, quisquis ſit auctor dialogi, Montaniſtas traducente. Bremae. 1743. 4. — Variae lectiones e verſione Bel. du Ballu, excerptae ſunt in Magaz. für Schul. II. 1. a. 1791. — *Fr. Th. Withof.* comm. ad locum quemdam Luciani de morte Peregrini, (in edit. Graeuii, tom. II. pag. 565.) in illius opuſculis philologicis, hiſtoricis et theologicis, Lingae. 1778. 8. n. X. With. locum illum vberius perſequitur, docturus, Lucianum ante oculos habuiſſe Moſen. *Io. Tob. Krebſii* Proluſ. de malitioſo Luciani conſilio, religionem Chriſtianam ſcurrili dicacitate vanam et ridiculam reddendi, Lipſiae 1769 rec. in eius Opuſcul. Acad. et ſcholaſticis. Lipſiae 1778. m. 8. pag. 308 — 324. — *Walch.* in ſocietate doctrinarum Goettin-

Goettingenſi d. II. Aug. 1777. ea, quae Lucianus in libello ſiue potius ſatira romanenſi de morte Peregrini, de veteribus chriſtianis vera et ficta tradidit, diligentius conquiſiuit, enarrauit, cum aliis comparauit, atque vtilitatem in antiquitatibus chriſtian. oſtendit: cuius recitationis ſummam leges in Ephem. litter. Gotting. nr. 103. a. 1777. p. 817. ſqq. excuſa legitur illa recitatio in vol. VIIIuo nouor. commentarior. ſoc. Gottingenſis. — *Le Beau*, minoris, Obſſ. in Luciani aureum aſinum, Vol. 34. Hiſtoire de l' Acad. Royale des I. et B.L. Paris. 1770. pag. 43. ſqq. — Saggio ſopra Luciano, o ſia Quadro d' antichi e di moderni Coſtumi (di Nicarno Fefilio,) Baſſan. et Venet. 1789. 8. Tabulam quaſi veterum et recentiorum morum confecit, Conf. L' Eſprit des Iournaux, m. Nou. 1790 tom. XI. pag. 207 — 226 et menſe ſq. — *Io. H. Mucke*, Rector. ſcholae Grimmenſis, progr. de rebus Chriſtianorum, teſtimonia ex Luciano. Lipſiae 1788. 4. Pag. 15 ſq. ex loco quodam in Philopatr. de trinitate, coll. locis apud Tertulianum et Cyprianum, probatum it, ibi e ſaecnlo IV. reperiri veſtigia, locum I. Ioan. V. 7. eſſe genuinum, neque gloſſema — *Schützii* progr. diffícilior locus apud Lucian. de conſcribenda hiſtoria, cap. 54. explicatur. Ienae 1792. fol. — *I. C. S. Germar*, Prof. Thorun. Progr. ſymbolae ad Luciani Samos. de morte Peregrini libellum rectius aeſtimandum. Thorun. 1789. fol. Oſtendit, Lucianum in illo dialogo Cynicos lepide perſtrinxiſſe, Chriſtianos autem, obiter tantum et moderatius, quam ab eius ingenio exſpectari potuit, ſatyrice notaſſe. Tum probabilitatem ſententiae ſuae,

thema dialogi, errores fataque Peregrini non fuiſſe ficta, ſed vera, adſtruere conatur. Conf. biblioth. von Anzeigen v. Auszügen kleiner Schriften. vol. II. part. II. pag. 53 ſqq. Ienae, 1790. 8. — *F. Iacobs* emendationes ad Lucianum, in der Bibl. der alt. Litterat. vnd Kunſt. I. — Idem in ſpecimine emendationum in autores vett. etc. Gothae 1786. 8. aliquoties corrigit loca Luciani. — *Io. Georg. Meuſels* Ueberſetzung von Lucians Gedanken über die Geſchichtſchreiberkunſt, in Gattereri bibliotheca hiſtorica Vol. II. pag. 127. ſqq. Halae Saxon. 1767. 8. Huc etiam pertinet *I. Frid. et Caroli Reitziorum* Apologia aduerſus criminationes Anonymi in Miſcell. Lipſiens. Trai. 1752. 8. et *Wielandi* geheime Geſchichte des Philoſophen Peregrinus Proteus. Lips. 1791. 8. II. partt. More autem Luciani philoſophum Peregrinum Prot. cum eius aduerſario Luciano in regno inferorum loquentem, ſuamque vitam fataque explicantem inducit et defendit.

§. 61.

AELIVS ARISTIDES.

1. Natus A. C. 129. obiit a. Ch. $1\frac{89}{99}$.

2. Adrianenſis, ſiue Adrianopoli in Bithynia, quae olim Myſia dicebatur, ortus, Polemonis diſcipulus: praeter ea audiuit Herodem Atticum, Alexandrum Cotyaeenſem et Pergami Ariſtoclem. Multa ſuſcepit itinera, atque ipſe, ſe ad Aethiopiam vsque veniſſe, et Aegyptum quater totam perluſtraſſe, gloriatur. Smyrnae habitauit, et ob eloquentiam, atque, quod reſtaurationem Smyr-

nae,

nae, A. 178. terrae motu euerſae, a M. Aurelio Antonino impetrauit, in ſumma dignitate atque auctoritate vixit, ita vt Smyrnenſes illi ſtatuam aeneam prope Aeſculapii aedem ponerent. Publica munera detrectauit; at ſacerdotium Aeſculapii a Smyrnenſibus, et immunitatem a M. Antonino huiusque filio Commodo, imperatoribus, per litteras oblatam accepit. In patria quoque flamen Dialis fuit, auctore Suida.

3. Superſunt LIII. orationes, et libri duo de ciuili et ſimplici dictione, atque aliquot epiſtolae.

4. *Ariſtides* de laudibus Athenarum; eiusdem de laudibus vrbis Romae. cum Iſocratis orationibus etc. Venetiis 1513. fol. v. Serie dell' edizioni Aldine etc. ed. II. Patau. 1790. 12. pag. 33. et 34. — Ibidem pag. 44. memoratur Aldina Ariſtidis editio, a. 1517. 8. atque pag. 63. et in Haruoodii proſpectu etc. e verſione Pinelli italica pag. 82. *Ariſtidis orationes*, gr. apud Ald. a. 1527. f. — Alias princeps habetur Iuntina, (de qua v. *Baudini* annales Iuntar. typographiae tom. II. pag. 119) λόγοι Ἀριστείδου. *Orationes Ariſtidis*; curante *Euphroſino Bonino*, phyſico Florentino. In calce: Impreſſum — die XX. Maii M. D. XVII. (1517.) Florentiae ſumt. Phil. Iuntae, bibliopolae *) Inſunt oratt. LII. cum hypotheſibus veteris ſcriptoris in Panathenaicum, Leuctricas et Platonicas orationes. — Vitia huius editionis ope MSti et Io. Aurati magnam partem ſuſtulit *Guil. Canterus*, qui Orationes gr.

*) Conf. *Reiskium* in animadu. ad graecos auctores vol. III. in praef. pag. IX. et vol. V. pag. 589. et cel. *Morell.* in praefat. ad Ariſtidis orat. aduerſus Leptinem.

gr. et lat. cum ſuis aliorumque lectionibus apud Paullum Stephanum 1604. 8. III. tom. — Oratio Vlyſſis legati ad Achillem cum Libanii reſponſione, gr. cum *Ioach. Camerarii* vers. latina, Haganoae 1538. 8. — *Laurentius Normannus* hanc editionem ignorans edidit Orationes II. de cod. MSto, duosque artium oratoriarum libros de vetuſta, eadem adhuc vnica, edit. Aldina, deſcripſit et verſione latina notisque neceſſariis illuſtrauit, Vpſalae 1688. 8. Poſtea vero alteram Camerarii edit. comperit: atque ea, quae Normann. vulgarat, Ariſtidis opuſcula; n. illa oratio ad Achillem, tunc declamatio in Sophiſtas, et II. libelli de dictione ciuili ac ſimplici coniunctim edita ſunt, Lipſiae 1715. 8. — de ciuili et ſimplici dictione libri II. graece, inter rhetor. Aldinos. Venet. 1508. fol. — Opera omnia, gr. et lat. cum notis et emendationibus Canteri, Triſtani, Palmerii, T. Fabri, Spanhemii, Normanni et L. Boſii, et veterum ſcholiis ac prolegom. Sopatri, graeca cum MSS. codd. collata recenſuit, et Obſſ. ſuas adiecit *Sam. Jebb.* Oxon. 1722. — 1730. 4. II. Voll. Jebbius multos quidem conſuluit codices, et coniecturas adtulit; at Reiskius aliique de Jebbii negligentia et erroribus valde ac grauiter conqueſti ſunt. Atque Reiske nouam paraturus erat editionem, qui iam Vol. III. Animaduerſionum ad graecos auctores, Lipſ. 1761. 8. pag. 183. ſqq. de multis Ariſtidis locis ſibi ſuſpectis aut male intellectis ſuam dixit ſententiam, et Vol. V. pag. 585. ſqq. Canteri curas ſecundas in Ariſtidem in lucem protulit. Cel. *Morellius* orationem quamdam, olim inter deperditas numeratam, primus e cod. Veneto D. Marci evulgauit; et

et de ea erudite diſputauit in praefatione. Inſcripta vero eſt:

Ariſtidis oratio aduerſus Leptinem, Libanii declamatio pro Socrate, Ariſtoxeni rhythmicorum elementorum fragmenta e bibl. Veneta D. Marci nunc primum edit *Iacobus Morellius*, eiusdem bibliothecae cuſtos. Venetiis typis Caroli Paleſii. 1785. 8. cl. Morell. addidit inedita quaedam ſcholia et animaduerſiones, Oratio autem non integra eſt; at pauca deeſſe videntur. — Recudendam illam curauit et ſubiecit cl. *Wolf* ſuae editioni Demoſthenis orat. aduerſus Leptinem etc. Halis Saxon. 1789. 8. pag. 143 ſqq. de eaque acute iudicat in prolegomenis pag. XXXIV. ſqq.

5. Homo fuit diſertus, ac venuſtiſſimi et cultiſſimi ſermonis ſophiſta felixque veterum imitator; at ſuperſtitioſus atque elatus; nec vero tantus orator, quamuis ipſe ſibi arroganter perſuaſiſſet, et alii populares aequales de illo temere ita iudicaſſent, vt omnes oratoris virtutes vnus complexus, Socratis, Platonis, Thucydidis et Demoſthenis facultatem vel aequaſſe, vel ſuperaſſe, aut alter Demoſthenes eſſe videretur.

6. Confer. *Philoſtr.* II. vit. Sophiſt. cap. IX. — *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 30. Vol. IIII. pag. 373. ſqq. — *Io. Maſſon* collectanea hiſtorica Ariſtidis annum et vitam ſpectantia, ordine chronologico digeſta, praefixa Ariſt. Opp. per Jebbium. — *Frid. Lud. Abreſch* vindiciae et coniecturae in Ariſtidis hymnos in Iouem et Mineruam, in Miſcellan. Obſſ. Vol. V. Tom. II. pag. 225. ſqq. Eiusdem Addenda et corrigenda, eod. vol. Tom. III. pag. 100. ſqq. — Quaedam notatu digna reperies

in litteris V. D. ad Reiskium datis et eius vitae, germanice ſcriptae, additis pag. 196. ſq. 202 ſq. 205. 212. — *Valckenar.* in diatribe ad Euripidis Hippolyt. pag. 155. et 252. in nota ex ſcholiis in Ariſtidem ineditis, quae poſſedit P. Burmannus II. pauca publicauit.

§. 62.

PHRYNICHVS.

1. Sub Auguſtis, M. Aurelio et Commodo floruit.

2. Arrhabius, Rhetor et Sophiſta Bithynus.

3. Superſunt Eclogae nominum et verborum atticorum.

4. Editae ſunt primum a Zachar. Calliergo, graece, ſ. a. in 8. (Apud Fabricium notatur a. 1517.) tum graece cum dictionario graeco, Venet. 1524. fol. — apud Voscanum Paris. gr. 1532. 8. cum Thoma Magiſtro, Moſchopulo etc. In his edd. litterarum ordo ſeruatur. — E codice plenius meliusque edidit, gr. et lat. *Nunneſius*, promiſcue, nullo litterarum ordine ſeruato, 1586. — cum notis et indicibus *Dau. Hoeſchelii*, Aug. Vindel. 1601. 4. — Cum ſuperiorum et Ioſephi Scaligeri, (cuius animaduers. Dau. Hoeſchel. Auguſtae Vindel. 1603. 4. ediderat) ſuisque notis, Io. Cornel. de Paw, Traiect. ad Rhen. 1739. 4. *Phrynichus* ſcripſerat magnum opus, παρασκευὴν (a. vt in cod. legitur, προπαρασκευὴν) σοφιστικὴν, XXXVII libris conſtans. de quo v. *Photium* cod. 158. pag. 324. *Menag.* ad Diogen. Laert. pag. 239. Codex ſer-

ſeruatur in bibl. Coisliniana ex eoque *Montfaucon* in catal. codd. illius bibl. pag. 465—469 dedit ſpecimen. et ex cod. illius apographo varia loca adtulit, interdum emendauit *Ruhnken* in notis ad Timaei lex. Platon. edit. II. pag. 40. 73. 93. 199 idem in animadu. ad. Xenoph. M. S. IV. 2, 8. pag. 235. ed. Erneſti, atque *Valcken.* ad Euripid. Hippolyt. pag. 259. D. E. Adde *Villoiſon* prolegom. ad Apollonii Lexic. homeric. pag. 35.

5. Vtilis eſt ſcriptor, ſed nimis ſeuerus in delectu voc. Atticorum. Iudice *Ruhnken* ad Timaei Lexic. Platon. pag. 41. ed. II. Phrynichus prope ſolus veterum grammaticor. quam ſermonis elegantiam aliis praecipit, ipſe ſcribendo praeſtat.

6. Plura vide apud *Fabricium* in B. Gr. Vol. IV. cap. 34. pag. 520. ſqq. et Libr. V. cap. 38. pag. 421. Vol. IX. *Hamberger.* Z. N. Vol. II. pag. 416.

§. 63.
IAMBLICHVS.

Imperantibus M. Aurelio et Commodo ſcriptor hic eroticus, gente Syrus, ſcripſit opus, quod Photius legit, dramaticum ἱϛοϱιῶν Βαβυλονικῶν, cuius fragmentum Leo Allatius cum verſione ſua edidit ſub falſo rhetoris Adriani nomine in Graecorum Rhetorum et Sophiſtarum Excerptis, Romae 1641. Nomen *Iamblichi*, auctoris huius libri crediti, fictum eſſe videtur *Paciaudio* in prooemio de libris antiquorum eroticis, praefixo editioni Longi Paſtoral, Parmae 1786. nec liber aeuo Aureliano aptus. Diuer-

Diuerſus eſt a *Iamblicho*, philoſopho, ad a. C. 310. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. V. pag. 822. Vol. VI. et Vol. IX. pag. 404. — *le Beau*, minoris, obſeruatt. in hunc librum, apud Photium cod. 94. in Hiſtoir. de l' Acad. des I. et B. L. tom. 34. Paris. 1770. pag. 57. ſqq. *Saxii* Onomaſt. lit. I. pag. 326.

§. 64.
IVLIVS POLLVX.

1. Vixit ſub imperatoribus M. Aurelio et Commodo.

2. Naucratites Aegyptius, a patre Suo arte critica bene eruditus, ac diſcipulus Adriani Sophiſtae. Commodi iuſſu rhetoricam docuit Athenis.

3. Superſtes eſt ὀνομαστικὸν ſiue *Vocabularium* in decem libros diſtinctum, in quo per rerum claſſem progrediens ex omni ſcriptorum genere vocabula formulasque loquendi ſynonymas ad delectum et copiam graeci ſermonis parandam magno ſtudio collegit.

4. Editum eſt graece Venetiis apud Aldum 1502. fol. ex qua editione fluxerunt edd. Florentina 1520. fol. Baſileenſis inſcripta: Ἰȣλίȣ — *Iulii Pollucis onomaſticon*, hoc eſt, inſtructiſſimum rerum ac ſynonymorum dictionarium, decem libris conſtans, ſummo ſtudio et cura emendatum, *) inque ſtudioſorum gratiam tribus nunc demum locuple-

*) A mendis typographicis purgatum, intelligo. Nam de codd. adhibitis aut alia emendationis ratione Grynaeus in praef. nihil adſert.

pletiſſimis indicibus auctum. cum praefat. *Simonis Grynaei* ad Ludimagiſtros. Baſil. 1536. min. 4. graece. In calce: *Ex inclyta Germaniae Baſilea per Balthaſarem Platterum.* m. Martio. M. D. XXXVI. — *Iulii Pollucis* Onomaſticon nunc primum latinitate donatum, *Rodolpho Gualthero*, Tigurino, interprete. Baſil. apud Robert, Winter. 1541. 4. — Plus praeſidii atque curae diligentioris ex duobus Heidelbergenſibus et vno Auguſtano, ſuique ingenii beneficio adtulit *Wolfgang. Seberus*, qui illud gr. et lat. edidit, notis *Frid. Sylburgii* vſus, Francof. apud Wechel. 1608. 4. — Praeſtantiſſima eſt, quam *Io. Henr. Lederlinus*, et, hoc mortuo, *Tiberius Hemſterhuſius*, gr. et lat. cum ſuis et Seberi, Gothofredi Iungermanni huc vsque ineditis, Kuhnii, Voſſii, Salmaſii et H. Valeſii adnotationibus, indicibusque locupletiſſimis, curarunt, Amſtel. 1706. fol. Hemſterhus. tum fere iuuenis adhuc, quamquam multa acute vidit, eruditeque emendauit; haud pauca tamen futuris criticis atque interpretibus reliquit intacta. Qui vero nouam illius operis editionem paraturus et curaturus eſt, is ſane adferre debet infinitam paene antiquitatis ac linguae graecae peritiam, et exquiſitam, poetarum graecorum metrique, comici potiſſimum ſcientiam, raram denique ingenii ſubtilitatem et ſagacitatem. Atqui, quantum adhuc ſupereſſet vel in caſtigandis emendandisque comicorum locis apud Pollucem; Bentleius in duabus litteris, ad Hemſterhuſium haud multo poſt Pollucem editum ſcriptis, acute fuſeque docuit, quas demum *Ruhnken* publicauit, et adiecit alteri editioni *Elogii Tiberii Hemſterhuſii*, Lugduni Bat. 1789. 8. in ipſa au-

tem illius vita omnem illarum litterarum hiſtoriam, et quomodo amica illa Bentleii cenſura Hemſterhuſii animum paene fregerit, vberius expoſuit. — *Adrian. Heringa* in Obſeruatt. criticarum libro ſingulari, cap. III. pag. 23 ſqq. et *H. Vales.* Emendatt. lib. I. capp. 12 ſqq. pag. 18 ſqq. plura Pollucis loca emendarunt.

5. Ad vberiorem antiquitatis graecae cognitionem et adcuratam linguae graecae ſcientiam copiamque et multa veterum poetarum loca, quae Pollux ab interitu ſeruauit, colligenda intelligendaque, ad hiſtoriam denique multorum poetarum aliorumque litterariam et criticam ſcriptor eſt et vtiliſſimus et vero maxime neceſſarius.

6. Confer *Battierii* obſſ. infra §. 74 de Diog. Laert. n. 6. memoratas, — *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. IIII. pag. 489. ſqq. ed. vet. — *Hemſterhuſ.* praef. ad Pollucem. — *Saxii* Onomaſt. liter. I. pag. 328. — *Hemſterhus.* litter. ad Lederlinum ad Pollucem pertinentes in cl. *Meuſelii* Hiſtoriſch-litterariſch-bibliograph. Magazin, part. VIII. pag. 402 ſq. — Codicem Voſſian. mire laudat Spanhem. ad Iuliani Caeſaris pag. 45 ed. Heuſingeri, nec non Iunius et Burmann II in nota ad Vales. emendatt. l. cit.

§. 65.

ADRIANVS, Phoenix Tyrius, ſophiſta et rhetor, floruit circ. A. C. 180. Herodis Attici diſcipulus, et in cathedra Athenienſi ſucceſſor. Ariſtidis aemulus Athenis in declamando. Aurelio imperatori fuit carus et Commodo ab epiſtolis. Romae, octoginta circiter annos natus, viuere deſiit.

ſit. Fragmenta vero ex eius declamationibus reperiuntur in *Leonis Allatii* Excerptis graecorum Sophiſtarum et Rhetorum, Romae 1641. 8. Conf. *Philoſtratum* de Sophiſtis Libr. II. pag. 585. 588. ſq. — *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. IIII. pag. 409. ſq. — *Saxii* Onom. liter. I. pag. 328.

§. 66.

SEXTVS.

1. Vixit circ. a. A. 190.

2. Medicus empiricus et philoſophus Pyrrhonius: non miſcendus cum aliis Sextis, de quibus diligenter egit *Saxe* in Onomaſt. liter. I. pag. 333.

3. Scripſit Πυῤῥωνείων ὑποτυπώσεων ἢ σκεπτικῶν ὑπομνημάτων, h. e. *Pyrrhoniani compendii ſiue commentariorum ſcepticorum libros tres*, et aduerſus mathematicos, h. e. artium et doctrinarum doctores, ſ. qui diſciplinas profitentur, libr. XI.

4. *Sexti Empirici* Pyrrhoniarum hypotypoſeon libri III. lat. ab *Henr. Stephano.* Excud. H. Stephan. 1562. 8. — *Sexti Empir.* — aduerſus mathematicos – graece numquam, latine nunc primum editum, *Gentiano Herueto Aurelio* interprete. Eiusdem *Sexti* Pyrrhoniarum hypotypoſeon libri tres — interprete *Henr. Stephano.* Acceſſit et Pyrrhonis vita, ex Diogene Laertio. — Item *Claudii Galeni* Pergameni contra academicos et Pyrrhonios, *D. Eraſmo Rotcrod.* interprete. Paris. 1569. fol. ſunt exempla, quae in titulo habeant Antwerpiae 1569. de qua rara edit. vide *Stolle* Nachricht. von den Büch. ſeiner Bibl. vol. 1. pag. 75 — 77. adde *Scheibel* Einleitung zur mathemat. Bücherkunde,

 part.

part. XV. pag. 55 ſq. — *Sexti Emp.* opera quae exſtant. — Hypotypos. libri III. — *H. Stephano* interprete. Aduerſus mathematicos — libri X. *Gentiano Herueto* Aurelio interprete. *Graece* nunc primum editi, — (cum vita Pyrrhonis et *Cl. Galeni* libello de optimo docendi genere.) Msti noſtri varias lectiones et coniecturas margini inſertas, operi praefiximus. Pariſiis, ap. Abr. Pacard 1621. fol. Alia exempla in fronte Aureliam, alia Geneuam, apud Petr. et Iacobum Chouet praeferunt. conf. Simon biblioth. Choiſie, cap. 16. pag. 97 ſqq. — Optima eſt editio Fabriciana: *Sexti Emp. Opp. gr. et lat.* (cum H. Stephani et Gentiani Herueti verſion.) *Graeca ex msst. codd.* (Oxonienſi, Breslauienſi et Cizenſi,) *caſtigauit, verſiones emendauit, ſuppleuitque, et toti operi notas addidit I. Alb. Fabricius.* Lipſiae. 1718. fol. conf. acta erudit. a. 1718. menſe Aug. pag. 337 ſqq.

5. Ingenio et eloquentia valuit; at, quae eſt ſecta Pyrrhonis, aut de rebus etiam certiſſimis ideoque etiam mathematicis dubitauit, aut in vtramque partem diſputauit: neque mores legesque facilis et perſpicuae orationis vbique cuſtodiuit.

6. *Fabricii* B. Gr. Libr. V. cap. 17. pag. 590. ſqq. Vol. III. vet. edit. *Bruckeri* hiſtor. critic. philoſ. Tom. II. pag. 631. ſqq. *Guil. Langii* de veritatibus geometricis aduerſus Sextum Empiricum. Hauniae 1656. 4. — *Gothofr. Ploucquet* diſſ. examen rationum a Sexto Empirico tam ad propugnandam, quam impugnandam dei exiſtentiam collectarum. Tubingae 1768. 4. — Summa librorum et opinionum Sexti, additis obſeruationibus, legitur in Summariſchen Nachrichten von auserleſenen, meh-

mehrentheils alten, in der Thomaſiſchen Biblioth. vorhandenen Büchern, tom. 1. part. V. pag. 448 ſqq. et part. VI. pag. 536. ſqq. — Probe einer Veberſetzung aus des Sextus Empiricus III. Büchern von den Grundlehren der Pyrrhonicker, von *Niethammer* in *Fülleborn* Beyträgen zur Geſchichte der Philoſophie, part. II. nr. 2. Züllichau 1792. 8. coll. cenſura in Allgem. Litter. Zeit. a. 1792. m. Nou. nr. 307.

7. *Diſputationes antiſcepticae*, graece, cum verſione latina *Io. Northii*, in *Fabricii* B. Gr. Vol. XII. pag. 617. ſqq. perperam tribuuntur noſtro ſceptico. adde *Villoiſon* Anecdota gr. tom. II. p. 283.

§. 67.

AELIVS MOERIS, ATTICISTA.

1. Sub finem ſaeculi II. poſt C. N. vixiſſe, nec Phrynichio multo recentior eſſe videtur Pierſonio. Scripſit libellum de vocibus Atticis.

2. Hunc edidit primus et illuſtrauit *Io. Hudſon*, Oxoniae 1712. *) ſubiuncta Gregorii Martini diſſ. pro vera ac veteri graecae linguae pronunciatione contra Adolphum Mekerkum. — Hudſonianum exemplum typis recudi fecit, iuncto Timaei Lexico Platonico e recenſione Ruhnkenii, et ſuis additis obſeruatt. *Io. Frid. Fiſcherus*, Lipſiae 1756. 8. — Optima et locupletiſſima editio eſt, quam

O 3

*) Vide Acta erudit. Lipſ. ſupplem. tom. VI. ſect. II. pag. 49 ſq. A Spanhemio ad Ariſtophanem ſaepe prouocatum eſt ad hunc libellum mstum: at auctor ab eo *Eumoeris* perpetuo nominabatur.

quam I. Hudſoni, Steph. Bergleri, Claudii Sallierii, aliorumque et ſuis egregiis notis inſtructam et ex codd. emendatam curauit. *Io. Pierſon.* Lugd. Bat. 1759. 8.

3. Moeris adnotauit et inter ſe contulit voc. quibus Attici, et quibus reliqui Graeci in aliis dialectis, maxime illa *κοινῇ* vtebantur. Libellus eſt vtilis, atque viri docti in nouiſſima editione, quo minus iuniores vel illius auctoritate vel librariorum incuria atque vitiis in quibusdam vocc. deciperentur atque deſtituerentur, adfatim cauerunt.

4. Confer praefat. *Pierſonii*, et *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. pag. 519. ſq. in primis Vol. IX. pag. 420. ſq.

§. 68.

MAXIMVS, TYRIVS.

1. Cel. Saxio aliisque circa Antoninorum; et Commodi nominatim tempora floruiſſe ſcripſiſſeque videtur, ſecundum Hieronym. in Chron. Euſeb. ad Olymp. 231. p. 168. et Suidam voc. *Μάξιμος*.

2. Platonicus philoſophus, rhetor et ſophiſta.

3. Reliquit XXXXI. ſermones ſiue disputationes varii argumenti.

4. Editi ſunt primum ex codice Arnoldi Arlenii, et altero minus emendato Io. Stracelii ad *H. Stephano*, graece, Paris. 1557. 8. cum caſtigationibus ad calcem libri poſitis. Is etiam edidit ſeparatim latinam *Coſmi Paccii* interpretationem, (Baſleae 1519. fol. primum deinde ex caſtigatione *G. Alb. Picti*, Paris. 1554. form. min. vulgatam,) at quam plurimis locis emendatam, — graece et latine,

tine, cum interpretatione et notis *Dan. Heinſii*, (qui ex codd. Pariſienſi et Palatino quaedam correxit.) Acceſſerunt Alcinoi introductio in Platonem, et Pythagoreorum fragmenta cum verſione Guil. Canteri et Apuleii liber de deo Socratis, Lugd. B. 1607. 8. emendatius dein, omiſſo Apuleii libro cum fragmentis Pythagoreorum, ibidem 1614. 8. — Heinſii textus, ſine notis, gr. et lat. repetitus eſt formulis typographicis, Lugduni ex officina Claudii Lariot 1630. 8. et, vbi vero, quae probabiles videbantur editori, Stephani Heinſiique caſtigationes in textum receptae ſunt, Oxonii 1677. 12. — Bis denique et optime de Maximo Tyrio meritus eſt *Dauiſius*, qui primum, gr. et lat. cum notis Heinſii ſuisque tam criticis, quam hiſtorico-philoſophicis Maximum edidit Cantabr. 1703. 8. dein, ordine diſſertationum ſecundum cod. Pariſin. mutato, ad duos codices textum quam plurimis locis emendauit, ſuasque notas inſigniter auxit, quam nouam Dauiſii recenſionem, poſt illius obitum, Ioannes Ward publici iuris fecit, et adnotationibus *Ier. Marklandi*, ingenio huius dignis et maximam partem criticis, ornauit. Londini, ſumtibus ſocietatis ad litteras promouendas inſtitutae, 1740. 4. Marklandus pag. 648. ſqq. ob ſingularem lectionum diuerſitatem, arbitratur et copioſe probatum it, Maximum ipſum ſuas diſſertationes bis recenſuiſſe, et ſententiam ſuam ſaepius mutaſſe. — Disputat. quomodo adulator ab amico diſtingui poſſit, graece et lat. cum caſtigationibus, et notis variorum ſuisque edidit *Io. Adam. Schier*, Helmſtadii. 1760. 8. — Altera Dauiſii ed. repetita eſt Lipſiae 1774. 8. cura *I. I. Reiskii*, qui

quaedam Dauiſio et Marklando oppoſuit II. Voll.

5. Multa praeclare atque eleganter ſuauiterque docuit, virtutis ſtudium commendauit, Homerum, Platonem, Socratem ſaepius laudauit, explicuit aut ab aliorum iniuria vindicauit: haud paucas tamen philoſophiae partes contorte, aut captioſe, aut, more illius aetatis, qua philoſophi a vero dei cultu alieni ad euitanda Chriſtianorum opprobria varias veterum fabulas allegorice interpretabantur, iuſto ſubtilius tractauit. Oraculorum praeter ea patronus fuit, et in aliis quibusdam locis ab anilis ſuperſtitionis crimine liberari non poteſt.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. IV. pag. 32. ſqq. *Dauiſii* vtramque praefationem. — *Bruckeri* hiſt. crit. philoſ. Tom. II. pag. 177. ſqq. — *Saxii* Onomaſt. lit. I. pag. 334. — Theotiſce fecit ſermones Chriſt. Tob. *Damm*, Berolini 1764. 8.

§. 69.

FLAVIVS PHILOSTRATVS et PHILOSTRATVS LEMNIVS, iunior.

1. Prior ſaec. II. circ. a Ch. 200. circa Septimii Seueri principatus initia et ſerius vsque ad Philippum Auguſtum floruit: poſterior, qui prioris ſororis filius fuit. et ante illum e vita exceſſit, poſt mortem Elegabali vsque ad a. C. circiter 240. vixiſſe, aut iam prius deceſſiſſe videtur.

2. Prior habitatione vel Athenienſis vel Lemnius, Proclum Naucratitam, Damianum Epheſium

et

et Hippodromum Lariſſaeum, Sophiſtas audiuit. Heſychio et Suida teſtibus artem orandi docuit primam Athenis, tum Romae ſub imperatore Seuero vsque ad Philippum, qui a. Ch. 244. imperium obtinuit. A Iulia Auguſta, Imperatoris Seueri coniuge, inter eruditorum virorum coronam, quam illa litterarum cauſſa ſecum quotidie habuit, adſcitus eſt.

Poſterior fuit Lemnius, Nerbiani filius. A Caracalla circ. A. C. 215 propter orationem quamdam immunitatem ab muneribus publicis impetrauit.

3. Prior ſcripſit 1) iuſſu Iuliae imperairicis, ex Damidis potiſſimum Maximique Aegienſis commentariis, *Apollonii Tyanenſis vitam* Libr. VIII. in quibus Philoſtratus omnia collegit ad philoſophum ſuum mirifice efferendum atque ornandum, parum curans, num vera fuerint nec ne? Hinc pleraque dicitur abſurde confinxiſſe *). Apollonii praecipue miracula miraculis Chriſti callide et ſpinoſe oppoſita videntur. *Huetio* in demonſtr. euang. prop. IX. cap. 147. et quaeſt. Alnet cap. 18. §. 4. pag. 249. *Trithemio* in epiſt. lib. II. pag. 249 — 254. iudicanti, omnia, quae ibi tradantur, eſſe mendacia, in praeiudicium chriſtianae religionis efficta, *Oleario* in praef. *Moshemio* ad Cudworthi ſyſtema intell. cap. IV. §. 15. tom. I. pag. 397. ſqq. et tom. II. pag. 778. ſqq. de turbata per Platonicos eccleſia, aliisque, ad argumenta Chriſtianorum a miraculis Chriſti ſumta euertenda videntur. At

O 5 *Meiners*

*) Conf. Thes. epiſtol. LaCrozian. tom. I. pag. 269. ſqq. 274. ſq. 277. ſq. 281. 291. *Brucker.* hiſt. crit. philos. tom. II. pag. 140. ſqq.

Meiners de ortu et progr. doctrinarum etc. (Geſchichte des Vrſprungs, Fortgangs vnd Verfalls der Wiſſenſchaften in Griechenland v. Rom,) tom. I. pag. 258. ſqq. oppugnat vulgarem illam ſententiam, tamquam ordini temporis repugnantem. De Apollonio iam ſupra egimus, et addantur, quae de hoc *Lardnerus* in Collection of ancient Iewiſch and Heathen Teſtimonies to Truth of the Chriſtian Religion Vol. III. c. 39. et *Leland* in View of the principal deiſtical writers, vol. I. lettr. IV. diſputarunt. — 2) *Heroica*; ſ. dialogus Vinitoris cum Phoenice, in quo XXI. Heroes, qui bello Troiano interfuere, deſcribuntur. — 3) *Imagines* LXVI. porticus Neapolitani libris duobus deſcriptae. Illas a Meurſio Philoſtrato cuidam antiquiori perperam eſſe tributas, docuit Olearius in praefatione. — 4) *Vitas Sophiſtarum* Libr. II. — 5) *Epiſtolas*, — 6) *Epigramma*, 7) *fragmentum* diſſertationis cuiusdam.

Iunior ſcripſit *Imaginum* librum ſingularem.

4. Primum *Alamannus Rinuccinus*, (natus Florentiae a. 1426. et in eadem vrbe 1504 fatis interceptus,) Apollonii vitam a Philoſtrato ſcriptam, latine vertit, et interpretationem 1472 abſoluit: quam *Philippus Beroaldus* ſenior publici iuris fecit, ſub exitum *) ſaeculi XV. Bononiae apud Benedictum de Hectore, typographo Bononienſi. it. Lutetiae 1555. 12. et alibi. Alia editio antiqua aut eadem, quam in Pinelli bibl. fuiſſe diximus, *Phyloſtratus de vita Apollonii Tyanei ſcriptor luculen-*

*) Eadem forſan eſt editio, cuius exemplar exſtitit in bibl. Pinelliana, in cuius catal. tom. II. p. 46. notatur *absque vlla nota, ſaeculi*. XVI. in 8.

culentus a Phil. Beroaldo caſtigatus. in 8. ſine loci et temporis nota. de qua edit. et ipſo Philoſtrato multus eſt auctor theſauri bibliothecalis, tom. II. pag. 54 ſqq. — De *Alamanni* autem *Rinuccini* verſione atque editione copioſe agitur a *Bandinio* in ſpecimine litteraturae Florentinae, tom. II. Florent. 1751. 8. pag. 5 ſqq. a *Ferdin. Foſſio* in Monumentis ad Alamanni Rinuccini vitam contexendam, Florent. 1791. 4. pag. 5 ſqq. et pag. 43. ſqq. vbi Rinuccini epiſtola ſ. praefatio in verſionem illius recuſa legitur; in primis ab *Apoſtol. Zeno* in Diſſertazioni Voſſiane. tom. II. pag. 203 ſqq. — *Philoſtrati de vita Apollonii Tyanei, libri octo, graece. Iidem libri* latini, *interprete Alemanno Rinuccino* Florentino. *Euſebius contra Hieroclem, qui Tyaneum Chriſto conferre conatus fuit, graece. Idem latinus, interprete Zenobio Acciolo* Florentino, ordinis praedicatorum. In fine textus graeci et Philoſtrati et Euſebii, *Venetiis apud Aldum, menſe Martio,* M. DI. (1501) in fine duarum verſionum, *Venetiis in aedibus Aldi menſe Februar.* M. DII. (1502) 8. de qua edit. et verſionum illarum edit. Io. Gymnici, recenſente *Gylberto Longolio,* (qui Rinucc. verſionem recognouit et ad graecam Aldi edit. caſtigauit) Coloniae 1532. 8. *Zenus* l. c. p. 204 ſqq. eſt copioſus. — Cum *Luciani* opp. *Icones Philoſtrati, eiusdem heroica; vitae ſophiſtarum, icones iunioris Philoſtrati, deſcriptiones Calliſtrati.* Venet. in aedibus Aldi 1503. fol. et 1522. fol. v. ſupra §. 60. — *Philoſtrati heroica,* latine verſa a *Stephano Nigro,* cum dialogo eiusdem *Nigri,* in quo quid apud *Pauſaniam* ſcitu dignum legitur, congeſtum eſt. Mediolani 1517. fol. —

Phi-

Philoſtrati imagines heroica, vitae ſophiſtarum, *Philoſtrati* iunioris imagines. Deſcriptiones Calliſtrati. Florent. ſumtu Philippi Iuntae. 1517. fol. v. *Bandini* Annal. typogr. Iuntin. part. II. pag. 123 ſq. — *Venetiis* 1535. 8. in catal. bibl. *Pinell.* tom. III. pag. 219. quae edit. non memoratur a Bandinio, qui in parte libri mem. pag. 15 ſq libros enumerat, quos Lucas Antonius Iunta Venetiis a. 1532 et ſqq. formulis typographicis deſcripſit. — *Philoſtrati notitia de Ariſtide* addita legitur Iuntinae Ariſtidis editioni, Florent. 1517. fol. — Textus Aldinus fere baſis eſt editionis, quam gr. et lat. cum Calliſtrati ecphraſibus et Euſebii Caeſarienſis epiſcopi libro contra Hieroclem, *Fed. Morellus*, vſus praeter ea biblioth. regiae et Paulli Petauii codd. atque Adr. Turnebi Andraeque Schotti animaduerſionibus, foras dedit, Paris. apud Claud. Morellum 1608. fol. — Hanc excepit, quam debemus *Gottf. Olearii* diligentiae, qui omnia ex variis codd. recenſuit, multa emendauit, in vitis Sophiſtarum lacunas prope omnes expleuit, et verſionem fere nouam fecit, omniaque notis perpetuis illuſtrauit, Lipſiae 1709. fol. Sunt tamen hodie, quibus opera Olearii valde diſpliceat: at videant, ne interdum paullo ſeueriores et iniuſti ſint in manes Olearii. In primis *Ruhnken*, qui in adnotation. ad Timaei Lexicon. Platon. aliquot Philoſtrati loca paſſim corrigit illuſtratue, pag. 106 ſcribit, Olearium plura Philoſtrato vulnera inflixiſſe, quam ſanaſſe, et in praefat. pag. XXII. „ex hoc (Platone) ait, ſaepe et lumen et medicinam exſpectat *Philoſtratus*; qua de re *Gothofr. Olearius,* merito ab iniuſta, quam apud ciues ſuos obti-

obtinet, famae poſſeſſione depelli coeptus, ne per ſomnium quidem cogitauit" Adde iudicium Moſhemii in bibl. Bremenſi tom. III. pag. 20 ſqq. et in theſauro epiſtol. Lacroziano, tom. II. pag. 10 ſqq. Wolfii iudicium, vbi quaedam in Philoſtrati epp. notantur et emendantur. Ipſe *La Croze* in tom. III. pag. 246. 248. de Olearii labore ipſoque Philoſtrato minus benigne ſentit. *Petr. Weſſeling* in Obſeruatt. var. lib. II. Amſtel. 1727. 8. frequenter notas et emendatt. Olearii modeſte acuteque examinat. *Henr. Braker* in bibl. Lubecenſi, tom. I. nr. 5. multa culpat in Olearii adnotatt. v. ephem. Lips. 1725. m. Maio, pag. 357 ſq. — Mirifice tamen laudarunt Olearii laborem et animaduerſiones *Fabricius* in B. Gr. *Bentleius*, referente Wolfio in Theſauro epiſtol. La Croziano II. pag. 9 ſq. aliique. At haec etiam laus minuitur eo, quod in ſuſpicionem furti litterarii venit. Dicitur enim ex bibliotheca Cizenſi exemplar Morellianum cum multis Reineſii notis criticis mstis accepiſſe: at tamen, Reineſii quidem opibus vſus, illius nomen notasque msstas reticuiſſe, nec potuiſſe commoueri, vt exemplar redderet Morellianum. Vide *M. Mülleri* V. Cl. Rect. ſcholae Cizenſis, progr. de corpore inſcriptionum Gruteriano, notis et obſeruationibus Thom. Reineſii ornato, quod Cizae in bibliotheca epiſcopali adſeruatur. Lipſiae 1793. 4. pag. 1 ſq. Gudius enim acceperat illud exemplar, et Reineſianas obſeruatt. ſuo intulerat exemplo, quae poſtea maximam partem ſub Gudii nomine in nouam Graeuii ac Burmanni editionem ſunt receptae.— *Philoſtrati* epiſtolae LXIII. graece, in collectione epiſt. graecar. Venetiis,

tiis, apud Aldum 1499. 4. et Iac. Cuiacii pag. 381. — Epiſtolae quaedam gr. editae a *Io. Meurſio*, qui diſſertatiunculam adiunxit de Philoſtratis, Lugd. Bat. Lud. Elzeuir. 1616. 4. — Epigramma in Telephum vulneratum in Anthologiae lib. VI. pag. 452. et in *Brunkii* anal. poet. gr. tom. II. pag. 400. — *Gallice* verſa eſt vita Apollonii a B. *de Vigenere*, correcta ſecundum orationem graecam a *Fed. Morel.*, et commentariis amplis inſtructa ab *Artur Thomas dom. d' Embry.* Paris. 1611. 4. — Imagines binorum Philoſtratorum, vitae ſophiſtarum gr. et ſtat. Calliſtrati, ex verſione gallica *Blas. de Vigenere*, emendat. ad textum graecum, cum argum. et adnotatt. — per *Artur Thom. dom. d' Embry.* Paris. 1637. fol. — *Anglice: The two firſt Books of Philoſtratus, concerning the Life of Apollon. Tyaneus, written originally in Greek, and now publiſhed in Engliſh: Together with philological Notes upon each Chapter. By Charles Blount.* Londini 1780 fol. Hic liber rarus eſt, et propter adnotationes, quibus veritas et auctoritas doctrinae chriſtianae malitioſe impieque impugnatur, in Britannia a. 1693. prohibitus. Et tamen liber iſte, et Blountii comment. indignus, qui recuderetur, in linguam gallicam conuerſus prodiit Berol. 1775. iterumque, vtut repetitae editionis nulla fiat mentio, Amſtel. 1779. 8. IV. voll. — *Dauid. Chriſtoph. Seybold* Philoſtrati opera in linguam *german.* tranſtulit, Lemgouiae 1776. ſq. 8. II. voll.

5. Anilium fabularum ſcriptor et vaniſſimus ſcriptor vocatur ab *Huetio* quaeſt. Alnet. lib. II. cap. 8. §. 3. pag. 161. et 164. Stilus eſt conciſus

et

et fucatus. In epiſtolis nimis comtulus et delicatulus comparet Philoſtratus. Heroica interpreti Homeri vtilia erunt. Apollonii vita, licet fabulis oppleta, philoſopho tamen atque hiſtorico, in primis theologo multum adferet opis atque vtilitatis: multa enim dedit Philoſtratus prudentiae ciuilis praecepta; hiſtoriam romanam a Nerone vsque ad Neruam interdum illuſtrauit; multa de orientalium et Pythagoraeorum philoſophia disputauit, atque theologus vel ex inſidiis aduerſariorum facile perluſtrandis ac detegendis, et ex argutiis atque fallaciis, quibus illi alios adgredi, et ſe quidem defendere, at ſemetipſos irretire ſolent, haud parum capiet fructus atque praeſidii ad veritatem doctrinae prioris vindicandam. Imagines etiamſi non ſemper ſint adcuratae, nec careant naeuis ſophiſticis: tamen artis amanti tam vtiles erunt, quam ſectu iucundae.

6. Confer *Ionſium* de ſcriptor. hiſt. philos. III. c. 13. §. 1. pag. 74. et cap. 14. §. 3. pag. 88. *Io. Alb. Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 24. pag. 43. ſqq. et Vol. I. pag. 421. vet. ed. — *Caylus* ſuper imagines Philoſtrati, in Hiſt. de l' Acad. des I. et B. L. Tom. 29. pag. 156. ſqq. et in opuſculis germanice factis per Meuſelium, Tom. II. Altenb. 1769. pag. 184. ſqq. — *Hamberger.* Z. N. Vol. II. p. 547. — *Saxe* in Onomaſt. literar. I. pag. 337. et pag. 350. *Brucker.* hiſt. crit. phil. Tom. II. pag. 145. ſqq. — *Battieri* obſſ. v. infra §. 74. nr. 6. adde ſupra ad §. X. notata. — (*I. P. Reinhard*) progr. de ritu philoſophorum pythagoricorum in templis docendi, ad *Philoſtrati* vit. Apollonii Tyanenſis, lib. I. cap. 16. Erlangae, 1762. fol.

fol. — *Torkilli Baden* comment. de arte ac iudicio Flauii Philoſtrati in deſcribendis imaginibus. Hafniae 1792. 4. Baden putat, Philoſtratum reuera vidiſſe et deſcripſiſſe tabularum ſeriem, in porticu, quae Neapoli fuit, ſuſpenſarum, eoque diſcipulos ſuos, quibus ſingulas explicaret, duxiſſe. Philoſtratum tamen, ſi res quoque ſic ſe haberet, ingenio ſaepe abuſum, haud pauca adfinxiſſe, eſt credibile.

§. 70.

ZENOBIVS vel ZENODOTVS poſt Lucianum circa initum ſaeculi tertii vixiſſe videtur. Eiusdemque aetatis fuerit *Diogenianus*; vterque prouerbia Graecorum collegit, et prior quidem ex Lucillo Tarrhaeo et Didymo Alexandrino excerpſit, cuius collectio primum prodiit Florent. impenſis et cura Phil. de Zunta 1497. 4. *) dein cum fabulis Aeſopi, Venetiis apud Aldum 1505. fol. tum Haganoae apud Petr. Brubach. 1535. 8. — *Zenodoti* — prouerbia cum *Couſini* verſione lat. et *παροιμιῶν συλλογὴ Guil. Cognato* collectore et interprete, quas Erasmus in ſuas chiliadas non retulit, exceptis paucis, quarum varia eſt lectio et expoſitio, Baſil. 1559. (al. 1560.) et rec. in *Gilberti Cognati* Operibus etc. Baſil. 1562. fol. v. *Baumgarten.* Nachrichten von merkwürdigen Büchern. tom. X. pag. 48. ſqq. — Horum omnium ſtudium ſuperauit *Andreas Schottus*: Παροιμίαι ἑλληνικαί. Adagia ſiue prouerbia Graecorum ex Zenobio ſeu Zeno-

*) V. Iuntin. Typograph. Annales, a Bandino ſcr. tom. II. p. I. ſq.

Zenodoto, Diogeniano et Suidae collectaneis. Partim edita nunc primum, partim latine reddita, ſcholiisque parallelis illuſtrata ab *A. Schotto*, Antwerp. ex offic. Plantin. 1612. min. ſol. Adagia indolem et notationem populi cuiusdam aut antiquitatem et gradus quaſi eruditionis indicare, aeque conſtat, ac etiam neminem fugiet, quis illorum ſit modus, et quando ſcriptoribus, laudem plauſumque peritorum conſequuturis, vſurpare illos liceat. Confer. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. III. pag. 282. ſq. vel. edit. *Ruhnken* in praefat. Tom. II. Heſych. pag. X. ſqq. *Saxe* in Onomaſt. liter. I. pag. 338.

§. 71.

De STRATONE, quem Reiske Seueri imperatoris temporibus aequalem fuiſſe putat, v. ſupra in prolegomenis pag. LVI. ſqq. *Klotz* in praefat. ad Stratonis epigrammata, Altenb. 1764. 8. *Brunck.* in praef. ad Analect. poet. graec. et quae ego ſcripſi in *Fabr.* B. Gr. vol. IV. pag. 422 ſqq.

§. 72.

OPPIANVS.

1. Floruit circ. a. C. 204. ſecundum vulgarem opinionem; at cl. Schneiderus, qui illam quidem in Animaduerſ. pag. 345. ſq. ſuae editionis corroborare ſtuduerat, et in praefatione et in notis pag. 404. diſcedit a vulgari ſententia, colligens ex diuerſitate ingenii dictionisque cum in toto corporis habitu, tum in ſingularum partium conformatione, libros de *venatione* et *piſcatione* ab eo-

dem auctore haud profectos eſſe. *Oppianum* igitur *Cilicem*, Coryco oriundum, qui ſcripſit ἁλιευτικὰ, carmen de piſcibus libr. V. ſecundum Suidam, Euſebium, et Hieronymum, atque *Athenaeum* libr. XII. pag. 537. ſub Marco Antonino eiusque filio Commodo, quibus carmen ſuum de piſcatione dedicauit, vixiſſe, at ne Commodi quidem vltimum imperium adtigiſſe; ab hoc autem auctorem carminis *de Venatione* (κυνηγετικων libr. IV.) quisquis fuerit, Apamea oriundum, et imperante Caracalla, Seueri filio, cui carmen ſuum inſcripſit, viuentem, plane diuerſum eſſe, docet. *Oppiano* quoque olim tributi ſunt tres libri de Aucupio, quorum tantum Paraphraſin proſaicam *Eutecnii* *) graecam habemus, ſed illos *Dionyſium* quemdam *Characenum* auctorem habuiſſe, *Schneidero* pag. 437. aliisque probabile eſſe videtur. *Oppianus* in Cyneget. lib. II. pag. 156 ſq. profitetur, ſe aliquando ex inſtituto et peculiari carmine Memnonis fata, (de quibus v. *Heynii* excurs. 19 ad Virg. Aen. I.) celebraturum: ἀλλὰ τὰ μὲν, (n. ea, quae ad hiſtoriam, interitum, luctumque Aſſyriorum pertinent,) κατὰ κόσμον ἀείσομεν εὖρεα κάλλη πάτρης ἡμετέρης ἐρατῇ Πιμπληΐδι μολπῇ. At Oppianus promiſſa ſeruaſſe non videtur: ſaltem nihil ea de re conſtat. Alias haberemus nouum celebris, quod Arcti-

*) De *Eutecnii* paraphraſibus proſaicis Halieuticorum et Ixeuticorum codicibusque gr. in bibl. Vindobon. agit *Lambecius* in comment. de bibl. Caes. tom. II. c. 7. p. pag. 210 et 260 et tom. VII. pag. 488. vbi *Kollarius* in nota de illis, atque edition. Oppiani curate disputat.

Arctinus Mileſius potiſſimum decantauit, argumenti auctorem.

2. De editionibus diligenter agit idem Schneiderus in praefatione. Princeps editio eſt: Halieutica, graece cum Muſaeo, Florent. apud Iuntam 1515. 8. Haec omnium optima et emendatiſſima viſa eſt Schneidero. — *Oppiani* de piſcibus libr. V. eiusdem de venatione libr. IV. Oppiani de piſcibus, *Laurentio Lippio* *) interprete, libri V. Venetiis in aedibus Aldi et Andreae ſoceri 1517 8. Hanc mire deprauatam et vitioſam eſſe, quoniam Aldus forſan fidem codicis ſui nimis ſancte et religioſe ſequutus eſt, ex collatione exemplaris noſtri ipſi perſpeximus. — Aldini exemplaris veſtigia religioſe preſſit quidem *Bodinus* in editione Cynegeticorum graeca Pariſienſi apud Vascoſanum 1549. 4. at in commentario poſt Brodaeum, Aldinum textum ſaepe correxit, (v. Schneider. in Analectis.) — Nitida et adcurata eſt editio *Hadriani Turnebi*, qui Halieutica et Cynegetica tam codicum MSStorum, quam ſui ingenii beneficio, graece, Paris. 1555. 4. emendatiora dedit, et varias ex codd. et edd. Iuntina atque Aldina lectiones, ſuasque coniecturas ſubiecit. **) Codici autem ſuo quod nimium fidei tribuit, et in Halieuticis Aldinam potius, quam Iuntinam ſequi maluit

P 2

*) *Laurentii Lippii* verſio lat. de piſcatione libr. V. metrica, diu ante excuſa prodiit *in Colle oppido municipio Florentino*, 1478. 4. v. Catal. bibl. Pinell. tom. II. nr. 4314. cl. *Panzer* A. T. tom. I. pag. 273.

**) *Turnebi* verſio lat. de venatione libr. in *Turnebi* opp. tom. II. p. 150 ſqq. et cum Lippii verſione libr. de piſcatu, Par. ap. Gu. Morel. 1555. 4.

luit lectionem, id iure culpat Schneiderus: qui tamen *Conradi Rittershuſii* operam, quam hic nauauit Oppiano, nimis, opinor, ſeuere exagitat. Rittershuſius vero libros de venatione et de piſcatu gr. et lat. cum commentariis ſuis et var. lectionibus, ac ſcholiis gr. in Opp. halieutica, Lugd. Batau. apud Franc. Raphelengium 1597. 8. edidit. Habuit tres codd. MSStos, at verum eſt, illum non vbiuis Turnebum eſſe ſequutum, ſed Aldi, aut Bodini, (qui libros de venatione lat. interpretatus eſt, et copioſo commentario onerauit, Paris. 1554. 4.) aut Brodaei lectiones commentaque ſaepe recepiſſe in textum, et alia, quae virgula cenſoria notarentur, admiſiſſe: neque tamen multa egregia doctaque, admodum iuuenis adhuc, non collegit in commentariis ſuis. — De venatione et piſcatu, gr. et lat. in *Iac. Lectii* corpore poetar. graecorum. Aur. Allobrog. 1606. fol. — Praedicanda autem eſt ſolertia atque diligentia *Io. Gottlobi Schneideri*, (Profeſſoris litterarum humaniorum in Vniuerſitate Francofurt. ad Viadrum,) qui et ad codd. MSS. et edd. reliquisque ingenii atque eruditionis praeſidiis inſtructus nouam editionem, de Venatione Libr. IV. et de piſcatione Libr. V. cum paraphraſi graeca librorum de aucupio, graece et latine curauit, Argentorati, ſumtibus Amandi Koenig. 1776. mai 8. Noua plane recenſio, eaque diligens et adcurata ſtudio illius et Brunkii, Argentoratenſis, in cuius fere contubernio tum temporis fuerat, qui in primis carmen de Venatione emendauit, enata eſt. Quaecumque *Schottus, Waſſius*, eiusque cenſores *Burmannus* et *Doruille*, in Miſc. Obſeruatt. Vol. II. III. et IV. *Georg. D' Arnaud*

Arnaud in lectionibus graecis *), *Io. Pierſon.* in Veriſimilibus aliique paſſim ad emendandum Oppianum contuliſſent, ea omnia Schneiderus conſuluit, notauit; atque in vſum conuertit, aut ſub examen vocauit: haud pauca loca ex coniectura mutauit in textu; de multis locis ſuum tulit iudicium, interdum ex hiſtoria, quam vocant, naturali auctorem explicuit, atque in praefatione de codd. editionibus aliisque rebus ad intelligentiam et hiſtoriam horum librorum neceſſariis copioſe diſſeruit. *Eutecnii* Sophiſtae paraphraſin Oppiani vel potius *Dionyſii* librorum de Aucupio, quos *Er. Vindingius* Hafniae ex codice Holſtenii apographo primus vulgauerat 1702. 8. cum interpretatione Conradi Gesneri, recepit, libros de piſcatione ipſe in linguam transtulit latinam; libris contra de venatione addidit interpretationem latinam Adriani Turnebi, at emendatam. — Adde eiusdem Schneideri Analecta critica etc. Part. I. nr. 3. vbi quaedam ſupplet.

Oppiani poemata de venatione et piſcatione, cum interpretatione lat. et ſcholiis. Acceſſit *Eutechnii* (leg. *Eutecnii*) paraphraſis ἰξευτικῶν et *Marcelli Sidetae* fragmentum de piſcibus. tom. I. *Cynegetica*, ad quatuor msst. codd. fidem recenſuit, et ſuis auxit animaduerſionibus *Io. Nicol. Belin de Ballu*, in Galliae monetarum curia ſenator. Argentor. 1786. 4. et mai 8. gr. cum verſione lat. Turnebi. Contra Schneiderum, quem Oppianomaſtigaː vocat, multa et acerbe disputat, veterem lectionem reducit in textum, etiam verba corrupta manife-

*) Hagae Comitum 1730. 8. pag. 176 — 235.

nifeſtaque librariorum errata recipit; et tamen coniecturas reſcribit, nullo codice addicente. In prolegom. contra Schneiderum defendit Oppianum et ope duarum emendationum ex duplici Oppiano vnum reſtituit, qui Seueri et Caracallae temporibus vixit. Conf. Bibl. der alt. Litterat. vnd Kunſt, III. 73. Annal. litter. Helmſtad. a. 1790. m. Sept. pag. 213 ſqq. vbi cenſor multa contra Belin de Ballu monet et cum Schneidero facit.

In bibl. — *Bodleiana* ſeruari ſcholia. gr. mſsta, in duo priores Oppiani libros Halieut. quae neque plane cum editis eadem ſint, neque omnino diuerſa, interdum vberiora, ait *Warton* ad Theocr. XXI. 44.

Carm. de venatione *gallice* vertit et animaduerſiones adiecit *Belin de Ballu.* Argentorati 1787. 8. *germanice*, *Lieberkühn*, Lipſiae 1755. 8. — Cynegetica anglice ſcripſit et confecit *W. Sommerville*, ed. II. Londini 1788. 8.

5. Schneidero iudice, libri de venatione genere orationis horrido, duro et ſicco ſcripti, vernaculo graecae linguae ſapore carent: ſunt veluti magnae picturae lineamenta, quibus pigmentorum poeticorum color et flos natiuus deeſt. Contra Oppiani Cilicis libri de piſcatione laeto floridoque orationis genere ſcripti cum miro verborum ſplendore nitent, tum multa ſententiarum feſtiuitate delectant. Luxuriem tamen ingenii, argutias et nimium venuſtatis atque cumulandorum verborum et epithetorum ſtudium culpat idem. Tardo pede imitatur poetas graecos veteres: placet tamen propter varias virtutes poeticas, in permultis locis, imaginibus, comparationibus etc. conſpicuas.

In

In Cynegetico multi proſtant mythi aliter, ac a ceteris ſcriptoribus enarrati v. Cenſor. in Annal. Helmſtad. l. c. pag. 216. ſqq. Adde *Scaligeri* iudicium in epiſtola 247. Libr. III. ed. Elzeuier.

6. Adde *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. III. pag. 625. *Hamberger.* in Z. N. Vol. II. pag. 465. — *Paul. Iac. Foertſch* de Oppiano poeta Cilice diſſerit, et *Dauidis Peiferi* epiſtol. ad Rudolph. II. Imper. Oppiani Venaticis latino carmine ab illo redditis praemiſſam, in lucem profert. Lipſiae 1749. 4. — *Saxii* Onomaſt. lit. I. pag. 344. — *Herelium* V. C. in Epiſtola critica etc. pag. 27. ſqq. *Toup.* in Emendatt. in Suidam et Heſych. tom. III. et IV. et Oppiani et ſcholiaſtae loca aliquot paſſim emendat aut vindicat.

§. 73.
ATHENAEVS.

1. Non multo poſt Oppianum Cilicem vixit, circ. a. Chr. 210. vide ipſum Deipnos. I. pag. 13. C. et XII. pag. 537. F. *Tanaq. Fabrum* lib. 1. epiſt. pag. 64. atque cl. *Schneiderum* ad Oppianum pag. 404. Suidas adfirmat, eum floruiſſe temporibus M. Antonini imperatoris aeuo. Et recte, ſcripſit *Heumannus* in nota mſta ad Fabricii B. Gr. III. pag. 631. vet. ed. Ipſe enim, ait Heumannus, Athenaeus lib. XV. pag. 673. dicit coaetaneum ſibi eſſe Hephaeſtionem grammaticum, (de quo ſupra, §. 48.) ibidem coaeuos ſuos, Andrantum et Demetrium, memorat; pag. 676 Aſclepiadem; pag. 677. Pancraten, poetam, et pag. 689 *nunc* Arſinoen et Berenicen.

2. Naucratita, Aegyptius, Grammaticus et Sophiſta, quem cel. *Saxe* in Onom. lit. I. pag. 347. vbi de noſtro agit, iure vocat Graecorum Varronem aut Plinium. Vbique vero philoſophis ſe valde inuiſum praebuit, ſolis Stoicis, quorum diſciplinae et imperator M. Aurel. Antoninus et principes viri Romae eſſent addicti, pepercit.

3. Scripſit Δειπνοσοφιςῶν, ſiue *eruditorum conuiualium* Libr. XV. Libri duo primores cum principio tertii non integri ad nos peruenerunt, ſed ex epitome huius operis, a grammatico quodam Conſtantinopolitano ante plura ſaecula confecta, a Muſuro, primo Athenaei editore, reliquis libris ſunt praefixi. Lacunam inſignem in libro XV. non longe a fine in antiquioribus editionibus occurrentem, *Guil. Canterus* Libr. IX. Nouarum lectionum e cod. MS. Farneſiano primus ſuppleuit, additis Ioſ. Scaligeri caſtigationibus.

4. Princeps editio, at multis vitiis inquinata, eſt *Aldina*, graece, Venet. 1514. fol. Muſurus et varios codd. et epitomen graecam contulit. — Tum *Iacobus Bedrotus* et *Chriſtianus Herlinus*, iuuenes Germani, nouam curarunt editionem, multis locis ex editionibus ſcriptorum, quorum ῥήσεις Athenaeus laudarat, correctis, et additis indicibus *) atque obſeruationibus quibusdam ex ſcriptis Budaei, Eraſmi aliorumque collectis, Baſileae 1535. fol. — Cum verſione lat. et notulis *Dalechampii* Lugd. 1583. fol. — At optimus Athenaei inter-

*) Elenchum ſcriptorum, Athenaeo praemiſſum, plurimis ſcatere erroribus, ait *Ionſius* de ſcript. hiſt. phil. lib. IV. ſect. 46. pag. 271. edit. Dornii.

interpres, editor et ſoſpitator *) fuit *Iſ. Caſaubonus*, qui textum ex codd. Palat. Vatican. aliisque emendauit, ſuppleuit, et eruditiſſimum in Athenaeum commentarium, plenum artis criticae et antiquariae, adiecit, cum verſione notisque Dalechampii, Heidelbergae apud Hieron. Commelinum. tom. I. 1597. tom. II. Lugduni. 1600. fol. — recus. ex vltima *Caſauboni* recognitione, aliquanto curatius et commodius, Lugd. tom. I. 1612. tom. II. 1621. fol. et 1657. — 1564. II. tom. in qua poſtrema edit. L. I. et Pauli Fermat, Senatorum Toloſanorum, paucae in quaedam loca Athenaei obſeruationes, et index ſcriptorum ab Athenaeo laudatorum plenior adceſſerunt. — Nouum veluti Aeſculapium etiam poſt medicas, easque ſalutares, Caſauboni manus exſpectat Athenaeus. Noua editio curatur a cl. *Beckio*. Cl. *D'Anſſe de Villeiſon* quoque promiſerat nouam Athenaei editionem.

Athenaeum cum obſeruationibus criticis, in quibus Caſaubonus male tractatur et Dalechampio poſtponitur, *gallice* verſum habemus: *Banquet des Savans par Athénée*, traduit tant ſur le textes imprimés, que ſur pluſieurs manuſcripts par Mr. *le Febure*

*) Nimirum, quod pertinet ad verborum, antiquitatis ſermonisque graeci cognitionem. Contra in interpretatione rerum, praeſertim ex hiſtoria naturae et botanices ducenda, inferior fuit Salmaſio. Et tamen Caſaubonus in Athenaeo critice et grammatice explicando poſteris largam reliquit ſegetem. Atqui futurus Athenaei editor omni antiquitate imbutus, debet ſingularem poetarum metrique, litteraturae antiquae, et rerum ipſarum ſcientiam adferre et in Graecia quaſi habitare.

Febure de Villebrune. Paris ap. Lamy. 1788. et 1789. IIII. voll. 4. In obſeruationibus multa ex naturae hiſtoria copioſius illuſtrantur; breuius lectiones et emendationes recenſentur. Mſptis codd. et aliis ſubſidiis criticis tantum vſus eſt interpres, vbi verſionem ſuam ex illis emendare voluit. Habuit exemplum, quod poſſedit Caſaubonus, plurium diuerſorum animaduerſionibus repletum, de quibus Caſaubonus nihil memorat, adeoque aliena pro ſuis dediſſe arguitur. conf. Allgem. L. Z. a. 1791. m. Nou. pag. 353 ſqq. et a. 1793. m. Maio nr. 130. pag. 299. ſqq.

5. Eſt theſaurus ſubtilioris atque interioris eruditionis: in quo multa ſunt recondita, et capita ex antiquitate atque hiſtoria haud pauca pertractantur, multa veterum poetarum loca ſunt collecta, quae ab interitu et poſteritatis ignorantia diligenter ſeruauit Athenaeus, elegantioris antiquitatis atque venuſtatis ſcientiſſimus.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. III. pag. 630. ſqq. — *Bayle* diction. v. *Athenée.* — *Miſcell. Obſſ.* I. Tom. III. pag. 313. — *le Bel*, min. Tom. XXXI. hiſt. de l'Acad. des I. etc. pag. 99. ſqq. — *Caſpar Hofmann* in variarum lectionum libris ſex. Lipſiae 1619. 8. et *Toup* in Emendation. ad Suidam et Heſych. Londini 1790. 8. paſſim multa Athenaei loca corrigunt aut explicant.

Hermeſianax, poeta, qui vixit Philippi et Alexandri M. temporibus, ſcripſerat *elegiarum* tres libros, quos de amicae nomine *Λεόντιον* inſcripſit. Ex tertio *Leontii* libro partem ſeruauit *Athenaeus* lib. XIII. pag. 597. quod fragmentum repetiit atque egregie illuſtrauit *Ruhnken* in adpendice ad epiſtolam

lam II. criticam pag. 283. — Animaduerſiones criticas in illud fragmentum ſcripſit M. *Car. Dauid Ilgen*, (tum Rector ſcholae Numburgenſis in praeſenti vero Prof. linguarum orientalium in vniuerſitate Ienenſi,) Lipſiae 1790. 4. — Idem fragmentum aliaque multa poetarum fragmenta, ab Athenaeo conſeruata; aliorum praeter ea auctorum graecorum loca tentauit *Weſton* in libro, inſcripto: *Hermeſianax, ſiue coniecturae*, (quae vero ſaepe repugnare dicuntur ſermoni graeco, aut vſui loquendi, aut metro, interdum probabilitati,) *in Athenaeum atque aliquot poetarum graecorum loca, quae cum corriguntur et explicantur, tum carmine donantur. Auctore Stephano Weſton.* S. T. B. collegii Etonenſis in acad. Oxon. collega etc. *Londini* 1784. mai. 8. adde quae notaui in *Fabricii* B. Gr. vol. II. pag. 873 ſq. et *Saxii* Onom. liter. I. pag. 347. qui etiam pag. 345. ſq. de *Vlpiano*, incertae aetatis rhetore et Grammatico Demoſthenis, atque de *Doſitheo*, Magiſtro graeco, agit. — De *Vlpiano*, rhetore Antiocheno, et ſophiſta, iam ante Conſtantini tempora, adeoque ante a. Chr. 306. Antiochiae florente, de eius aetate, religione chriſtiana, num auctor ſit commentariorum in Demoſthenis etc. docte copioſeque diſſerit I. C. (h. e. *Io. Chapman*) in Obſeruationibus in commentarios vulgo Vlpianeos, praemiſſis *Ricardi Mountency* editioni Demoſthenis ſelectarum orationum etc. ed. 4. Londini et Etonae 1764. 8. Adde iudicium cl. *Wolfii*, Profeſſ. Halenſis, in commentariis ad orat. Demoſthenis Leptineam, pag. 210 ſqq. et quae ego notaui in *Fabricii* B. Gr. vol. II. pag. 828 ſqq.

Inſe-

ALEXANDER APHRODISIENSIS.

1. Vixit circa a. C. 204. etiam poſt Septimii Seueri imperatoris obitum.

2. Ex Aphrodiſiade, Cariae vrbe, *Aphrodiſienſis* cognominatus, Hermini et Ariſtoclis Meſſenii philoſophorum peripateticorum diſcipulus, adeoque ipſe purus peripateticus, qui placita Ariſtotelis cum aliorum philoſophorum ſententiis nec miſcuit nec comparauit: de deo tamen curaque dei prouida mitius ſenſit. Magna auctoritate et diſcipulorum, qui ab eo Alexandrei vocabantur copia, floruit. Peripateticam vero philoſophiam iuſſu Septimii Seueri et Antonini Caracallae, imperatorum, Athenis aut Alexandriae docuit, non, Romae. Praeter ea arti medicae operatus dicitur.

3. Multa ſcripſit, praecipue in varios Ariſtotelis libros commentatus eſt, de quibus in Fabr. B. Gr. cap. de Ariſtotele, vol. III. vberius diſputatum eſt, e. g. in primum priorum Analyticorum, (Fabr. pag. 215.) in Categorias, (Fabr. 211.) in Topicorum libros, (Fabr. pag. 217) in libr. meteorolog. qui tamen ab aliis abiudicantur huic Alexandro, (Fabr. p. 228 ſq. p. 231 ſq) in librum de ſenſu, (Fabr. pag. 237.) in libros metaphyſicorum: quamquam grauia proferuntur a viris doctis argumenta, quibus ad dubitandum impellimur, num illi commentarii Alexandrum Aphrod. vere habeant auctorem: v. plura ad Fabr. pag. 257. ſq. atque, *Buhlium* de commentator. gr. Ariſtotelis, tom. I. Opp. Ariſtot. pag. 292. vbi ille quoque pag. 287. ſqq. copioſe agit de *Alexandro Aphrod.* et *Alexandro Aegaeo*, cui illos tribuit Patricius etc. Praeterea

ea ſcripſit περὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν de fato, deque eo, quod in noſtra poteſtate eſt, de mixtione et temperatione corporum librum contra Stoicos; de anima libros II. phyſicorum ſcholiorum per dubitationes et ſolutiones libros IIII. ſub nomine eius circumferuntur comment. ſ. ſcholia in tres libros rhetorices Ariſtotelis, qui vero iuniori cuidam ſcriptori Chriſtiano, Conſtantino et Baſilio M. iuniori, ſunt adſerendi v. Fabr. pag. 221. Libellus autem de febribus ad Apollonium medicum atque problematum medicorum et naturalium libri II. ab aliis Alexandro Tralliano vindicantur.

4. *Alex. Aphrod.* libri II. *de anima et de fato*, vnus graece. cum praef. *Victoris Trincauelli*, medici; cum Themiſtii Opp. Venetiis, in aedibus hered. Aldi Manutii. 1533. fol. v. Serie dell' edizioni Aldine ed. II. pag. 65. — De fato cum Alex. Aphrod. quaeſtion. naturalibus Venet. 1536. -- correct. a *Io. Caſelio*, Roſtochii 1588. (al. 1558.) 4. — *Alex. Aphr.* ad imperatores de fato et de eo, quod noſtrae poteſtatis eſt. cui acceſſit *Ammonii Hermiae* in libri Ariſtotelis de interpretatione ſectionem ſecundam commentarius. Cum latina vtriusque verſione. Londini 1658. min. 8. Editor in praefatione, quae, ait, in Aldinis exemplaribus graecis truncata ſunt, aut quouis modo mutilata, partim ex Euſebio Εὐαγγελ. προπαρασκ. βιβ. ϛ, partim ex coniectura non vana reſtituimus; et verſionem perſpicuam magis, quam concinnam adiecimus. „ —— de fato liber, collatus et cum Euſebio et cum msto codice, latine, *Hug. Grotio* interprete, in *H. Grotii* opp. theol. tom. III. pag. 409. eiusdem philoſophorum ſententiis de fato, Paris.

Paris. 1645. 4. Amſtel. 1648. 12. — *Alex. Aphrod.* ſuper nonnullis phyſicis quaeſtionibus ſolutionum liber; it. *Plutarchi* amatoriae narrationes, lat. ex interpretat. *Ang. Politiani.* Baſil. 1520. 8. — — *Alex. Aphrod.* in ſophiſticos Ariſtotelis elenchos commentaria, Venet. ap. Aldum ſ. a. gr. fol. v. ſerie etc. pag. 154. — ibid. gr. cum V. L. ex quatuor codd. ap. Ald. 1520. fol. edente *Hercule Gyrlando*, — in priora analytica Ariſtot. commentaria gr. Venetiis ap. Ald. et Andr. Aſulan. ſocer. 1520. fol. — in priora analyt. Ariſtotel. comment. ibid. 1520. fol. — comment. in librum de ſenſu et ſenſibili, cum Simplicii comment. in tres libros Ariſtot. de anima. Venet. ap. Aldum, 1527. fol. vide Serie dell' ediz. Aldine. pag. 62. *Alex. Aphr.* in meteorologica et de mixtione cum praef. Aſulani ad Sadoletum. Venet. in aedibus Aldi et Andr. Aſulani ſoc. 1527. fol. v. Serie etc. pag. 62. — Problemata, gr. inter Ariſtotelis opp. Venet. apud Ald. 1497. fol. et cum Angeli Politiani operibus variis et aliis, ibid. 1498. fol. v. Serie etc. pag. 5. ſq. et pag. 8. — *Probl. Theodoro Gaza* interprete. cum quibusdam Ariſtotelicis, ibid. 1504. fol. tum ibid. 1513. fol. v. Serie etc. pag. 24 ſq. 35. — inter Opp. Ariſtot. per Sylburgium. Francof. 1585. 4. — Libellus de febribus, lat. *Georgio Valla* interprete, cum variis ſcriptis eodem illo interprete. Venet. per Anton. de Strata 1488. — per Simon. Papienſem dictum Bequilaquam, ib. 1498. fol. v. Fabr. B. L. med. et infim. aet. v. *Valla* tom. VI. p. 281. ed. Manſi. — Georgii Vallae, qui de auctore huius libri haud dubitare videtur, verſio adnexa Petri Aponenſis commentariis in problemata Ariſto-

Ariſtotelis, 1505. F. — et cum *Symphor. Campegii* opuſc. de claris medicinae ſcriptor. ſ. a. et l. — medicinalia problemata, graece. Paris. 1540. 12.

4. Conf. *Fabr.* B. Gr. lib. III. cap. 8. vol. III. pag. 460. m. edit. et libr. IV. cap. 25. vol. IV. pag. 62. ſqq. vet. edit.. *Fabric.* de ſcriptorib. de veritate relig. XI. cap. 2. pag. 146. ſq. — *Brucker* hiſt. crit. philos. vol. II. pag. 480 ſqq. *Hambergeri* Zuverl. Nachrichten tom. II. pag. 473. et kurze Nachricht. vol. I. pag. 544. *Halleri* bibl. anat. I. pag. 109 ſqq. et bibl. botanic. I. pag. 121.

§. 74
DIOGENES LAERTIVS.

1. Secundum *Ionſium* Libr. III. de ſcriptoribus hiſtor. philoſ. Cap. XII. §. 5 — 8. pag. 65. ed. Dornii, cuius ſententiam amplectitur cel. *Saxe* in Onom. lit. I. pag. 348. Diogenes, ſiue a patre, ſiue a patria, Laërte, Ciliciae oppido, Laërtius cognominatus, circa Septimii Seueri et Caracallae in primis aetatem floruiſſe cenſetur. *Heumannus* contra ad medium ſaeculum tertium ex hiſtoria philoſophiae eclecticae illius aetatem refert; idque probaturus eſt in Actis philoſ. Vol. I. pag. 322 ſqq. vbi copioſus eſt de Diogene Laertio, verſione prima lat. et edit. Meibom. hinc *Hamberger*, quem vide, in Zuverl. Nachr. Vol. II. pag. 564. aetatem Diogenis poſt annum Ch. 250. ponit: at Heumanni, quem ſequitur Bruckerus, rationibus grauia opponit argumenta *M. Gloeckner* in diſſ. de Potamonis Alexandrini philoſophia eclectica recentiorum Platonicorum diſciplinae admodum diſſimili, Lipſ. 1745.

pag.

pag. 16. qui putat, Diog. Laertium non ſcripſiſſe poſt Porphyrium. — *Dodwell* tamen in exercit. II. de aetate Pythagorae pag. 185. ſqq. qui multus eſt de Diogenis Laertii aetate, contra *Ionſium* disputans, putat, Laertium, quia eum neque Iamblichus, neque Porphyrius, Iamblichi praeceptor, memorant, non multo antiquiorem eſſe potuiſſe Conſtantino M. et aequalem fuiſſe Porphyrii, quem in notitia de Pythagora et Pythagoreis, Laertio longe anteponendum cenſet, ac Iamblichi, qui nihil debeant Laertio, ſed ex communibus fontibus, immo ex iis quoque, qui Laertio ignoti fuiſſent, hauſiſſe.

2. Biographus antiquorum philoſophorum ſcripſit de vita, placitis et acute dictis clarorum philoſophorum libr. X.

3. Prius integrum Diogenis opus in latinum ſermonem conuerſum prodiit, quam textus graecus excuderetur. Atque princeps latina editio *Foſſio* in catalogo codd. ſaec. XV. impreſſorum — in bibl. Magliabechiana tom. I. pag. 610. eſſe videtur *Diogenis Laertii de vita et moribus philoſophorum, Ambroſio Camaldulenſi interprete*, ſine a. typographi et loci indicio, partim in fol. min. partim vero in 4. mai. Ex epiſtola *El. Franciſci Marchiſii* praemiſſa aliisque argumentis coniicit, hanc recenſionem et impreſſionem, (vt ait,) huius operis *Romae* factam fuiſſe ante annum 1475. et quidem primis pontificatus Sixti IV. temporibus. In Audiffredi catal. edit. roman ſaec. XV. nulla illius editionis fit mentio. In catalogo quidem librorum Bolongaro - Creuennae part. IV. edit Amſterd. 1789. 8. pag. 215. ſq. illa copioſe diligenterſque deſcribitur; ſed exemplum illius orbatum

tum fuit II. plagulis, quae epiſtolam nuncupatoriam et philoſophorum indicem continent. — Illam edit. et verſionem recudi fecit *Nicol. Ienſon*, ita vt epigrammata quaedam et quosdam verſus, ab Ambroſio praetermiſſos, componendos curaret eique addendos, recenſente *Benedicto Brognolo*, *Venetiis*. 1475 *) fol. — rep. cum Ambroſii epiſtola, *Brixiae*, per Iac. Britannicum Brixianum, 1485. fol. — cum Brognoli et Ambroſii epiſtolis, *Venetiis*, impenſis Octauiani Scoti, 1490. in 4. — *ibid.* per *Pregninum* (ſic) *de Pasqualibus*. 1493 — *ibidem* impreſſ. per *Philipp. Pinzi*. ſumtibus Benedicti Fontana, 1497. min. fol. De his omnibus, iisque rariſſimis, editt. fuſius disputat *Foſſius* l. c. — Aliam edit. *Venet.* per Iac. de Ragazonibus 1495. ex cat. Hulſiano etc. memorat cl. *Lengnich* in Beyträgen zur Kenntniſs ſeltener — Bücher. part. II. pag. 124. Rectius Mittarellius in adpend. libr. ſaec. XV. excus. p. 139. *Bononiae* 1495. Ambroſii, (Trauerſarii) verſio etiam typis renouata eſt Lugduni ap. Seb. Gryphium 1546. 8. atque alibi et ſaepius. — Graece quidem particulae quaedam typis

*) De hac editione, vide *Mittarell.* in adp. libr. ſaec. xv. poſt eius catal. codd etc. p. 137. ſq. de Ambroſioque Trauerſario et Benedicto Brognolo ſiue Brugnolo, docte lateque diſſerit *Freytag* in Adparatu litterario, tom. II. pag. 793 — 798. Principem tamen ignorauit editionem. Ambroſii autem verſionem incomtam, rudem et fere barbaram, (quam tamen Meibomius retinuit in ſua editione,) valde culpant *Huet.* de claris interpret. lib. II. pag. 164. et *Roſſius* in praef. ad commentatt. Laert. adde *Baillet* Iugem. des Savans, tom. II. pag. 384. Amſterd. 1725. 4.

typis exſcriptae fuerunt, vt, Ariſtotelis atque Theophraſti vita, in edit. Ariſtotelis Aldina, 1495. fol. et cum Theophraſto, ibidem 1497. item Platonis ac Xenophontis vita horum operum editionibus praefigi ſolebat. — Integer demum Diogenis ex codice Aurigalli prodiit graece: *Διογένης* — *Diogenis Laertii de vitis, decretis et reſponſis celebrium philoſophorum libri decem, nunc primum excuſi.* Froben. Baſil. 1533. 4. cum praef. Hieronymi Frobenii et Nic. Epiſcopii. — Tum aliquoties graec. et latin. cum Ambroſii verſione, a multis mendis purgata, apud *Henr. Steph.* 1570. 8. cum illius adnotationibus et fragmentis Pythagoraeorum, in qua ed. tres Henrici textum et diligenter contulerunt cum codd. MSStis et frequenter reſtituere ſtuduerunt: — deinde correctius apud eumdem *H. Stephanum* 1593. 8. gr. et lat. addito *Heſychio* ill. de iisdem philoſophis et aliis ſcriptoribus, graece cum verſione lat. Adr. Iunii, cum Caſauboni in Diogenem notis auctioribus atque emendatioribus, quae prius ſeparatim prodierant ſub nomine *Iſaaci Hortiboni*, Morgiis 1583. 8. Stephanus in praefatione nonnullas in Diogenem conſcripſit obſeruationes. De vtraque edit. vid. *Freytag* adpar. litt. II. pag. 799. ſqq. — Haec editio recuſa eſt Colon. ſ. Geneuae Allobrog. 1615. 8. ita, vt quibusdam exemplaribus ſubiungeretur *Eunapius* de vitis philoſophorum et ſophiſtarum graece cum Adriani Iunii verſione lat. — Ope vetuſti et egregii cod. Farneſiani et aliorum textus eſſe dicitur longe emendatior in editione *Romana* 1594. fol. cum interpretatione *Thomae Aldobrandini* eiusdemque adnotationibus, quae vero vltra Leucippi vitam

vitam libro IX. haud procedunt, quoniam Aldobrandinus operi et labori immortuus eſt, eiusque patruelis, Petrus Aldobrandinus, vir purpuratus, editionem diu poſt auctoris obitum in lucem emiſit. — Haec Romana editio baſis illius, quae cum verſione et notis Aldobrandini, cum notis Iſ. Caſauboni et huius filii Merici, et commentario doctiſſimo *Aegidii Menagii*, codd. tribus bibliothecae regiae Pariſienſis et Florentino adiuti, Londini 1664. fol. lucem vidit. Menagius notas ſuas, vt Londini emendate ederentur, ſuo ſumtu typis fecit ſeparatim exſcribi, Pariſiis 1662. 8. atque exemplum miſit ad Io. Pearſonum. Mericus Caſaubonus inſeruit ſuis animaduerſionibus vitam Platonis, auctore Olympiodoro, cum verſione et notis Iac. Vindeti; atque Menagius vitam Ariſtotelis eousque ineditam ſuisque notis illuſtratam *). Nouiſſima et pleniſſima recenſio eſt: *Diogenis Laertii* — libri X. graece et latine, cum ſubiunctis integris annotationibus Iſ. Caſauboni, Th. Aldobrandini et Merici Caſauboni: Latinam Ambroſii verſionem compleuit et emendauit *Marcus Meibomius*. Seorſum excuſas Aeg. Menagii in Diogenem obſeruationes auctiores habet volumen II. Vt et eiusdem ſyntagma de mulieribus philoſophis; et Ioachimi Kuhnii ad Diogenem notas. Additae denique ſunt priorum editionum praefationes, et indices (Io. Clerici) locupletiſſimi, Amſtel. apud Henric. Wetſtenium 1692. 4. II. Voll. Fundus eſt ed. Roma-

Q 2 na;

*) De ſplendida illa et rara edit. multus eſt *Freytag.* l. c. pag. 802 — 807. Ariſtotelis vitam ex Diogene Laertio emendatam notisque inſtructam praemiſit *Buhle* tom. I. editionis Opp. Ariſtotelis.

na: Marcus vero Meibomius textum in ſegmenta diſtinxit atque in multis locis ex prioribus editionibus et MSStis Arundeliano atque Cantabrigienſi, a Thoma Gale collatis, emendauit. Figurae quoque XXIV. philoſophorum aeri eleganter inciſae ſunt. — *) Graecum textum et verſionem latinam huius editionis typis repeti fecit, et librorum capitumque ordinem melius diſſecuit, et indices adiecit locupletiores *Paullus Daniel Longolius*, Curiae Regnit. II. tom. 1739. 8. — Longoliana editio, omiſſis philoſophorum iconibus, graece et lat. typis nitidioribus repetita eſt *Lipſiae* impenſis Io. Pauli Krauſii, bibliopolae Viennenſis, 1759. 8. — *Diogenis Laertii* vita Pyrrhonis, graece cum vulgata verſione caſtigata, cum Sexti Empirici Opp. Paris. 1621. fol. pag. 481.

Praeſtans commentarius in libr. X. de vita Epicuri habentur Petri Gaſſendi animaduerſiones in X. librum Diogenis Laertii, qui eſt de vita, moribus placitisque Epicuri etc. Paris. 1646. Lugd. 1649. fol. et ſaepius. — *Obertus Giſanius* magnam vitae Epicuri partem n. epiſt. Epicuri ad Herodotum, (quae tamen acutis quibusdam viris ſuſpecta ſpuriaque eſſe videtur,) e Laertio graece deſcripſit et ſuae Lucretii editioni. Lugd. Bat. 1695. 8. pag. 235 — 251. ſubiecit. — Decimum librum de Epicuro ſeparatim ita edidit et adnotationibus doctis illuſtrauit *Carol. Nurnberger*, tum Venetiis commoratus, Norimbergae 1791. 8. vt primum integrum librum X. ex edit. Meibomiana gr. et lat. recudendam curaret, deinde a pag. 93. Epicuri epiſto-

*) De eius audacia critica conqueſtus eſt *Dauies* ad Cic. de N. D. I. 16. p. 49.

epiſtolam in capita diſtinctam, ex ſua recenſione cum variis lectionibus e duobus codd. D. Marci Venetis ductis et cum notis, quibus praecipue res et placita Epicuri explicantur, ſeorſim poneret, praemiſſa commentatione de nexu epiſtolae ad Herodotum, aliaque ſubiuncta de finibus philoſophiae Epicuri.

Verſionem *germanicam* Auguſtae Vindel. 1490 citat quidem *Mollerus* in Hypomnem. ad Morhofii Polyhiſt. tom. II. cap. I. pag. 3. ſed ſuſpecta eſſe videtur, nec a *Zapſio* in Augsſpurgs Buchdrucker Geſchichte etc. tom. I. pag. 97. viſa: ideoque omiſit eius mentionem cel. Panzer in A. T. I. vbi pag. 117. ſq. libros illo anno Auguſtae Vindel. excuſos enumerauit. — Vitam Xenophontis e Diogene germanice vertit et dedit *Goldhagen* in ſua Xenoph. hiſt. gr. verſione. — *Itali* eo frequentius in ſuam linguam transtulerunt Diogenem; atque nubem verſionum ab a. 1480 factarum excitauit *Paiton*. in biblioteca degli autori — volgarizzati, tom. I. pag. 292 — 300. — *gallice* verſus eſt a D. *Fougerolles*, Lugduni 1602. 8. a *Gilles Boileau* (fratre poetae,) Paris. 1668. et ab anonymo. Amſtel. 1758. III. part.

5. Diogenes maiorem praeſtitit voluntatem atque induſtriam, quam vim ingenii aciemque iudicii, aut adcuratae veteris philoſophiae cognitionem et critices vſum. Quare multos admiſit errores; neque ſcribendi genus placet eruditis. Interim tamen merita eius ſunt praeclara, quod de veteribus philoſophis multa diſputauit egregie, et innumeros veterum ſcriptorum hodie deperditorum locos ſeruauit nobis. Quapropter opus illius

cuilibet philoſopho et ingenii humani huiusque mutationis perſcrutatori non poteſt ſatis commendari.

6. Electa Laërtiana, ſiue locos communes philoſophicos e Laërtio digeſſit, et gr. ac latine edidit Guil. Denaldſonus Francof. 1625. 8. — Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 19. Vol. III. pag. 600. ſqq. vet. ed. — *Bruckeri* hiſtor. crit. philos. II. Vol. p. 622. ſqq. et Vol. VI. pag. 400. — *Sam. Battierii* Obſeruationes atque emendatt. in Diogenem Laertium, (in quibus maxime textum ed. Meibom. Amſtel. ſub examen vocat,) Euripidem, Hippocratem, Philoſtratum, Baſileae 1695. 4. *Eiusdem* manipulus Emendationum aliquot in Diogenem Laertium, diſſ. eius de mente humana ſubtextarum, ibid. 1701. 4. *Eiusdem* Obſeruationum et emendationum in Diog. Laertii libros continuatio cum notis quibusdam in Iulii Pollucis ὀνομαστικὸν, ibid. 1705. 4. et in Muſeo Heluet. part. XV. Turici 1750. 8. p. 321 — 378. — *I. Frid. Herel* animadu. crit. in Klotzii Actis liter. Vol. II. Part I. pag. 103. ſqq. et P. III. pag. 356, — *Ern. Frid. Neubaueri* defenſio lectionis vulgaris in Diogene Laertio et Suida de Chaldaeis in Perſia a Democrito auditis, Gieſae 1745. 4. — *Car. Chriſti. Woog.* progr. de libertate philoſophica, ad Diog. Laert. lib. V. 20. Lipſiae 1757. 4. — Inprimis et futuro editori et cuilibet litteraturae ac philoſophiae graecae ſtudioſo commendandae ſunt *Ignatii Roſſii* commentationes Laertianae, Romae 1788. 8. Quaedam tamen Roſſii emendationes reprehenduntur a cenſore in Ephem. litter. Gotting. a. 1789. plag. 130. pag. 1306

1306 ſqq. copioſius percenſetur liber a Laguna in Ien. Allgem. Litterat. Zeit. a. 1792. nr. 34. m. Febr, — add. *Gualt. Donaldſoni* ſynopſis locorum communium ex Diogene Laertio, Francof. 1612. 8. — *Chriſt. Aug. Heumanni* obſeru. critica ad Diogen. Laertium lib. VIII. §, 63. in nouis actis eruditor. a. 1737. pag. 41. 42. — *Chr. Godof. Grabneri* de Epimenide, Athenarum luſtratore, animaduerſiones antiquariae, ad Diogen. Laert. lib. I. cap. 10. §. 3. ſegm. 110. Miſenae 1742. 4.

§. 75.

AGATHEMER.

1. Quando vixerit, non omnino cognitum compertumque eſt: plerumque tamen a viris doctis Septimii Seueri temporibus alligatur.

2. Scripſit libros duo, lectu haud indignos, et nonnulla alibi haud obuia tradentes, ὑποτυπώσεων τῆς Γεωγραφίας ἐν ἐπιτομῇ: *Compendiariae Geographiae expoſitionum*, in quibus plurimum tribuit Claudio Ptolemaeo, vnde Dodwell in diſſ. de Agathemero, (praefixa II. tomo Geographiae veteris ſcriptor. graec. minor. ab Hudſono editorum,) pag. 142. ſqq. efficit, Agathemerum non multo iuniorem fuiſſe Ptolemaeo, nec admodum ab hoc remotum.

3. Editi ſunt primum e cod. Io. Iac. Chifleti cum interpretatione latina et notis *Sam. Tennulii*, Amſtel. 1671. 8. cuius editio aliquanto emendatior repetita eſt notulisque aucta ab *Iac. Gronouio* cum Scylace etc. in Geographicis Antiquis, Lugd. B. 1697, et 1700. 4. pag. 169. ſqq. — denique ab *Hudſono*, gr. et lat. cum ſelectis Tennulii et

Gronouii notis ſuisque, ita vt textus e cod. Sauil. et aliunde interdum reſtitueretur, inter Geograph. graecos minor. Tom. II. Oxon. 1703. 8.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. Libr. IV. pag. 38. ſqq. et in mea edit. vol. IV. vbi alia adnotaui.

§. 76.

CLAVDIVS AELIANVS.

1. Floruit circa annum Ch. 225. et diſtinguendus eſt ab Aeliano Tactico ad an. Ch. 130. Sed ſunt, qui *tres Aelianos* diſtinguant. Auctor libri, Hiſtoire critique de la Republique des lettres part. I. pag. 174. *Bochartus* in Hierozoico part. I. lib. II. cap. 46. p. 522. et cap. 55. pag. 627. part. II. lib. I. cap. 4. pag. 21. *Is. Voſſius* adpend. Obſeruatt. ad Pompon Melam, pag. 38. et *Val. Hermann Thryllitius*, medicus ciuitatis Geithayn. de Aelianorum, quorum monumenta ſuperſunt, aetatibus, in Miſcellan. Lipſiens. tom. IV. obſeru. 81. pag. 120. ſq. auctorem Hiſtor. natur. arbitrantur, et ex locis quibusdam colligunt, vixiſſe aetate Germanici, Alexandriae natum, et auctorem videri libri περὶ προνοίας *) atque alterius, in quo paſſim Epicuraeos perſtringebat, περὶ θείων ἐνεργειῶν, niſi hic idem cum ſuperiore περὶ προν. fuerit. Alterum vero Aelianum, parentem variarum hiſtoriarum, pontificem et ſophiſtam, Praeneſte natum, Tryllitius non vult cum Perizonio adfirmare, ſub Elagabalo

*) Fragmentum ex illo opere apud *Suidam* v. Φιλήμων emendat verſumque Euripidis ab Aeliano ibi citatum reſtituit *Valcken.* in adnotatt. ad Euripidis Hippolytum v. 1437. pag. 320.

balo in viuis fuiſſe, vel primis Alexandri Seueri imperatoris annis ſcripſiſſe; ſed temporibus Hadriani vel paullo poſt, videri illum Pauſaniae fuiſſe diſcipulum, et Athenaeum, qui poſt mortem Oppiani ſcripſit, vel cum hoc Aeliano ex eodem fonte hauſiſſe, vel hunc potius eſſe Aelianum ſequutum. Tacticorum auctorem a binis illis facit diuerſum, epiſtolarum vero, quae ſuperſunt Aeliani nomine, auctorem eumdem fuiſſe ſuſpicatur, qui variam nobis reliquit hiſtoriam. Contra *Henr. Valeſius* in Emendationum libro V. cap. I — XVI. pag. 121 — 133. primum contra C. Gesnerum oſtendit, (quod poſtea *Perizonius* in prolegom. operoſe demonſtrauit, et *Fabricius* in B. Gr. atque *Olearius* ad Philoſtratum lib. II. de vitis ſophiſtar. nr. 31. atque *Abr. Gronou.* in praef. ad Ael. V. H. confirmarunt,) Aelianum, cuius liber eſt de re militari, longe differre ab Aeliano ſophiſta, quem ſub Alexandro Seuero, non ſub Hadriano floruiſſe cenſet; tum euincere conatur, Aelianum ſophiſtam auctorem etiam eſſe librorum de animalibus et argumenta, quibus Tryllit. contrariam defendit opinionem, praeoccupauit ac refellere ſtuduit. Poſthaec multa Hiſtoriae de animalibus loca in ed. Gesner. tentat, corrigit illuſtratue. Quasdam autem Valeſii rationes examinat diluitque cl. *Schneiderus* in periculo critico in Anthol. Conſtantini Cephalae pag. 127 ſq. et p. 134 ſq. et monet firmatque Gesneri ſententiam, Aelianum auctorem hiſtoriae animal. multa capita verbotenus ex Oppiano vertiſſe et hunc innumeris locis *μεταφράζειν*, adeoque poſt Oppianum ſcripſiſſe. Nos quidem h. l. litem ſecundum neminem dirimamus nec Perizonii

argumenta in docta ad Ael. H. V. praefatione de Aeliani aetate, nec ea, quae Fabricius in B. Gr. diſputauit, pluribus repetamus.

2. Praeneſte *) Italus. Audiuit Pauſaniam rhetorem, et, vtut fines Italiae vix vmquam egreſſus eſſet, Graecorum tamen, graecaeque eloquentiae fuit amantiſſimus et peritiſſimus. In primis Nicoſtrati ſimplicem venuſtatem atque Dionis Chryſoſtomi dictionem imitatus eſt, et ſuauitatem Herodis Attici prae ceteris admiratus. Hinc magnam dictionis atticae facultatem atque elegantiam comparauit ſibi, et inter ſuos magnam obtinuit nominis famam. Quum enim ſe orationibus ſiue potius declamationibus imparem iudicaſſet, animum adpulit ad ſcribendum. Coelebs vltra ſexageſimum aetatis annum vixit.

3. Reliquit, (niſi vtrumque diſtinguere malis,) variae hiſtoriae libr. XIV. tum hiſtoriae animalium, ſiue de animalium ſolertia ac proprietatibus libros XVII. et fragmenta. Ad eum quoque referuntur Epiſtolae X. ex epiſtolis ruſticis, nominibus agricolarum Athenienſium, ſcriptis.

4. Varias hiſtorias primus graece edidit *Camillus Peruſcus*, cum commentario ex Heraclide de rebus publicis, Polemonis Phyſionomia, Adamantii Phyſionomia, Melampodis ex palpitationibus diuinatione et de Neuis, Romae 1545. 4. **) Peruſcus in dedicatione graece ſcripta ad Paullum III. pontificem nullam codd. aut aliorum ſubſidiorum facit mentionem. Inter ea et rara et haud contem-

*) Conf. *Suareſii* Praeneſtes antiquae lib. I. pag. 63. ſq. et pag. 276.

**) Conf. *Freytag.* adpar. litter. tom. I. pag. 217. ſqq.

temnenda eſt editio. — De Gesneriana ed. poſtea differemus. — Gesneri recens. in gr. textu ſequutus eſt, Vulteii tamen vers. latinam emendauit *Io. Tornaeſius* Lugd. 1587. 1610. poſtrema, vt in fronte dicitur, multo quam antehac emendatior cum paucis Is. Caſaub. coniecturis, 1625. etc. 12. Poſtea illae hiſtoriae ſaepius ſunt typis exſcriptae: paucis vero memorabimus editiones *Io. Schefferi* gr. et lat. cum illius notis et indice, Argent. 1647 8. tum ſecundis illius curis 1662. 8. — denique is tertium recenſuit hiſtorias trium codd. variis vſus lectionibus. Illo autem mortuo, editionem parauit *Ioachim Kuhnius*, qui notis Schefferianis doctas ſuas et Georg. Matth. Koenigii adiecit, orationem graecam et Vulteii interpretationem paſſim caſtigauit, fragmenta Aeliani collegit, atque indicem reddidit locupletiorem, Argent. 1685. 8. quae editio, melior facta, recuſa eſt, curante *Io. Henrico Lederlino*, Argent. 1713. 8. — Horum ſtudium ſuperauit diligentia et ſolertia *Iac. Perizonii*, qui contextum graecum ad varios codd. et primas edd. recognouit et caſtigauit, Vulteii interpretationem emendauit, et adnotationes vberrimas, eruditionis antiquariae, grammaticae et criticae pleniſſimas atque indices egregios addidit, Lugd. B. 1701 8. Neque tamen acutiſſimus graecaeque linguae ſcientiſſimus Perizonius omnium votis et deſiderio ſatisfacere potuit: atque Ruhnkenium, memini, multa in eius obſeruationibus criticis deſiderare. Kühnium vero Perizonio eſſe ſuperiorem et eruditione et ingenio, Hemſterhus. ad Lucianum aliquoties adfirmauit. De Kühnii tamen moribus et cuticulae ſtudio v. Vffenbachii vitam pag. XXIII.

tom.

tom. I. commercii Vffenbach. epiſtolaris. — Pleniſſima editio eſt, quam cum notis integris Conradi Geſneri, Io. Schefferi, Tanaquilli Fabri, Ioachimi Kuhnii, Iacobi Perizonii et interpretatione Iuſti Vulteii emendata, curauit *Abraham Gronouius*, qui et ſuas adnotationes adiecit, Lugd. Bat. Amſtelod. etc. 1731. 4. In conſtituendo graeco contextu ſequutus eſt Iac. Perizonium, a quo numquam diſceſſit, niſi codd. MSStis adiutus, et lectiones cod. Medicei atque Sluiskiani addidit. Geſneri notis curae illius ſecundae eousque ineditae acceſſerunt. — Scholarum vſibus adcommodata eſt editio, quam ſine notis; at indice copioſiſſimo inſtructam curauit *M. Chriſtoph. Kretſchmar*, Cruciani Dresdenſis Conrector, Dresdae et Lipſiae 1746. 8. Alter tomus, qui libros de natura Animalium complecteretur, lucem non vidit. — cum integro commentario Iac. Perizonii aliorumque virorum doctorum notis, Gronouiana nondum comprehenſis editione. Curauit editionem indicemque Graecitatis adiecit *Car. Gottl. Kuehn.* tom. I. II. Lipſiae 1780. mai. 8. — V. H. libri XIV. Halae. Saxon. 1793. 8. gr. ex recenſ. Kühnii et Lederlini: Gronouiana tamen edit. eſt comparata et lectiones, quas reſcripſerat Gronouius, in margine ſunt notatae. — V. H. gr. adnotationibus Iac. Perizonii in primis et aliorum ſelectis inſtructa. — cum praef. Schelleri. Curauit edit. notas ſuas *) indicesque adiecit *Gottl. Beniamin Lehnert*, Lipſiae 1793. II. tom. 8.

Libros

*) Quas L. ita immiſcuit Perizonii aliorumque excerptis, vt, quae cuiusque ſint, diſcerni nequeant.

Libros *de natura Animalium* primus edidit e codd. Conrad. Geſner. qui *omnia opera Aeliani* noſtri, cui etiam *Tactica* vindicarat, gr. ac lat. publicauit, Tiguri (1556.) *) fol. — Geſneri ed. fundus erat editt. vsque ad Perizonium reliquarum; eius igitur in *hiſt. animalium* textus etiam, ſed vitioſe expreſſus eſt in editione apud *Io. Tornaeſium*, Geneuae 1611. 12. Pleniſſima eſt editio — de natura animalium libri XVII. cum animaduerſionibus Conradi Geſneri et Dan. Wilhelmi Trilleri, curante *Abrah. Gronouio*, qui et ſuas adnotationes adiecit, Londini 1744. 4. Gronouius lectiones codicis Medicei in lucem protulit. Recuſa eſt haec editio Baſileae 1750. 4. et, vt nouos inueniret emtores, bibliopola Heilbronnenſis nouum tantum, quem vocant, titulum, ſiue epigraphen praefixit, quaſi noua videretur editio, Heilbronnae 1765. 4. — Recentiſſima et critica eſt: *Ael. de natura animalium lib. XVII.* gr. et latine cum priorum interpretum et ſuis animaduerſionibus, edidit *Io. Gottlob Schneider*, Lipſ. 1784. 8. Hiſtoria nat. et in notis et in excurſibus atque addendis, quae gr. textum excipiunt, frequenter explicatur. Idem tamen V. D. Auctarium emendationum atque adnotationum ad Aeliani de N. A. libros dedit tom. II. ad Reliqua librorum Frider. II. imperatoris de arte venandi cum auibus, et Alberti M. commentar. Lipſiae 1789. 4. — Idem de vſu et pretio horum

*) Hic annus non in fronte, ſed in fine dedicationis, ſaltem in exemplo, quod in manibus habui, eoque, quod *Clement* in Diction. critiq. tom. 1. pag. 61. recenſet, eſt notatus.

horum XVII. librorum Aeliani iudicauit, nimiasque Sanderi laudes ad aequam redegit aeſtimationem in libro periodico, germanice ſcripto, *Allerneueſte Mannigfaltigkeiten*, Berolini 1782. hebdom. 28.

Germanice varias hiſtorias vertiſſe dicitur *Gottfr. Sacer*, Sedini. 12. — Verſioni ſuae germanicae obſeruationes, a Perizonio potiſſimum mutuo ſumtas adiecit *I. H. F. Meinecke.* Quedlinburg. 1775. 8. et mutato tituli folio, 1787. 8. — De *gallica Formaei* (Formey) verſione gallica vide Klotzii cenſuram in Act. litter. vol. II. part. II. pag. 167. — Ad rariores *italicas* V. H. verſiones pertinet ea, quae confecta eſt a *Iac. Laureo.* Venet. 1550. 8.

Epiſtolae ruſticae, graece, in collect. epiſtol. graecarum Aldina, Venet. 1499. et in edit. Operum Gesneriana, denique, graece ac latine, ſed, omiſſo Aeliani nomine, in collect. Epiſt. graec. Iac. Cuiacii, Geneuae 1606. fol. pag. 417.

5. Aelianus fuit compilator; at in vtroque opere, quod quidem nec ingenii ſagacitatem, nec inſignem iudicii aciem prodit, multa collegit, quae lectorem et iuuarent et delectarent. In variis hiſtoriis ex Athenaeo haud pauca ad verbum deſcripſiſſe a quibusdam incuſatur: ex aliis ſaltem auctoribus ſua ſumſit mutua: in hiſtoriis animalium ex Ariſtotele aliisque plurima excerpſit: quaedam tamen noua a ſe obſeruata eſſe profitetur. Dicendi genus eſt facile atque perſpicuum.

6. Confer *Philoſtratum* de Sophiſtis Libr. II. cap. 31. — In illum Philoſtr. locum quaſi commentatus eſt *Melchior Schmid.* Prof. Gr. L. in vni-

uerſit.

uerſit. Helmſtad. in progr. de Cl. Aeliani V. H. libris quaedam traduntur, et ipſius Aeliani vitâ a Philoſtrato deſcripta exhibetur. Helmſtadii. 1671. 4. — *Fabricium* in B. Gr. Libr. IIII. Vol. III. pag. 696. ed. vet. — Emendationes et Obſeruatt poſtumas Th. S. ad Aeliani V. Hiſt. in Miſcell. Obſeruatt. Vol. II. Tom. I. pag. 148. ſqq. tom. II. pag. 249. ſq. vol. III. tom. 1. p. 83. tom. II. p. 236. — *D. C.* (Caroli Andr. Duckeri) in Ael. V. H. Obſeru. ibid. Vol. III. Tom. I. pag. 83. ſqq. et tom. II. pag. 236. ſqq. — *Erhard. Andr. Frommanni*, in Aeliani V. H. obſeruationes aliquot, Coburg. 1757. — *Saxii* Onom. lit. I. pag. 356. — *Sanders* Nachricht von Aeliani Beyträgen zur Naturgeſchichte, Carlsruhae in 8. et in *Meinecken* Neueſten Mannichfaltigkeiten, Part. I. Berolini 1777. *Georg. Alb. Hagendorn.* Simonidis ad Pauſaniae ſapiens dictum, Memento te hominem eſſe, ex *Aeliani* V. H. lib. IX. cap. 41. delineatum. Altdorfii 1680. 4. — Obſeruat. critique ſur un paſſage d' Elien H. V. lib. 1. cap, 12. in les Nouvell. de la Republ. des lettres, m. Nou. 1702. pag. 508. cum reſponſione Perizonii, gallice verſa, ibid. m. Ian. 1703. pag. 3.

§. 77.

DIO CASSIVS.

1. Natus eſt circiter a. v. 908. A. Ch. 155. denatus poſt annum Ch. 229. quo anno iterum conſul fuit.

2. Itidem cognominatur Cocceius ſiue Cocceianus, Nicaea, in Bithynia, et genere nobili ortus. Pater enim Caſſius Apronianus, Romam delatus in ſenatumque rom. lectus, praefuit primum Dalmatiae, dein Ciliciae, cum quo noſter in Cilicia verſatus eſt. Poſtea in Italiam venit, atque quum a pueritia ſe eloquentiae et ſcientiae ciuili ſe conſecraſſet, Romae non ſolum in foro cauſas egit, ſed etiam a Chr. 180. in ſenatum lectus eſt; et Praeturae atque Aedilitatis geſſit honores. Sub Pertinace, cuius gratia in primis floruit, Strategi prouinciam ſiue praeturam obtinuit: Sub Macrino A. C. 218. Smyrnae et Pergami praefecturam obtinuit ad ordinandum ſtatum harum duarum vrbium liberarum: Sub Alexandro Seuero, Mammaeae filio, a. Ch. 222. aut 223. abſens primum conſul creatus, et ſequentibus annis eſt proconſul in Africam, et deinceps in Dalmatiam et ſuperiorem Pannoniam miſſus. Redux factus quum a militibus Praetorianis, qui illius ſeueritatem diſciplinae militaris metuebant, ad necem expeteretur, ab imperatore, apud quem auctoritate cum primis valuit, non ſolum ab impetu militum defenſus et liberatus, ſed etiam a. C. 229. ſecundum conſul creatus eſt. At propter vim et metum militum Roma abfuit: tempore vero conſulatus exacto, rediit Romam, apud imperatorem in Campania commoratus. Quod pedibus laborabat, venia ab imperatore in patriam reuertendi impetrata, reliquum vitae ibi transegit.

3. Scripſit praeter alia, quae perierunt, aut falſo ei adtributa fuerunt libros LXXX *romanae hiſtoriae*, ab Aeneae in Italiam aduentu vsque ad an. Chr. 229. ſiue ad conſulatum ſuum ſecundum.

Mate-

Materiam illius collegit per decem annos; duodecim vero annos conſumſit in hiſtoria componenda. At dolendum eſt, illos non integros ad noſtram perueniſſe aetatem. Interciderunt enim libri primores XXXV. praeter fragmenta quaedam, quae Fuluius Vrſinus in Excerptis de legationibus, et Henricus Valeſius in Excerptis ex Collectaneis Conſtantini Auguſti Porphyrogenetae vulgarunt. Fragmentum quoddam pars libri XXXV. habetur, ſed iure ad librum XXXVI. refertur. A libro XXXVI. vsque ad librum LIIII. Caſſius integer exſtat, praeter lacunas quasdam, quas in libro L. Iac. Gronouius e cod. Florentino expleuit. Liber LV. magnam quoque habet lacunam. Reliqui vsque ad LX. ſunt a quodam in epitomen redacti. Librorum a Pompeio M. ad Alexandrum Mamaeae, epitomen fecit *Ioannes Xiphilinus*, Trapezuntius, qui ſub imperatore Michaele Duca ſaeculo XI. vixit. Nuper quaedam, praecipue in libris LXXVIII. et LXXIX. e cod. Vrſini, ſunt Dioni reddita. *Nicolaus Carminius Falconius* amiſſa Dionis reſtituturum ſe promiſit, et diu illuſit viros eruditos; at poſtquam Dionem edere coepit, ſtatim perſpectum eſt, Falconem particulis quibusdam, quae ad Plutarchum pertineant, at in Excerptis Vrſinianis et Peireſcianis perperam Dioni tributa eſſent, deceptum, ex nonnullis Plutarchi et Zonarae, Dionis compilatoris, libris centonem turpem conſuiſſe. v. *Reimari* praef. ad vol. I. pag. XV. XX ſqq. et vol. II p. 1538. ſqq.

4. Princeps editio eſt *Roberti Stephani*, ex vnico eoque mendoſo codice deſcripta, graece, Lutetiae 1548. fol. Additae ſunt criticae animaduerſiones — *Henricus Stephanus*, patris ſui editionem

ſaepius correctam cum Xylandri interpretatione latina, (quae cum huius notis Baſileae apud Oporinum, 1557, quo quidem anno, Cal. Nou. ſcripta eſt praefatio, aut a. 1558. fol. et Lugd. 1559. 8. lucem adſpexerat,) typis recudi fecit, 1592. *) fol. in meo exemplo deeſt Xiphilinus, quem cum translatione Blanci et Stephani caſtigationibus additum eſſe, ſcribunt Fabricius et Reimarus — Editio *Wecheliana*, quae Ioan. Leunclauium, iam 1593. mortuum, tamquam editorem in fronte mentitur, quum tantum eius notae criticae, verſioni latinae *Xylandro - Leunclauianae*, apud heredes Wechelii, Francofurti 1592. 8. additae, in hanc edit. receptae fuiſſent, preſſe ſequitur contextum a Stephano conſtitutum, at vitiis typographicis commaculauit, Hanou. 1606. fol. — De *Falconii* vanitate atque oſtentatione iam ſupra diſſerui: is vero primum tantummodo tomum edidit inſcriptum:

Q. Caſſii Dionis Cocceiani romanae hiſtoriae ex eius octoginta libris, tomus primus continens priores libros viginti et vnum: ab vrbe condita vsque ad V. C. annum DCX poſt euerſam Carthaginem et Corinthum. Nunc primum detectos, reſtitutos concinnatosque, et noua fere verſione et perpetuis ſuis, variorumque notis auctos, Neapoli 1747. fol. at confer: Tre lettere del Signor Marcheſe Scipione Maffei. La prima ſopra il primo tomo di Dione nuovamente venuto in luce etc. Veronae 1748. 4.

Idem

*) Annus 1592 in meo exemplo diſerte expreſſus eſt: eſt tamen Reimarus bis ſcripſit, exc. eſſe a. 1591.

Idem *Falco* antea ediderat, *Caſſii Dionis* romanae hiſtoriae vltimos libros tres repertos et reſtitutos ſtudio ſuo, Romae 1724. 4. At nihil noui protulit, quod non iam dediſſent Fuluius Vrſinus in Excerptis de Legationibus, Antwerp. 1582. 4. et Henricus Valeſius in Excerptis Peireſcianis, Paris. 1634. 4. aut Xiphilinus. *) Multos Dionis hiatus ad libri L. Dionis initium pertinentes ex praeſtanti cod. ſuppleuit *Iac. Gronou.* in ſupplementis lacunarum in Aenea Tactico, *Dione Caſſio* et Arriano de expeditione Alex. M. Lugd. B. 1675. 8. pag. 41 — 159. — Praeſtantiſſima et locupletiſſima eſt editio, quam Fabricius et Reimarus, editionum, codd. aut collationum MSS. aliorumque virorum doctiſſimorum emendationum copia, reliquisque ingenii, eruditionis et hiſtoriae praeſidiis inſtructi curarunt Hamburgi, 1752. fol. Noua eſt recenſio. Vt vero lectores videant, quid praeſtitum ſit, epigraphen libri hic dabimus:

Caſſii Dionis Cocceiani hiſtoriae romanae, quae ſuperſunt, Vol. I. quod complectitur fragmenta librorum I — XXXV. cum annotationibus maxime Henr. Valeſii: libros XXXVI — LIV. integros cum annotationibus *I. Alberti Fabricii* ac paucis aliorum. Graeca ex codd. MSS. et fragmentis ſuppleuit, emendauit, latinam verſionem Xylandro-Leunclauianam limauit, varias lectiones, notas doctorum et ſuas cum apparatu et indicibus adiecit *Hermannus Samuel Reimarus*, Hamburgi 1750. fol. —

*) Adde Lips. acta erudit. 1726. p. 435. et a. 1746. pag. 322 ſq. Iourn. des Savans d' Italie a. 1748. Amſterd. 1749. 8. p. 697 ſqq. Reimari, Quirini et Maffei epp. in vol. II. ed. Reimari p. 1545. ſqq.

Vol. II. quod complectitur libros Dionis LV — LX. paſſim mutilos et breuiatos, cum annotationibus Io. Alb. Fabricii et nonnullis aliorum. Libros item Dionis LXI — LXXX ex compendio *Io. Xiphilini*, cum annotationibus *Hermanni Sam. Reimari*, qui et vbiuis fragmenta reperta ſuis locis inſeruit, varias lectiones et annotationes ſubiecit, verſionem caſtigauit, apparatum annotationum et emendationum cum indice graeco et latino adiunxit, Hamb. 1752. fol. Addidit Reimarus commentarium de vita et ſcriptis Dionis. Conf. noua acta erudit. a. 1746 pag. 321. ſqq. Relationes de libris nouis, Gottingae, tom. I. faſcic. III. pag. 32 ſqq. et faſcic. IV. pag. 437 ſqq. *Fabricii* vita a Reimaro ſcripta pag. 203 ſq. 215 ſq. 273. 228.

De *italicis* Dionis Caſſii verſionibus vide *Paitoni* biblioteca degli Autori — volgarizzati, tom. I. pag. 300. ſqq. et *Reimar.* tom. II. pag. 1543. quibus addes Abb. *Viuiani* vers. quae coepit 1790. 4. — *Gallice* verterunt *Claud. Roſerius* ex italico Nic. Leoniceni, Paris. 1542. fol. — et orationes XI. *Franc. Belleforeſtus*, cum multis aliis Graecorum Latinorumque orationibus franco-gallice verſis. Paris. 1572. fol. recus. 1588. fol. — *Germanice*, cum permultis adnotatt. *Abrah. Iac. Penzel*, Lipſiae 1786. mai. 8. melius *Io. Auguſtin. Wagner*, Conrector gymnaſii Martisburgenſis. Francof. ad Moen. 1784 — 1786. VI. voll. 8.

5. Dio noſter laudatur ab his; culpatur ab illis. Laudi ei tribuitur, quod tempora diligenter adnotauit, fontes optimos ſectatus, res ipſas cum iudicio et ad vſum fructumque ciuilem digeſſit, arcana imperii et obſeruauit et expoſuit, denique in de-

deſcribendis comitiis, magiſtratuum conſtitutione aliisque ad ius publicum romanum ſpectantibus fuit adcuratus. Polybium, et in ſententiis, narrationibus et concionibus Thucydidem ſtuduit imitari, Atque Tillemontius, apud Fabricium, eum Herodiano atque Zonarae praefert. At multa, partim vere, partim ſpecioſe, in eo reprehenduntur. Dicendi enim genus, aiunt cenſores, quo vtitur, oratori potius quam hiſtorico aptum eſt atque adcommodatum. Alii tamen, et in primis Photius, eius dictionem omnemque orationem mirifice laudant. Partium illis videtur ſtudioſus, hinc quorumdam imperatorum ſordidus adulator, quorumdam nimium vituperator; iniquus in Ciceronem aliosque viros egregios; homo ſuperſtitioſus, nimius in prodigiis et vaticiniis commemorandis, multisque rebus leuioris momenti enarrandis. Quaedam Xiphilinus ei iam obiecit; nemo tamen, quantum equidem ſcio, tot paene conuiciis opprobriisque Dionem conſectatus eſt, quot (Schirachius) in hiſtoriſchen Zweifeln und Beobachtungen, Part. I. Halae 1768. 8. ab epiſtola quarta vsque ad vndecimam noſtro ingeſſit, Dionem cum aliis comparando. Multa ingenioſe beneque probat, Dionisque fidem ſaepe imminuit et valde ambiguam reddit adfectamque, atque Herodianum longe anteponit. Quidquid eſt, Caſſius ad intelligentiam antiquitatis, reipublicae et imperii romani valde vtilis et fructuoſus erit. Sed de virtutibus, naeuisque hiſtoriae ſtilique Dionis candide intelligenter et plene disputat, Dionem in nonnullis defendit atque excuſat, aliorumque de eo

iudicia colligit *Reimar.* in fine vol. II. 1539 — 1542.

6. Confer *Pope-Blount* Cenſuras etc. pag. 194. vbi multorum de noſtro iudicia tam dextra, quam ſiniſtra, aequa et iniqua, congeſta ſunt. — *Fabricii* Biblioth. gr. Libr. IV. cap. 10. Vol. III. pag. 319. ſqq. ed. vet. — *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 527. *Saxii* Onomaſt. I. pag. 357. — *Reiskii* Animaduerſ. ad graecos auctores, Vol. I. Lipſiae 1757. 8. pag. 1. ſqq. — *Klotzii* diſſ. pro M. T. Cicerone aduerſus Dionem Caſſium et Plutarchum, Goerlicii 1758. 4. alia *Boecleri*, *I. Seobaldi*, *Fabricii*, *Reimari*, *Quirini*, patris purpurati adfert Reimar. vol. I. p. 1544. adde Beyträge zur Hiſtorie der Gelahrheit etc. part. III. Hamburgi, 1749. 8. p. 63. ſq.

7. *Xiphilini* Epitome primum prodiit Lutet. 1551. 4. typis regiis cura *Roberti Stephani.* Exemplo meo a docta manu adnotatt. vt plurimum hiſtoricae in margine adſcriptae ſunt. — tum gr. et lat. apud H. Stephan. Paris. 1552. 4. 1592. fol. In hiſtoriae auguſtae ſcriptoribus gr. et latin. apud eumdem, 1564. 8. IV. Voll. — in romanae hiſtoriae ſcriptoribus graecis minoribus, opera *Frid. Sylburgii*, tomo III. Francof. apud Wechelii heredes 1590. fol. Sylburgius cod. MS. Palatinum et varias doctorum obſeruationes contulit, ſuasque et Xylandri notas adiecit. Verſiones enumerat *Reimarus* tom. II. pag. 1543. et 1544. qui ipſe vol. II. inſeruit *Xiphilini* epitomen.

§. 78.

§. 78.
APSINES.

Vixit circ. a. Ch. 236. imperante Maximino, Gadarenus Phoenix. Scripſit artem rhetoricam et περὶ τῶν σχηματισμένων προβλημάτων, qui libelli recepti ſunt in corpus Rhetorum graecorum, Venetiis apud Aldum 1508. fol. pag. 682. ſqq. et 727. ſqq. vide *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. IV. pag. 459.

§. 79.
HERODIANVS.

1. Floruit circa a. Ch. 238. Cl. *Wolf.* in narratione, pag. XXXIII. coniicit, eum circiter a. v. 923. a. C. 170 natum, et a. v. 993. a. Ch. 240 mortuum eſſe, et Romae, ſi non natum, certe aliquam partem vitae egiſſe. Diuerſus vero eſt ab Herodiano, Dyſcoli filio, de quo ſupra iam egimus. Noſter in publicis officiis ſe verſatum eſſe, ipſe teſtatur Libr. I. cap. 2. fin.

2. Res ab imperatoribus romanis geſtas ab obitu M. Aurelii vsque ad initia principatus Gordiani III. Aug. Libr. VIII. expoſuit, ab ineunte a. Ch. 180. vsque ad medium a. 238.

3. Saepius editi ſunt illi libri: nos vero potiores, quae potiſſimum manus doctorum hominum medicas expertae ſunt, aut rariores et recentes editiones recenſebimus. Quinque autem numerari poſſunt claſſes, per quas memorabilis mutatio lectionis facta eſt. Agmen duxit Aldus; tum nouam claſſem conſtituit H. Stephanus; tertiam Syl-

burgius; quartam editor Ingolſtadienſis, quintam Wolfius. Sed Herodiani hiſtoriam, antequam graece edita eſſet, *Politianus* latine, et vero eleganter venuſteque ſed liberalius et ita vertit, vt vim ſententiarum auriumque latinarum ſubtilitatem potius ſequeretur, quam litterarum graecique ſermonis fidem, alia omitteret, alia adderet aut mutaret: de cuius opera in vtramque partem disputatum eſt. Eius autem verſio ſaepius, et quidem primum ſeorſum, deinceps graeco quoque contextui adiuncta, eſt edita. Primum lucem vidit *Romae*. At enim duplicem Romanam edit. refert *Mittarelli* in adpend. ad codd. msst. St. Mich. Venet. col. 192. et 192. Priorem ſine a. l. et typographi mentione in fol. charactere romano et nitido; et poſteriorem, quae in calce habet — *Angelo Polliciano* (ſic) *interprete*, *Romae impr.* d. XX. Iun. 1493. fol. et quidem, quod nemo alius notauit, cum *graeco textu*; additque: „in hac *ſecunda* editione poſt textum graecum, et ante nuncupatoriam Politiani ad Innocentium pp. altera ipſius epiſtola ad Andr. Magnanimum, ſcripta ex ruſculo Feſulano pridie non. Mai. a. ſal. 1493. in qua nominat Alexandrum Sartium Bononienſem conciuem Andreae Magnanimi.“ Prioris, quae ſi eſt, editionis, paginarum nota, omni titulo in prima aduerſa, quae pura eſt, pagina, et vllo indicio in fine deſtitutae exemplar integrum venuſtumque eſt in bibliotheca Erlangenſi academica. At haec num prima fuerit editio, ſubdubito; nam in auerſa primi folii parte eadem Politiani epiſtola ad Magnanimum, prid. non. Mai. 1493. ſcripta, et poſt illam nuncupatoria ad Innocentium legitur. Contra

pars

pars maioris operis aut plurium opuſculorum poſt primam edit. anno ſuo ſignatam vulgatorum eſſe videtur. Nam primum fol. in infima pagina ſignaturam *L.* et vltima folia *R.* habent. Splendidi nitidique exempli Opp. Politiani, Venet. ap. Ald. 1498. fol. et verſionis Herod. vberiorem notitiam dedit *Freytag* in adpar. litt. I. p. 666. ſqq. Tum ſubdubito, num graecus ille textus ad rom. editionem pertineat: atque vereor, ne folia textus gr. ex alio exemplo atque alia editione abſciſa alteri, vti putabat Mittar. editioni fuerit praefixa. Neque *Audifredus* quidem in catal. editt. roman. ſaec. XV. pag. 325, vbi ed. a. 1493. recenſetur, neque *Foſſius* in catal. bibl. Magliabeck. tom. I. col. 766. ſqq. vbi eadem et Bononienſes editiones copioſius indicantur, *duplicem* iſtam edit. multo minus additum textum gr. agnoſcunt. Neque occurrunt in catal. Pinelli, (vbi plures edd. indicantur tom. II. p. 35. ſq.) et Haarwodio - Pinelliano conſpectu edd. gr. ac. lat. neque apud Maittarium in aliisque, quos conſului, libris certam deprehendi duplicis rom. editionis nedum illius, cui praefixus dicitur textus graecus, notitiam. Quid quid eſt, *Politiani* verſio non multo poſt recuſa eſt *Bononiae* per Platonem de Benedictis 1493. fol. *) et *ibidem eodemque anno* per Bazalerium de Bazaleriis. 4. — Eadem verſio, cui accedunt Sexti Aurelii Victoris, Eutropii, et Pauli Diaconi hiſtoriae, Florent, opera et ſumtu Phil. Iuntae. 1517. mens. Mart. in 8. In catal. bibl. Menken. I. pag. 139 dicitur *graecus* textus

*) Conf. *du Bure* bibliogr. inſtruct. Hiſtoire, tom I. p. 603. ſq. *Goetzii* memor. bibl. Dresdens. tom. III. p. 67. ſq.

textus eſſe additus: ſed fides ſit penes auctorem illius catalogi. Nullam equidem illius textus *graeci* mentionem factam vidi in *Bandini* annal. Iuntin. typogr. part. II. pag. 117. Immo vero ex epiſtola Anton. Francini Varchienſis praemiſſa, cuius particulam reddidit Bandinius, contrarium adparet. Diſertis enim verbis ſcribit Francinus: „*quare quum Herodiani a Marci principatu hiſtoriam, ab Angelo Politiano — latinitate donatam, quam emendatiſſimam emittere vellem* etc.“ Tum in catal. bibl. Pinell. haec editio inter eas, quae verſionem tantum latinam exhibent, locum occupat. Reliquas illius verſionis Politiani editiones hic commemorare non vacat.

Princeps *graeca* editio certa, at multis operarum vitiis inquinata, eſt *Aldina* cum Xenophontis omiſſis, Georgii Gemiſti ſ. Plethonis ἑλληνικοῖς et ſcholiis ad Thucydidem, *Venetiis* in Aldi Neacademia, 1503. fol. — Repetita eſt illa, nouis vitiis aucta, et in altero tomo addita Politiani verſione latina, *Venetiis* in aedibus Aldi et Andreae Aſulani ſoceri, 1524. 8. v. *Clement* Biblioth. curieuſe etc. tom. IX. pag. 436 ſq. not. et ſerie dell' ediz. Aldine, ed. II. pag. 22 ſq. et 59. ſq. — Repetita eſt gr. Aldina, gr. Louan. apud Theod. Mart. 1525. 4. Quibusdam exemplaribus adhaerere videtur, ſeorſim poſita, Politiani verſio. — Nonnullis mendis ſublatis, aliis autem foedis denuo illatis, prodiit e recenſione Aldi Herodianus, gr. Baſileae apud Io. Walderum 1530. 12. — Ibidem cum verſione Politiani lat. apud Henr. Petri a. 1535. 1543. 1549. per *Io. Houberum*, (quae integrior et caſtigatior e codice Io. Phriſii Tigurini exiiſſe, et ſua

ſingulis

ſingulis libris argumenta primum adiecta dicuntur in praefatione, v. *Clement* l. c. p. 437. not.) in 8. et 1563. 4. (al. 8.) – *Herodianus* cum *Xiphilino* receptus eſt in *Rob. Stephani* collectionem hiſtoriae rom. ſcriptorum, Paris. 1544. 8. IV. voll. et correctior in altero vol. collectionis eorumdem H. R. ſcriptorum paullo plenioris, ab *H. Stephano* editae, 1568. 8. IV. voll. — Nouam lucem textui graeco e cod. adfudit, ex collatis prioribus exemplis et vetere ſuo libro certas correctiones in contextum recepit, lacunas aliquot expleuit, interpunctionem refinxit, verſionem Politiani emendauit, lectiones et emendationes adſcripſit et II. priores libros *Zoſimi* ex cod. Leunclauii huiusque verſione ſubiecit *Henr. Stephanus* in nitida accurataque, neque tamen a nouis vitiis plane immuni editione, inſcripta: *Herodiani hiſtor. lib. VIII. cum Angeli Politiani interpretatione, et huius partim ſupplemento, partim examine Henr. Stephani: vtroque margini adſcripto. Eiusdem H. Stephani emendationes quorumdam graeci contextus locorum et quorundam expoſitiones. Hiſtoriarum Herodianicas ſubſequentium libri duo, nunc primum graece editi. Exc. H. Stephanus.* a. M.D.LXXXI. (1581.) 4. De qua, hodie rara, editione v. *Clement* l. c. pag. 433. ſq. *Denis.* memorab. bibl. Garellian. pag. 524 ſq. in primis *Wolf* in narratione de Herodiano pag. 63 ſqq. — Steph. editio vitioſe recuſa eſt Lugduni 1611 et 1624. 8. — *Sylburgius* lectiones Stephan. interdum deſeruit, ſuis et Steph. notis addidit A. Schotti, qui ei quoque miſerat collationem codicis, obſeruationes et coniecturas, et Errici Memmii duorumque aliorum Profeſſorum Pariſienſium animad-

aduerſiones in tomo III. ſcriptorum hiſt. rom. minorum. Francof. ad Moen. 1590. f. — Pleraſque Stephani emendationes et veras et dubias falſasque in textum admiſit editor *Ingolſtadienſis* 1593. 8. et 1608. 8. — Commoda eſt editio, capitibus diſtincta, cum notis tum criticis, ex Stephano aliisque potiſſimum excerptis, tum in primis hiſtoricis *Io. Henr. Boecleri*, Argent. 1644. 8. recuſ. at vitiis typogr. oppleta 1662. et 1672. 8. quibus poſterioribus edd. acceſſit index graecus *Balth. Scheidii* copioſiſſimus, in quo etiam de varietate et veritate lectionis interdum disputatur. — libri VIII. recogniti et illuſtrati, Oxoniae 1678. 1699. 1704. 8. gr. et lat. — Editio Stephani, cuius quoque emendationes in textum receptae ſunt, aut Londinenſis a. 1639. 8. eſt fundus. Textui ſubſtratae ſunt notae breues Stephani, Memmii, Sylburgii et editoris, qui praecipue Herodianum cum aliis ſcriptoribus hiſtoricis contulit. — gr. et lat. per *Io. Patonum*, Edinb. 1724. 8. — Ex Oxonienſi edit. a. 1704. fluxit Baſileenſis, apud Io. Schweighäuſer, 1781. 8. — Emendate ad exemplum Stephan. curata eſt edit. Halae Sax. 1759. 12. ſeparatim addita Politiani verſione. — Nouam editionem cum Bergleri interpretatione paraturus erat *I. Frid. Leisnerus*, quondam Rector ſcholae Thomanae Lipſienſis; at, illo a. 1767. fatis intercepto, *Theoph. Guil. Irmiſch*, Gymnaſii Plauiani Rector, ſuſcepit laborem, atque Herodianum e recenſione H. Stephani cum varietate lectionis codd. Vindobonenſis, Bauarici ac Veneti, cum noua Bergleri verſione et variorum, in his Reiskii ac Leisneri, ſuisque omnino quidem doctis, et accuratam linguae gr. ſcientiam

tiam atque incredibilem induſtriam teſtantibus; at modum excedentibus moleſtisque notis atque excurſibus edere coepit: vol. I. excuſum eſt ſumtu Schwickerti, Lipſiae 1789. mai. 8. — vol. II. quod demum continet lib. II — IV. cap. 15. ib. 1790. Quando et num reliqui tomi, editore nuper mortuo, lucem adſpiciant, incertum eſt. — Commodior et partim critica eſt *Feldhaknii*, Magiſtri Deſſauienſis, edit. cum notis germanicis et indice graeco - germanico, Lipſiae 1791. 8. — Nouiſſimam et omnino criticam curauit *Wolfius*, Profeſſor Hal. vir ſagaciſſimus graeceque doctiſſimus. *Herodiani hiſtoriarum libri octo, graece. ex recenſione Frid. Aug. Wolfii. Textui ſubiecta eſt argumentorum et annorum notatio et praemiſſa notitia litteraria.* Halis, in libraria Orphanotroph. 1792. 8. Ipſe editor in docta praefatione, in qua de multis locis critice et grammatice agitur, pag. IX. ait, hac ſua editione textum centum ferme locis mutatum, et totidem etiam locos emendatiores, quam antea factos eſſe. In notitia de aetate, ingenio vitaque et ſtilo Herodiani, et codd. atque editt. intelligenter diſſerit.

Germanice verterunt Herodiani hiſtoriam *Hier. Boner*, ex Politiani verſione, Auguſtae Vindel. 1532 fol. Francof. ad Moen. 1565. 8. Hamburgi. 1660. 8. *Schwarzkopfius*, Francof. ad M. 1593. fol. *Menantes*, h. e. Zopfius, Halae 1719. 8 *Georg Aug. Detharding*, ex danica Holbergii verſione, Hafniae et Lipſiae 1742. 8. — *Io. Ge. Cunradus*, Francof. ad M. 1784. — *Italice Laelius Caranus*, Venet. 1552. 8. anonymus, Florent. apud Iuntam 1522. Venet. per Gregor. de Gregori 1524. 8.

1552.

1552. 12. *Gallice Io. Colinus*, Paris. 1541. 8. *Iac. Vintemillus*, Lugduni 1554. fol. *) *Boiſguilbertus*, Paris. 1675. 12. Optime *Nic. Hubert de Mongault*, Paris. 1700. 1712. et 1745. 8. — *Danice* Bar. Ludou. *Holberg.* 1753. 8. et antea. — *Belgice Petr. Rabus*, Roterod. 1683. 8. — *Anglice:* The Heir Apparent: or, the Life of Commodus; the ſon and ſucceſſor of the good M. Aurel. Antonin. Emperour of Rome. Translated from the Greek of Herodian etc. Londini 1789. 12.

4. Hiſtoricis bonis, nec vero optimis adcenſendus eſt Herodianus, notabiliora tantum in tabula veluti propoſiturus, qui fidem in primis et libertatem retinuit: in Alexandro tamen et Maximino fides vacillare minus recte videtur Capitolino et quibusdam criticis, qui praeter ea diligentiorem temporum notationem, et quod multa ſcitu digna, homines quosdam inſigniores et res in pace geſtas omiſit aut leuius notauit, in eo deſiderant. Dictione vtitur non putida et adfectata; ſed clara, perſpicua et iucunda, nec eloquentiae caret laudibus, praecipue in concionibus, quas more aliorum hiſtoricorum immiſcuit, et quarum multae ab breuitate, acumine et ſententiarum grauitate commendantur. Latinitatis, quam aut vſu aut certe lectione cognitam habuit, veſtigia hinc inde adparent. Atque *Boecler* in praefatione ad ſuam editionem, *Schirachius*, (vide ſupra §. 78. nr. 5.) aliique eum Dioni Caſſio praeferunt.

5. Con-

*) Maittaire in A. T. III. pag. 783. et in indic. v. *Herod.* citat editt. Paris. apud. Fed. Morel. 1581. 4. et exemplum, quod habuit annum 1580. et aliud a. 1599.

5. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. VII. Libr. V. pag. 11. ſqq. — *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 541. Pro Herodiano dixit et ſpecimen dedit verſionis Bergleriariae, *I. Frid. Leisner* in proluſione de Herodiano Herodianique verſione Bergleriana, Lipſ. 1761. 4. — *Zanetus* ac *Bongiouannus* in indice bibliothecae graecae S. Marci, Venet. 1740. fol. contulerunt cod. MS. cum ed. Stephani vsque ad dimidium Cap. XII. Libr. IV. atque farraginem variarum lectionum ſatis amplam exhibuerunt. Has ſub examen vocauit, atque alias obſeruationes, quae tum ad emendandum, tum ad explicandum Herodianum valere poſſent, addidit *Fridericus Andreas Stroth*, in quinque Speciminibus animaduerſionum in librum I. — III. Herodiani, Stolbergae ad Hercyniam 1776. et 1777. 4. deinceps Gothae — 1780. 4. — Idem *Stroth* in philolog. bibl. vol. I. Lipſiae 1779. 8. pag. 160 ſqq. dedit varias lectiones cod. Vindobonenſis Herodiani. — *Tan. Faber* in Epiſtol. Salmur. 1659. 4. part. I. pag. 254. aut in edit. II. a. 1674. part. I. pag. 244 ſqq. (praemiſſa quoque Herodiano Boecleri,) XIV. locos Herodiani emendauit. — Leues ſunt *Pauli Voit* in Herodiani Marcum et Commodum imperatores notae, Vltraiecti 1645. 12. — *Fr. Gedicke* coniecturae criticae ad Herod. in *D. F. Stoſchii* muſeo critico. Lemgou. vol. II. faſc. II. — De Politiani verſione v. *F. O. Menken*, in vita Angeli Politiani pag. 150 ſqq. etc.

6. Inſeratur

AMMONIVS, Alexandrinus, cognomine *Saccas*, quod iuuenis ſaccis portandis victum quaeſiuiſſe dicitur, recentiorum Platonicorum auctor, cuius

fama

fama magna fuit, etiam ab adoleſcentibus, nouitatem illius diſciplinae mirantibus, profecta. Nam dixiſſe, fertur, ſe ex diuerſarum ſectarum placitis vnum quaſi philoſophiae corpus confecturum, et Platonem cum Ariſtotele in concordiam redacturum. Sed negat id cl. *Meiners* in Beytrag zur Geſchichte der Denkart der erſten Iahrhunderte nach Chriſti Geburt, in einigen Betrachtungen veber die neu-Platoniſche Philoſophie. Lipſiae 1782. 8. pag. 13 ſqq. Praeceptor fuit Plotini, (v. *Porphyrium* in vita Plotini cap. III. in Fabr. B. Gr. IV. cap. 26. pag. 96. vol. IV. ed. vet. *Ammian. Marcell.* XXII. 16.) Origenis vtriusque, Herennii, Longini et aliorum. Is vero ne cum aliis eiusdem nominis confundatur, cauendum eſt, et ab aliis iam praeceptum. Conf. *Saxii* Onomaſt. II. pag. 352. *Hamberger l.* cit. II. pag. 562 ſq. *Fabric.* l. c. pag. 159 ſqq. et pag. 179 ſqq. vbi plures *Ammonii* enumerantur: tum Bayle, Ruhnken, Ammonium, in praeſenti theologum Erlangenſem, aliosque, quos ego ad Fabr. B. Gr. in cap. de Platonicis et Peripateticis, vol. III. pag. 161. et pag. 460 ſq. laudaui.

Illius quoque diſcipulus ORIGENES deorum cultor, diuerſus ab *Origene Adamantio* chriſtiano, eſt memoratu dignus: de quo docte agit *Ruhnken* in diſſ. de Longino, §. V. pag. 9 ſqq. ed. II. Longini libro a Toupio curatae praefixa: adde *Fabricii B. Gr.* vol. IV. pag. 97. et 159 ſq. ed. vet. item vol. III. nouae edit. pag. 180 ſq. *Moshemii* diſſ. de turbata per Platonicos eccleſia §. 7 ſqq. et hiſtoriam ſaec. II. chriſtiani §. 27 ſqq.

§. 80.

§. 80.

PLOTINVS.

1. Natus a. Ch. 205. obiit A. C. 270.

2. In lucem editus eſt Lycopoli in Aegypto. Alexandriae Ammonium Saccam philoſophum per vndecim annos audiuit. Tum cum imperatore Gordiano, ad philoſophiam Perſarum atque Indorum perſpiciendam, in Perſiam profectus eſt: illo vero circa Meſopotamiam interemto, Antiochiam non ſine periculo vitae euaſit: vnde venit Romam, vbi et docendo et ſcribendo magnam nominis famam conſequutus eſt. In nonnullis fuit Platonicus, (quare imperatorem Gallienum, cuius gratia floruit, quamquam incaſſum, rogauerat, vt collapſa quaedam in Campania vrbs reficeretur, eaque cum circumiacente regione Plotino ſuisque amicis tradita, Platonis legibus et rationibus regunda ſibi permitteretur,) in nonnullis vero Eclecticus: praecipue Platonicam philoſophiam cum Pythagorica coniunxit. (v. *Meiners* Beytrag etc. paullo ante laudat. p. 13. 16. 69. 89. etc.) In ſumma celebritate atque auctoritate vixit et philoſophatus eſt. Curam vero valetudinis plane neglexit, philoſophiae ſtudio et commentationibus perpetuis vnice vacans; quae quidem pertinacia illi mortem contraxit miſerabilem. Nam in anginam paullatim incidit, atque vis morbi omnia corripuit membra, ita vt manus et pedes vlcerarentur et tandem abirent in putredinem. Quo facto, ab amicis, praeter vnum Euſtochium, derelictus ex vrbe deceſſit, et in Campaniam deductus eſt in agrum Zethi, veteris diſcipuli, fatis iam functi, a cuius

heredibus ei neceſſaria ſuppeditabantur. Mortem quum ſentiret adpropinquantem, ad Euſtochium dixit: „Equidem iam adnitor, quod in nobis diuinum eſt, ad diuinum ipſum, quod viget in vniuerſo, adiungere,“ hisque dictis animam efflauit. Inter diſcipulos adſeclasque, quos multos habuit, qui magiſtri ſui placita et deliria per totum fere orbem romanum diſſeminarunt, eminuit Porphyrius, qui Plotini vitam expoſuit, eius opera recenſuit atque in ſex Enneades diſtribuit. Plotinus enim, quum nullam ordinis, elegantiae, perſpicuitatis atque dictionis rationem haberet in conſcribendis libris, hos curae atque diligentiae Porphyrii commiſit, qui ea, quae Plotinus commentatus eſt, in ordinem redegit, expoliuit et forſan ſuis opinionibus locupletauit.

3. Opera Plotini primum ex interpretatione *Marſilii Ficini*, cum huius argumentis et commentariis prodierunt Florentiae 1492. *) rec. Saligniaci 1540. et Baſileae 1559. — Vnica vero graeca proſtat editio: *Plotini operum philoſophicorum omnium libri LIV.* in ſex enneades diſtributi ex antiquiſſimorum (quatuor) codicum fide nunc primum graece editi, cum latina Marſilii Ficini interpretatione et commentatione. Baſileae, ad Perneam Lecythum 1580. fol. Nonnullis exemplis Baſileenſis editionis nouum titulum praefixum praeferre annum

*) Conf. *Corſi* commentar. de Marſilii Ficini vita, ab Ang. Mar. Bandinio editum, Piſis 1771. 8. pag. 40. ſq. *Ficini* argumenta, commentaria et adnotatione, ſine verſione Plotini, exſtant quoque in editione Ficini Operum, Baſil. 1561. fol. vol. II. nr. 3. pag. 1537 ſqq. v. Corſi vitam etc. p. 76.

annum 1615. impenſis Ludouici Regis, tradit Fabricius.

Cl. *Villoiſon* in anecd. graec. tom. II. pag. 225. ſqq. duas, quaſi eousque ineditas Plotini disputationes euulgauit e codice. Enimuero cum idem vir humaniſſimus in commentat. de triplici theologia myſteriisque veterum, inſerta Baronis de Sainte — Croix Memoires pour Servir à l' hiſtoire de la Religion ſecrete des anciens Peuples. Paris 1784. 8. agnouit errorem; tum in primis *Fried. Chriſt. Grimmius*, Ricobaco - Variſc. in comment. qua Plotini de rerum principio Ennead. III. lib. VIII. cap. 8 — 10 animaduerſionibus illuſtrauit. Lipſiae 1788. 8. animaduertit, illas a Villoiſonio editas, iam ineſſe in editis; priorem quidem ex Ennead. IV. lib. IV. cap. 30. vsque ad finem libri; poſteriorem e pluribus particulis iam vulgatis fuiſſe cognitam Initium illarum eſt typis repetitum et comparatum cum edito textu graeco ac Ficini interpretatione atque fragmento ab Villoiſonio edito, ſaepiusque emendatum atque ex aliis Plotini locis eiusque cogitationum connexione illuſtratum.

4. Plotinus, etiamſi ſua aetate vnice fere floruiſſet, ſummusque habitus eſſet philoſophus, (neque enim ipſi defuit acumen iudicii), apud poſteros tamen ob multas captioſas, aniles, nimis abſtruſas, atque perplexas opiniunculas, et ob ſummam ſtili incuriam atque obſcuritatem, paucos reperit editores, aut qui eius ſomnia placitaue magni aeſtimaſſent.

5. Conf. *Io. Heinr. Feuſtking* diſp. de tribus hypoſtaſibus Plotini. Witteberg. 1694. 4. — *Ionſium* de ſcript. hiſt. phil. III. c. 16. pag. 89. ed.

Dornii. — *Fabricium* in B. Gr. Libr. IV. cap. 26. Vol. IV. pag. 91. ſqq. qui Porphyrii vitam Plotini hinc inde caſtigatam inſeruit: — *Brucker*. hiſt. crit. philoſ. Vol. II. pag. 217. ſqq. atque in adp. ſiue vol. VI. pag. 368. et quos laudant *Hamberger*. in Z. N. II. pag. 607. atque *Saxe* in Onomaſt. liter. I. pag. 367. cl. *Tiedemann* Geiſt der ſpekulatiuen Philoſophie, tom III. Marburg. 1793. 8. cap. X. pag. 263 — 433.

§. 81.

De SIXTO II. ſiue XYSTO, Athenienſi, qui ex mente quorumdam ex Philoſopho Epiſcopus romanus Stephani a. Ch. 257. ſucceſſor factus et eodem anno interfectus eſt, et ad quem Enchiridion ſententiarum ſ. *annulum*, ſaepius editum, vulgo referunt, aliis licet diſſentientibus, v. *Hamberger*. Z. N. Tom. II. 588. ſqq. atque in primis *Fabricii* B. Gr. Vol. XIII. pag. 645. ſq. (in m. edit. vol. I. pag. 870 ſqq. vbi plura contuli.) *Saxe* in Onom. lit. I. pag. 370. ſq. qui multos laudant vtriusque ſententiae patronos. ac *Iuſt. Fontaninum* in Hiſtoria litter. Aquileienſi, Romae. 1742. 4. p. 308. ſqq.

§. 82.

CALLINICVS, Rhetor et Sophiſta, ſiue ex Syria ſiue ex Arabia petraea oriundus, imperante Gallieno, circiter an. Ch. 260. Romae docuit, et *de Romae laude* ſcripſit. Romam vero, qui non viderit, eum tantam facere ait iacturam, quantam coecum, cui ſolem adſpicere non liceat. Fragmentum ſupereſt, quod reperitur in Leon. Allatii Excer-

Excerptis rhet. et ſophiſt. pag. 256. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. pag. 412. ſq. *Ionſium* de ſcript. hiſt. philos. lib. III. cap. 14. §. 5. pag. 89. ſq.

§. 83.

In idem tempus incidiſſe videtur aetas MINVCIANI, rhetoris Athenienſis, qui ſcripſit de ſedibus argumentorum. Graece legitur in Rhetor. graecis, Venet. apud Aldum 1508. p. 731. — gr. et lat. cum verſione latina et caſtigationibus *Laur. Normanni*, Vpſal. 1690. 8. cum Alexandro et Phoebammone, eodem Normanno editore. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. pag. 460. ſq. *Ionſium* l. in ſuperiore paragr. laudato.

§. 84

DIONYSIVS CASSIVS LONGINVS.

1. Natus eſt a. C. 213. interiit a. Ch. 273.

2. Quam habuerit patriam, non omnino certum eſt. Eum tamen Athenis primam lucem adſpexiſſe, a probabilitate propius abeſſe videtur. v. *Suidas* in φρόντων, *) Tom. III. pag. 634. *Ionſius* de

S 3

*) Hic *Phronto*, Emiſenus, Athenis ſub Seuero, imperatore, rhetoricam docuit. Multa ſcripſiſſe dicitur teſte Suida. Is a Langbaenio, aliisque vitae Longini enarratoribus et *Rualdo* in Plutarchi vita cap. 5. etc. male confunditur cum *M. Cornel. Frontone*, M. Antonini Philoſophi in latinis litteris magiſtro. Ex eius ſorore, Phrontonide, natus eſt Longinus. v. *Ed. Corſin.* in Plutarchi vita §. v. *Ruhnken* in diſſ. de Longino §. 3.

de ſcriptor. hiſt. philos. III. 14. §. 4. pag. 89. Quod adultus cum parentibus multas regiones vrbesque adiit, Athenis, Romae, et aliis locis doctiſſimum quemque audiuit philoſophum et rhetorem, cum primis Ammonium Saccam atque Origenem, quorum tamen philoſophandi rationem non per omnia probabat, diutius ſectatus, philoſophia autem Platonica prae ceteris delectatus eſt. Poſtea vero quam litteraturae antiquae, criticae atque eloquentiae ſtudio ſe totum tradidit: ingenii felicitate adiutus tantam nominis celebritatem adeptus eſt, vt ſpirans bibliotheca ac viuum Muſeum ab *Eunapio* in vita Porphyrii pag. 23. diceretur *), eique Athenis, vbi non modo philoſophiam, vti *Valeſio* ad Euſeb. H. E. VI. 19. et de Crit. I. 17 placuit, ſed etiam *Ruhnkenio* in diſſ. de Longino §. VIII. et IX. demonſtrante, artem criticam ac grammaticam docuit, de veteribus et libris iudicandi permitteretur poteſtas. Poſtquam Athenis magnam vitae partem exegiſſet; in orientem abiit, et nominis atque eruditionis fama ſibi conciliauit fauorem Zenobiae, Orientis reginae, quae, poſt Odaenathum, regem Palmyrenorum, maritum ſuum occiſum, imperium capeſſiuit et protulit. Illa igitur Longinum, cuius doctis confabulationibus delectaretur et cuius opera vteretur tum in addiſcendis litteris gr. tum in formandis liberorum animis moribusque, Palmyram euocauit, atque, perſpecta illius prudentia et ſagacitate, poſt imperium ſuſceptum omnia cum eo miſcuit conſilia: quod quidem noſtro fuit perniciei. Zenobia enim ab Aureliano impe-

*) Conf. vero *Tan. Fabrum* ad Longin. π. ὑ. ſect. III. pag. 18. ed. Tollii.

imperatore victa captaque, vt vitam tueretur, Longinum, tamquam participem atque auctorem ſuorum conſiliorum, prodidit victori, qui eum ſtatim occidi iuſſit. v. *Vopiſcum* in vita Aureliani, 27. et 30. *Zoſimum* I. 56. Neque tamen in vltimo vitae diſcrimine grauitatem et dignitatem philoſophi depoſuit, vtpote quum et ipſe ſupplicium ſubiret fortiter, et reliquos ad illud raptos ſolaretur.

3. Multos conſcripſit libros, quos recenſet *Ruhnken* in diſp. §. XIV. at dolendum eſt, plurimos, praecipue librum, *οἱ φιλόλογοι* *) inſcriptum, in quo veteres claſſicos auctores recenſuit, ab iniquitate temporis fuiſſe abſumtos. Commentarii in Platonis Phaedonem et Timaeum fragmenta quaedam Proclus ſeruauit: praeter ea ab Hephaeſtionis ſcholiaſte, qui Longini ſcholia in Hephaeſtionis enchir. quae in MSS. ſuperſunt, exſcripſit, Porphyrio aliisque quaedam Longini fragmenta ab interitu ſunt vindicata. Benignior fuit fortuna libro *περὶ τοῦ ὕψους*, ſiue *de ſublimi orationis genere:* quamquam is quoque miſere truncatus ad nos peruenit.

4. Editiones, de quibus Heinecke et Morus copioſe periteque egerunt in praefationibus ſuis, libri aurei de ſublimitate potiores ſunt. Princeps eſt *Franciſci Robortelli* Baſileae. Praefatio ſcripta eſt Pataui nonis Aug. 1554. 4. graece, apud I. Oporinum, quae plerumque bonas lectiones habet et cum optimo codice Pariſino conſentit. — Sequuta eſt edit. a *Paullo Manutio* 1555. 4. curata,

*) Hoc eſt, *variae eruditionis* ſtudioſi, de quo inſigni opere, cuius liber XXI. laudatur, praeclare lateque diſſeruit *Ruhnken* in diſp. laudata. §. X.

graece. Manutius loca veterum ſcriptorum, quae Longinus memoriter laudarat, ideoque a vulgata lectione vt plurimum diſcedit, ad editiones ipſorum ſcriptorum refinxit, atque ita veram codicum Longinianorum lectionem exſtirpauit. Manutianam recenſionem cum nonnullis immutationibus, notatis praeter ea ſegmentis repetiit *Franciſcus Portus*, qui *Longinum* vna cum Hermogene et Aphthonio edidit Geneuae. 1570. 8. in generaliori titulo, collectioni praefixo, annus 1569 notatur. Haec editio fons fuit reliquarum vsque ad Tollianam et Pearcianam, nimirum *Gabrielis de Petra*, Coloniae 1612. 12. cum verſione Petrae; tum *Gerardi Langbaenii*, gr. et lat. Oxoniae 1638. (ap. Heineck. a. 1636,) 12. cum illius notis copioſis; porro *Tanaquilli Fabri*, gr. et lat. cum eius notis et coniecturis, Salmuri 1663. 12. — Nouam quandam inſtituit recenſionem *Iac. Tollius*, Traiecti ad Rhen. 1694. 4. gr. et lat. Quinque contulit codd. ſuperiorum editorum aliorumque animaduerſionibus addidit ſuas, et haud paucas doctorum virorum coniecturas in textum recepit. In fine adiecit gallicam Boilauii vers. cum eiusdem, ac Dacierii ſuisque notis gallicis. — Tollii recenſionem ſequutus eſt *Hudſonus*, qui notarum editionis Tollianae ſummam tantum indicauit, fragmenta, a Tollio collecta, auxit, et alia addidit ornamenta, indicemque vtilem adiecit, gr. et lat. Oxon. 1710. 8. rec. 1718. et 1730. 8. gr. et lat. Edinburgi, 1733. 12. Longini ſoſpitator dici poteſt *Zachar. Pearce*, qui ex codd. et prima editione veram Longini lectionem reſtituit, latine vertit, notas addidit, Londini

dini 1724. 4. *) Splendida eſt editio, quae, quoniam emtores deterrere facile potuit, poſtea ab *Pearcio*, quibusdam in contexto mutationibus et acceſſionibus factis, iterum Londini 1732. 8. tum 1743. 8. 1752 8. Glasguae gr. et lat. 1751. 1763. 8. 1773 4. — Londini 1773. 8. vulgata eſt. — Tum Wetſtenius editionem Pearcii ita fecit recudi Amſtel. 1733. 8. vt textus ipſe totus ad priorem Pearcii exprimeretur recenſionem, (operae enim illum iam abſoluerant ante alteram editionem conſpectam;) alterius vero editionis mutationes et acceſſiones ad calcem notarentur: primum quoque e bibliotheca Is. Verburgii acceſſit *Fr. Porti* commentarius — (de quo vide Toupii praefat.) — Altera illa recenſio fundus eſt et illius, quam *Carolus Henricus Heinecke* cum verſione et notis ſuis germanicis, in quibus res potius, quam verba explicuit, Dresdae 1748. 8. curauit, et eius, quam diligentiae ſtudioque elegantiſſimi *Mori*, Profeſſoris Lipſienſis, debemus. Is enim Longinum cum ſelectis aliorum ſuisque animaduerſionibus edidit nouamque egregiam verſionem atque fragmenta adiecit, Lipſiae 1769. 8. Idem vir poſt fata adhuc celeberr. ſeparatim edidit egregium ſpicilegium, huius ſententiae: Libellus animaduerſionum ad Longinum, ſcr. *Sam. Fr. Nathan. Morus* etc. Lipſiae 1773. 8. vbi primo de notione et poteſtate ſublimitatis eleganter disputat; tum multa Longini loca retractat, aut vberius explanat. — *Longin.* de ſublim. gr. lat. et ital. per Abb. *Anton.*

S 5 *Franc.*

*) Conf. Acta erudit. Lips. 1727. m. April. n. 3. Bibl. ancienne et moderne, tom. 23. part. I. nr. 3.

Franc. Gorium et gallice per Boilauium, Veronae 1733. 4. — graece: adiecta verſione gallica, cum praefat. vice commentarii, cura *P. Caroli Lancelot*, e congregat. S. Mauri, Ratisbonae, 1775. 8. — gr. cum verſione Pearcii latina, et auctis fragmentis, e noua recenſione *Toupii*; cuius critica doctaque editio inſcripta eſt: *Dionyſii Longini quae ſuperſunt*, gr. et lat. Recenſuit notasque ſuas atque animaduerſiones adiecit *Io. Toupius*. Acc. emendationes Dauid. Ruhnkenii. Oxonii edit. altera e typogr. Clarendon. 1778. 8. et 4. Praefationem excipit erudita *Ruhnkenii* diſſ. philol. de vita et ſcriptis Longini, primum Lugduni 1776. 4. ſcripta et ventilata. conf. bibl. critic. Amſtel. part. III., Amſtelod. 1778. 8. pag. 32 ſqq. — Gallica *Boilauii* verſio eſt quoque cum Obſeruatt. *Io. Boiuinii* in les Oeuvres de Boileau, Amſterdam 1729. fol. tom. II. pag. 1. ſqq. In iis etiam pag. 77. ſqq. ſunt Boil. XII. criticae animaduerſiones in nonnulla Longini loca, et pag. 117. *Euseb. Renaudot* ad decimam in Longinum animaduerſionem aliaeque Renaudoti, Clerici, de la Motte iudicia et obſſ. Huc etiam pertinet reſponſio aut criticae notae in Nic. Boileau Despreaux libell. auct. de *St. Evremont*, in Mélange curieux de Pieces attrib. à Charl. de S. Denis, Sieur de St. Evremont, Amſterd. 1726. 8. tom. I. pag. 471. — Anglice verſus eſt Longinus a I. P. S. G. Oxon. 1661 — et 1698. a *Welſtedio*, Londini 1724. — *Belgice* a P. *le Clercq*. Amſterd. 1719. 8. — *Germanice*, praeter Heineckium mem. ab *Io. Georg. Schloſſer*, cum animaduerſion, Lipſiae 1781. 8. — Longino, por Cuſtodio Joſé, *de Oliveira*, Lisboae, 1771. 12.

.5. Li-

5. Liber eſt elegantiſſimus et vtiliſſimus, quem *Dan. Heinſius* de conſtitutione Tragoed. cap. 17. pag. 218. tragico poetae ediſcendum putauit. Platonis dictionem in primis amaſſe videtur Longinus, eamque ſaepius feliciter expreſſit. Subtiliter, copioſe et cum ſenſu animi disputauit de ſublimitate, ita vt ipſe iuſto ſublimius, audacius, atque ornatius interdum diſſereret. At de illius virtutibus non minus quam vitiis neminem ſcio, qui plenius, adcuratius et venuſtius iudicaſſet, quam Morus in praefatione ſua, Ruhnken in diſſ. §. XII. ſq. ac Boilauius in praef. ad verſionem gallicam ſecerant. Denique me propter nobile illud de Moſis ſcriptis iudicium *) Longinum fuiſſe ſemichriſtianum a Caſaubono ad Vopiſc. cap. 30. pag. 512. nondum adduci potuiſſe, vt crederem, lubenter profiteor.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. IIII. pag. 435. ſqq. vet. ed. — *Bruckeri* hiſt. crit. phil. Tom. II. pag. 214. ſqq. — *Henr. Leonhardi Schurzfleiſchii* comment. qua Longinum περὶ ὕψους ad fidem codd. a Tollio omiſſorum recenſuit, notisque e ſchedis fratris ſui, Conradi Samuelis, auxit, Wittebergae 1711. 4. — *I. A. Mich. Nagel*, Profeſſ. Altdorf. diſput. in iudicium Longini de Apoſtolo Paullo, Altdorfi 1772. Inter fragmenta Longini eſt quoddam, in quo Paulli mentio fit ſecundum vulgarem lectionem: id, tamquam pannum, a Chriſtiano quodam adſutum, abſciderunt plurimi: Nagelius tamen iſtud adſerit Longino. Illud fragmen-

*) Conf. *Huetii* examen huius dicti in *Clerici* bibl. ſelecta, tom. X. pag. 211. ſqq. et in *Boilauii* opp. gallic. tom. II. pag. 115.

mentum illuſtrat quoque et corrigit *Ruhnken* ad Rutilium Lupum pag. 88. — adde *Saxii* Onom. liter. I. pag. 371. — II. diſputt. *Auguſti Lebrecht Wilke*, ὕψος ſcriptorum diuinorum e Longini excelſa diſciplina expenſum, Witteberg. 1758. — *Heinecke* in praefatione ad ſuam editionem de vita, ſcriptis et editionibus Longini copioſius diſputat. — *Io. Guil. Bergero* praeſide, diſſ. M. Io. Steph. Pilarici, de delectu Longini, Wittebergae, 1712. 4. — *Chriſtph. Wollii* diſſ. de eo, quod ſublime eſt in his Moſeis verbis γενέσθω φῶς ad Longin. π. ὑ. ſect. Θ. Lipſiae 1735. 4.

§. 85.

DEXIPPVS, HERENNIVS, dux Athenienſium, rhetor et hiſtoricus, vixit ſub Claudio II. ſiue Gothico circa. a. Chr. 268. Varia eum ſcripſiſſe, teſtantur Photius, Cod. 82. et alii apud *Fabricium* in B. Gr. Libr. V. Vol. VI. pag. 230. ſqq. *Eclogae* quaedam ſeruatae ſunt in Excerptis de legationibus, ab Hoeſchelio Auguſt. Vindel. 1603. 4. graece publicatis.

§. 86.

ACHILLES TATIVS.

1. Incertae aetatis ſcriptor. *Saxio* in Onomaſt. liter. I pag. 372. ſub Claudio II. circ. a. Chr. 268. vixiſſe videtur, quoniam in Iſagoge ſua nullius, Hypſicle, recentioris Aſtronomi et Mathematici meminit. Enimuero illam non habemus integram. Atqui Weidlerus Fabricius, et Mitſcherlich eius aetatem in tertium quartumue ſaeculum incidiſſe ſuſpi-

ſuſpicantur, et Boden eum recentioris adhuc eſſe aetatis, et poſt ſaeculum quartum floruiſſe poſt Muſaeum, cuius plura loca imitatus eſſet, ex ſcribendi ratione et ritibus, qui libello amatorio inſunt, iſtius temporis coniicit. Alii aliter. v. Schrader praef. ad Muſaeum pag. 17. Sed ex mutua imitatione eroticorum nullum validum duci poterit argumentum.

2. Quam incerta eſt aetas; tam incognita reliqua eius vita. Si Suidae ſub voc. Ἀχιλλεὺς fides eſt habenda: primum fuit idolorum cultor; tum caſtra Chriſtianorum ſequutus, ad dignitatem epiſcopi euectus eſt. Fuit Alexandrinus, rhetor, aſtronomus et ſcriptor eroticus, atque ante religiones ſuperſtitioſas eiuratas ſcripſiſſe videtur.

3. Concinnauit librum *περὶ σφαίρας*, cuius pars hodie exſtat ſub hac epigraphe: *ἐκ τοῦ Ἀχιλλέως πρὸς ἰσαγωγὴν εἰς τὰ Ἀράτου φαινόμενα*; et libros VIII. *de amoribus Clitophontis et Leucippes.*

4. Fragmentum Iſagoges primus vulgauit *Petrus Victorius*, graece, cum Hipparcho et aliis, Florent. 1567. fol. dein graece et lat. *Dionys. Petauius* in Vranologio ſuo, Paris. 1630. fol. rec. Amſtel. 1703. fol.

Libros eroticos primus latinos fecit et emiſit in lucem *Annibal Cruceius*, Baſil. 1554. 8. tum e cod. Palat. cum Crucei verſione edidit *Io. Commelinus*, graece et lat. Heidelberg. 1601. 8. cum Longi Paſtoralibus et Parthenio, — tum paullo quidem melius, at nimis properanter, *Claudius Salmaſius*; Lugd. B. 1640. 12. Plures ille codd. aut horum collationes habuit, et tantam deprehendit lectionis varietatem, vt non dubitaret, duas olim

olim ἐκδόσεις illorum librorum ab ipſo Achille prodiiſſe. Ego vero cum Bodenio putem, codd. illos inter ſe diſcrepantes, ex duobus fontibus, altero puro, altero, incuria aut librarii aut eius, qui verba dictaret pluribus, corrupto fluxiſſe. — Tertia recenſio bonaque editio eſt *Beniamin Gottlieb Laurentii Boden*, Profeſſoris Wittebergenſis, qui libros illos VIII. varietate lectionis, notisque Cl. Salmaſii, I. Bened. Carpzouii, T. Bergleri ſuisque illuſtratos edidit Lipſiae 1776. mai. 8. Ex cod. Bauarico, optimae notae, textum praecipue emendauit, in ſuis vero animaduerſionibus vel de varietate lectionis, vel de veneribus auctoris diſputauit, vel grammaticum ſe geſſit. Nitida eſt editio *Dutens*, Paris 1776. 8. — Praeſtans eaque critica eſt illa, quam curauit *Chriſt. Guil. Mitſcherlich*, Profeſſ. Gottingenſis, qui textum recognouit, ſelectamque lectionis varietatem adiecit, gr. cum Cruceii verſione, e bono codice facta. Biponti 1792. 8. E bibl. crit. Amſtel. tom. 1. part. II. pag. 44. argumentum fabulae, et in praef. pag. V. ex eadem biblioth. obſeruationes criticas in VII. loca libelli repetiit. — *Germanice* vertit *Seybold*, Lemgou. 1772. 8. — *italice*, *Franc. Angel. Coccius*. Florent. 1598. 8. — *anglice* anonymus, Oxon. 1638. 8. — *gallice* Franciſc. Belleforeſtus, vti quidam ſuſpicantur, Paris. 1568. 1575. et cum notis per D.. D... Haagae Comit. 1735. 8.

5. Amoenus et floridus eſt ſcriptor, qui ingenioſe inuenit et abſoluit drama atque vt plurimum ſuauiter et foecunde venuſteque explicuit et enarrauit fabulam. Flores tamen, ſed ſponte quaſi enatos ornatumque orationis, a poetarum vigore et

et audacia ſaepe haud multum alienae; frequenter amauit. Ingenio enim nimis abundat et interdum laſciuit. Longus tamen ſimplicitate et naturali pulcritudine ſuperare Achillem; hic autem ingenio, ornatu et floribus orationis Heliodoro, diſerto quidem et caſtiore, at qui artem tegere paene neſciuit, praeſtare mihi quidem videtur. Bourdelot. ad Heliodorum pag. 18. putat, Achillem fuiſſe ſimiam Heliodori. Hoc tamen tenendum eſt, ſcriptores graecos, qui eius generis hiſtorias conſinxérunt, ſemet inuicem compilaſſe, et omnes ex antiquiore fonte forſitan hauſiſſe.

6. *Fabricii* B. Gr. Vol. II. Libr. III. cap. 5. nr. 23. et Vol. VI. pag. 788. et 811. ſqq. — *Vauaſſor.* de ludicra dictione pag. 158. ſqq. ibique Kappii notas, Lipſiae 1722. 8. — *I. Bened. Carpzouii* Obſeruat. philologicarum in Palaephatum periculum: accedunt animaduerſiones in nonnulla Muſaei et Achillis Tatii loca, Lipſiae 1743. 8. — *B. G. Laur. Boden* proluſio de Achille Tatio, Wittenbergae 1773. 4.

§. 87.

ANATOLIVS, philoſophus, exeunte ſaeculo tertio vixit, aequalis Porphyrii, et praeceptor Iamblichii. Illi Fabricius tribuit fragmentum περὶ συμπαθειῶν et ἀντιπαθειῶν, quod primus edidit cum verſione Io. Rendtorfii in B. Gr. Libr. IV. cap. 29. Vol. IV. pag. 195. ſqq. Sed plures fuerunt *Anatolii*, nondum ſatis diſtincti. v. *Fabr.* B. Gr. lib. III. cap. 8. vol. III. p. 461. et quae ibi adſcripſi. *Saxii* Onom. I. p. 373 ſq. et 375.

§. 88

§. 88.

PORPHYRIVS.

1. Natus eſt A. C. 233. obiit Romae circa A. C. 305. ſeptuagenario maior.

2. Proprio Syriaci oris nomine *Malchus*, quod Syrorum lingua *regem* ſonat, dicebatur; ſed, (vt Eunapius in vita illius refert,) detorta ſignificatione ad purpuram, regium in veſtimento inſigne, *Porphyrium*, veluti *purpureum* nominauit Longinus. v. *Ruhnken* disp. de Longino, §. VIII. Ortu fuit *Batanecotes*. (pro quo Heumannus legendum putauit Βιθυνιώτης,) vt credibile eſt, Tyrius. Se quidem Tyrum, a qua nobiliſſima vrbe, Batanea, pagus in Syria, haud procul abfuit, habuiſſe patriam, ipſe in Plotini vita, in qua de ſua vita, ſtudiorum ratione, et conſuetudine cum Plotino disputauit multa, memoriae prodidit. Admodum adoleſcens Origene vſus eſt praeceptore: poſtea Athenas contulit ſe, vt a Longino in grammaticis, rhetoricis et philoſophia erudiretur. Ex eius ludo denique Romam diſceſſit, ad audiendum Plotinum, cui ſe poſtea totum tradidit. Huius quoque ſuaſu, quod atra bile laborabat, atque mortem voluntariam ſibi conſciſcere aliquando cogitabat, Roma relicta, ad animum corpusque reficiendum, in Siciliam profectus eſt, ibique cum *Probo* *) Lilybaetano, philoſopho, contraxit amicitiam. Hic diſciplinam chriſtianam oppugnaſſe et fabulis poetarum ſubtilius interpretandis, prauas atque ſuperſtitioſas opiniones defendiſſe dicitur. Enimuero, an philoſophus noſter

*) De hoc *Probo*, Siculo, plura dabit *Mongitor*. in bibl. Sicula, tom. II. pag. 162.

ſter Pythagoreo-Platonicus et Mathematicus idem ſit, atque ille acerbus veritatis diuinae et purioris doctrinae hoſtis, cum *Pagio* in Critic. Baron. ad a. C. 302. n. X—XIII. pag. 316. ſqq. dubitauerit *Saxius*, V. C. in Onom. liter. I. pag. 375. ſq. vbi de noſtro Porphyrio agit. Eum tamen doctum chriſtianorum aduerſarium eſſe cum pluribus putauit, de eoque et eius obiectionibus contra vaticinia Danielis atque aliquot N. T. loca copioſius agit *Lardner* in Collection of ancient Iewiſch and Heathen Teſtimonies to Truth of the Chriſtian Religion. Vol. III. cap. 37. Conf. iudicium *Meinersii*, qui Porphyrii cauſſam quodam modo agit, nec tamen eius peccata reticet, in hiſtoria dogmatum ap. Gr. et Rom. (germanice.) tom. I. pag. 258—272. Fuſius diſſerit de opinionibus placitisque *Tiedemann* in: Geiſt der ſpekulatiuen Philoſophie, cap. XI. pag. 433 ſqq. Porphyrius poſtea Romam redux philoſophiam et artem orandi docuit.

3. Maximam librorum, quos confecit, partem iniuria temporis nobis inuidit. Illos, qui ſuperſunt, in recenſione editionum indicabimus.

4. *Malchus de vita Pythagorae*: ex MSto primum in lucem editus a *Cunrado Rittershuſio*, cum eiusdem notis, Altorfii 1610. 8. — *Porphyrii* philoſophi *liber de vita Pythagorae*; eiusdem ſententiae ad intelligibilia ducentes. De antro Nympharum, quod in Odyſſea deſcribitur. *Lucas Holſtenius* latine vertit, diſſertationem de vita et ſcriptis Porphyrii *) et ad vitam Pythagorae obſeruatio-

*) Hanc diſſert. typis repetendam curauit *I. Alb. Fabricius* in B. Gr. Vol. IV. pag. 207—281. vet. edit.

uationes adiecit, Romae typis Vaticanis, 1630. 8. rec. Cantabrigiae 1655. 8. addito Porphyrii libro de abſtinentia ab eſu animalium, — *de vita Pythagorae* cum notis Holſtenii et Rittershuſii, cum Iamblicho de vita Pythagorica, Amſtel. 1707. 4.

Vita Plotini — cum latina interpretatione *Marſilii Ficini* cum Plotini Operibus, Baſil. 1580. fol.

De abſtinentia et eſu animalium *) Libr. IV. primum, bono cod. vſus, latine vertit *Io. Bernard. Felicianus*, Venetiis 1547. 4. graece cum Porphyrii ſelectis ſententiis, et Michaelis Epheſii ſcholia in IV. libros Ariſtotelis de partibus animantium, primus vulgauit *Petrus Victorius*. Florent. 1548. fol. — tum edidit illos *F. de Fogerolles*, Lugduni 1620. 8. — poſtea cum noua verſione et notis *Io. Valentin*, cum opuſculis Porphyrii memor. a *Luca Holſtenio*, Cantabr. 1655. 8. — Optima eſt editio, cuius epigraphe eſt: *Porphyrii* philoſophi de abſtinentia ab eſu animalium Libri IV. cum notis integris Victorii, et Io. Valentini et interpretatione latina I. B. Feliciani. Editionem curauit, et ſuas itemque I. I. Reiskii notas adiecit *Iac. de Rhoer*. Vltraiecti 1767. 4. Codices conſuluit doctiſſ. de Rhoer, et addidit *Thomae*, Rector. gymnaſii Suidnicenſis in Sileſia, qui nouam molitus, editionem, col. lat. Msſt. et alia ſubſidia ſibi compararat **), ac *Siberi* IV. epiſtolas ex Vol. I. Miſcellan. Lips. Nou. in quibus inquiritur, num Porphyrius doctrinam Chriſtianam vmquam amplexus ſit, et deſe-

*) Conf. *Meiners*. l. cit. p. 272. not.

**) v. Theſaur. epiſtol. LaCrozian. tom. I. pag. 340 ſqq. pag. 122. et III. pag. 225.

deſeruerit. — *Pouilly de Burigny* illos libros et vitam Plotini in linguam gallicam tranſtulit, Paris. 1747. 12.

Homericarum quaeſtionum liber, et de Nympharum antro in Odyſſea *), *opuſculum*, gr. Romae 1518. 4. tum cum ſcholiis minoribus in Iliadem et Odyſſeam, apud Aldum, Venet. 1521. v. Serie dell' ediz. Aldine pag. 53. — acc. alterum vol. *Didymi* interpretatio in Odyſſeam, ibid. 1528. 8. Vna igitur eademque eſt editio; nec bis Porphyrius Aldi ſumtibus editus dici poteſt, docente Goenſio. rec. Argent. 1539. 8. porro ter Baſileae cum Homero, 1541. tum, renouato titulo, 1543 et 1552. fol. aliis in locis correctius, in aliis vero vitioſius. Holſtenii et Cantabrigienſem edd. ſupra iam memorauimus; denique *Ioſ. Barneſius* illa opuſcula tomo primo Homeri praemiſit. Diligentiſſima et nouiſſima editio eſt: *Porphyrius de antro Nympharum*, graece cum latina L. Holſtenii verſione: graeca ad fidem editionum reſtituit, verſionem C. Gesneri et Animaduerſiones ſuas adiecit *R. M. de Goens*. praemiſſa eſt diſſertatio homerica ad Porphyrium, Traiecti ad Rhenum, 1765. 4. In praefatione de MSS. et edd. agitur.

De diuinis atque daemonibus, cum Iamblicho, Proclo et aliis, Venetiis, ap. Aldum Manut. 1497. fol. v. Serie etc. l. c. pag. 6 — cum Iamblicho de myſter. etc. Oxon. 1678. fol.

T 2 Prophy-

*) Porphyrii quaeſtionum homericar. librum imperfectum ad nos perueniſſe, ex ſcholiis homericis probatum iuit, itemque animaduertit, eiusdem partem eſſe illum libr. qui de antro Nympharum inſcribitur, Valeſius de Critica lib. I. c. 18. pag. 166. ſq.

Porphyrio a nonnullis tribuuntur: *Incerti ſcriptoris graeci fabulae aliquot Homericae ex Vlixis erroribus ethice explicatae*, editae primum ab *Obſopoeo*, Hagen. 1531. 8. cum verſione notisque *Io. Columbi*, Vpſal. 1678. recus. Lugd. B. 1745. 8.

Fragmentum de Styge, graece, e cod. Ant. Auguſtini, in *Andreae Schotti* Obſſ. hum. Libr. V. cap. 20. Hanou. 1615. 4. in *Luc. Holſtenii* ed. quorumdam Porphyrii opuſculorum ſupra memorata, et *Iac. Tollii Fortuitis*, cap. 28. Amſt. 1687. 8.

Iſagoge de quinque vocibus, ſiue praedicabilibus, graece; cum Ariſtotelis Organo, Venet. apud Aldum 1495. fol. — gr. et lat. *Iulio Pacio* interprete, cum Organo Ariſtotelis, per eumdem. — et Ariſtotel. libri logici nonnulli, ab *Anton. Francino*, gr. Florent. ap. Iuntam. 1521. 8. — cum Ariſtotel. praedicamentis et libro de interpretat. a *P. Io. Oliuario*, gr. Paris. ap. Wechel. 1538. 4. — De *Perionii* interpretatione et adnotationibus, Baſileae 1542. 8. vide ſupra, Ariſtotelem.

In Ariſtotelis Categorias expoſitio, graece, Paris. 1543, 4.

Commentarius in Harmonica Ptolemaei, ex codd. MSS. nunc primum editus, graece, cum latina verſione *Io. Walliſii*: in Eiusdem Opp. Tom. III. pag. 1. ſqq.

Iſagoge in Ptolemaei tetrabiblon. graece, cum verſione H. Wolfii, cum Proclo in Ptolemaei quadripartitum, Baſil. 1559. fol.

Praeguſtum ſcholiorum in Homeri Iliada, dedit *Valkenaer* ad calcem Virgilii collatione ſcriptorum graecorum illuſtrati, Leouard. 1747. 8.

Ex

Ex *Porphyrii* deperditis libris de ſtatuis, Styge et viribus animi loca inuenit cl. *Heeren* in Stobaei eclogis phyſicis. In Euſebio ſunt excerpta ex libro deperdito de anima, a ſuperioribus diuerſa, obſeruante eodem V. Cl.

Porphyrii libell. de proſodia, (de quo v. *Holſten.* in diſſ. de vita et ſcriptis Porph. cap. VII.) primus e cod. Veneto edidit *Villoiſon*, in anecd. graecis, tom. II. p. 103. ſqq.

5. A Longino artem bene ſcribendi, a Plotino contra acutam quidem, at perplexam quoque et captioſam cogitandi et dicendi rationem accepit. Cultui tamen deorum adductos veritas et lumen doctrinae chriſtianae coegit, vt, ad ſuperſtitionem ſuam vindicandam, ab friuolas, ineptas contortasque mythologiae et fabulae antiquiſſimae confugerent interpretationes.

6. Vide *Fabricii* B. Gr. Vol. IV. pag. 207. *Bruckeri* hiſtor. philoſ. crit. Tom. II. pag. 236. *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 641. *Saxii* Onom. liter. I. pag. 375. ſq.

7. Diſtinguendus eſt *Porphyrius*, *Siculus* et philoſophus, qui claruit. circ. a. Ch. 400. deorum quidem cultor; at moderatus, teſte quidem *Auguſtino* de conſeru. euang. lib. I. cap. 5. et 15. et adnotante *Mongitor.* in bibl. ſicula tom. II. pag. 191 ſqq. vbi multus eſt de vtroque Porphyrio.

§. 89.

ALCIPHRON.

1. Intra Lucianum et Ariſtaenetum collocat eum *Saxe* V. C., quem vide, in Onomaſt. lit. I. pag. 384. ſqq.

2. Scripſit epiſtolas amatorias, ruſticas, piſcatorias et paraſiticas.

3. In Collection. Aldina et Geneu. maximam partem reperiuntur, Optima vero eſt et pleniſſima editio *Stephani Bergleri*, qui permultas epiſtolas primus e codd. eruit, recenſuit, emendauit. verſione ac notis illuſtrauit, Lipſiae 1715. 8. Multae tamen epiſtolae adhuc in codd. MSS. latent.

4. Suaues quidem, venuſtae, ſtilo attico ſcriptae iucundaeque lectu ſunt epiſtolae; ſed vmbram ſcholamque ſophiſtae, et venuſtatem quamdam adfectatam valde redolent.

5. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. II. cap. 10. nr. XXV. p. 687. ſqq. Vol. II. vbi plura adſcripſi, quae hic repetere nolo. — *Burmanni* II. praef. ad Ariſtophanem Bergleri pag. 5. vbi etiam de audacibus *Maii* coniecturis, et ſagacioribus *Arnoldi* emendationibus in Alciphronem diſſeritur. — theſaurum epiſtolarum lacrozian. tom. II. pag. 83. et 85. ſqq. vbi Wolfius quaedam in Bergleri edit. culpat emendatque atque Alciphr. loca quaedam corrigit, laudatque Croſii ſuſpicionem, Alciphr. vixiſſe ſaec. IV. aut V. it. pag. 111 vbi *Wolf.* audaciores et infelices *Maii* coniecturas improbat. tom. III. pag. 151. ſq. — *Herelius* V. C. de Alciphrone bene meruit: et optandum eſſet, vt, a cuius ingenii ſagacitate ac felicitate nihil, niſi limatum elegansque, proficiſci poſſet, illum noua veſte ornaret. Is enim non ſolum Alciphronis epiſtolas e lingua graeca in theotiscam venuſte transtulit, Altenb. 1767. 8. ſed etiam in Klotzii Actis liter. Vol. III. Part. I. nr. 11. pag. 90. ſqq. et in Miſcellis obſeruatt. criticis, Erford. 1768. 4. multa Alciphronis loca

loca acute emendauit, aut a labe inſcitiaque librariorum feliciter purgauit. — *Anglice* Alciphr. epiſtolas verterunt duo V. D. anonymi, Londini 1791. 8. et Alciphrona a ſeuero Iortini iudicio vindicarunt. conf. Ien. Allg. Litter. Zeit. a. 1793. m. Sept. n. 269. pag. 620 ſqq.

§. 90.

TIMAEVS.

1. Vergente ſaeculo tertio hic Sophiſta vixiſſe videtur.

2. Scripſit Lexicon vocum Platonicarum, vtilem librum, quod ex cod. MS. Sangermanenſi *) primus edidit atque animaduerſionibus inſtruxit (eruditiſſimis, in quibus praeterea multa veterum, cum primis Platonis, loca tentantur et explicantur,) *Dauid Ruhnken*, cuius praefationem conferes, Lugd. B. 1754. 8. — id lexicon cum Moeride recudi fecit *I. Frid. Fiſcher.* Lipſiae 1756. 8. — *Ruhnken* iterum edidit Timaei libellum, multis partibus locupletiorem, Lugd. Bat. 1789. 8. Plurimas tamen acceſſiones acceperunt notae, in quibus non ſolum plura veterum auctorum loca ſunt emendata; ſed multa quoque fragmenta ex ineditis graecis lexicis aliisque addita: atque ipſe Ruhnken. in praef. pag. XXIII. in nota, „ſcriptorum, ait, ineditorum tanta ſeges poſt primam editionem ſuccreuit, vt vere dicere poſſim, nullum dum huius generis librum tot anecdotis refertum prodiiſſe.“

*) Ex eo Montfaucon in biblioth. Coislin. pag. 477 ſqq. primus edidit ſpecimen.

Villoiſon tamen, qui codicem Sangerm. iterum excuſſit, ad Longum pag. 179 animaduertit, Capperonnerium, a quo Ruhnken acceperat apographum, neglexiſſe quaedam; ea tamen haud magni eſſe momenti Ruhnken iudicauit in nota ad praefat. pag. XIX. neque vero, quae Villoiſon notarat, ea neglexit.

3. Pauca de eo tradit *I. A. Fabricius* in B. Gr. Vol. IX. pag. 418. ſq.

§. 91.
HIEROCLES.

1. Vixit A. C. 300.

2. Nicomedienſis Bithyniae iudex, auctor et ſuaſor Diocletianeae chriſtianorum vexationis: et auctor II. λόγων φιλαληθῶν ad Chriſtianos, quibus diſſertationibus Soteri noſtro ſanctiſſimo oppoſuit, et vero praetulit Apollonium Tyaneum: ſed refutatus eſt ab Euſebio. vide *Fabricii* B. Gr. Vol. I. Libr. II. cap. 12. not. aaa) pag. 792. et Vol. VI. pag. 91. 92. *Olear.* ad Philoſtr. pag. 413 ſqq. vbi Euſebii defenſionem et alia, quae ad hunc Hieroclem pertinent, adiecit. *Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. Vol. II. pag. 307. ſq. *Saxe* in Onom. lit. I. pag. 385. ſq.

3. Non confundendus eſt cum *Hierocle*, philoſopho Alexandrino, ſaeculi V. ad A. C. 485.

SECTIO

SECTIO V.

A CONSTANTINO M. IMPERATORE VSQVE AD CONSTANTINOPOLIN A TVRCIS EXPVGNATAM SIVE AB A. C. 306. VSQVE AD C. 1453.

Haec aetas admodum paucos protulit homines ab ingenii ſplendore et litterarum copia dictionisque elegantia commendabiles. Vt enim imperii Byzantini dignitas, firmitas ac ſplendor multum deſciuerunt a veterum Romanorum ſimplicitate, robore et maieſtate; ita quoque, virtutibus ſuperiorum Auctorum immutatis, oratio ſcribendique genus colorem quaſi ſumſit ab aulae Byzantinae moribus. Aula amabat caerimonias, pompam nimbumque et ſpeciem quamdam adfectatam maieſtatis, virtutis et pietatis erga deum, at ſimulatae, quibus vero deerat rectum, firmum verumque: illam imitabantur ſcriptores, praecipue hiſtorici Byzantini. Praeter ea barbaries, ſuperbia, et controuerſiae ſacerdotum chriſtianorum atque ſuperſtitio inuaſerunt ciuitatem litteratam, et omnem humanitatem pulcrique ſenſum litterasque ipſas, praeſertim in occidente, ſenſim profligarunt atque exſtirparunt. Hinc tot noua, anteaque inaudita vocabula orta ſunt, vt ad intelligentiam multorum ſcriptorum

editoribus gloſſaria conficienda eſſent: praecipue nouis aulicorum officiorum nominibus excogitatis. Cum priſtina igitur vitae ſimplicitate paene quoque interiit naturalis orationis ſimplicitas. Triſtiſſima fuit ſenectutis ingraueſcentis facies. In Graecia tamen, vel vltima calamitate, quaedam eruditionis liberalis veſtigia remanſerunt, et aliquot imperatores docti eruditique, aut alia, quae quidem rara fuerunt, praeclara ingenia effloruerunt, quae ſuo ſtudio curaque effecerunt, ne omnis flos litterarum omnisque humanitas penitus periret. Atque his, Conſtantinopoli a Turcis occupata, Italia omnesque deinceps terrae imperii occidentalis ſurgentem litterarum lucem fauſtumque reditum debent. Quae quum ita ſint, praetermiſſis in praeſenti ſcriptoribus eccleſiaſticis, qui plures fuerunt, eos, qui reliquos ingenio, aut litterarum copia venuſtateue ſuperarunt, diligentius recenſebimus: ceteros vero tantum paucis perſequemur.

§. 1.

C. FLAVIVS VALERIVS AVRELIVS CLAVDIVS CONSTANTINVS, IMPERATOR, cognomine MAGNVS.

1. Natus A. C. 274. obiit a. C. 337.

2. Hoſtibus victis multisque rebus pacis bellique tempore praeclare geſtis, (de quibus vide ſcriptores et veteres et recentiores, qui tam ciuilem, quam eccleſiaſticam hiſtoriam compoſuerunt,) religionem Chriſtianorum profeſſus, quouis modo tueri, amplificare, atque ſacerdotes plus iuſto ornare coepit, et bonas artes, praecipue ſtudia litterarum

rarum nutriuit. De cauſſis vero, cur ſacra chriſtiana amplexus eſſet, in vtramque partem diſputarunt viri docti. Quaecumque illa fuerit, ſummi numinis ſapientiam et bonitatem grati et venerabundi celebremus, nos oportet.

3. Eius variae epiſtolae, orationes, edicta ab Euſebio aliisque paſſim ſeruata ſunt. Donationem Conſtantini, quam ſpuriam et ab Iſidoro Mercatore confictam eſſe, vel *Pagius* ad A. C. 324. n. 16. p. 68. ſqq. tom. IV. haud diſſimulat, poſt alios *Fabricius* in B. Gr. Libr. V. Vol. VI. (vbi a pag. 1. de Conſtantino agit, et pag. 8. ſqq. de cruce, quam Conſtantinus M. in coelo vidiſſe ſibi viſus eſt, copioſe diſputat) pag. 5. exhibuit. Donationis illius falſitatem primus oſtendit *Laurentius Valla* in longa oratione, quae etiam ſeparatim excuſa eſt plus ſimplici vice. Iſtam tamen veram eſſe, omnibus viribus contendit, multos adpellat ſuae opinionis patronos et teſtes Vallamque hominem iniquum, mordaciſſimum atque ad obloquendum omnibus in rebus natum vocat *Angelus Roccha a Camerino* in *Bibliotheca apoſtolica Vaticana, a Sixto V. P. M. in ſplendidiorem commodiorem locum translata* etc. Romae 1591. 4. pag. 182 ſqq. Idem pag. 175. de cruce illa litteriſque, quas in coelo legiſſe dicitur Conſtantinus, *ἐν τούτῳ νίκα*, multus eſt. Sed controuerſiam iſtam, a longo tempore et a multis agitatam, nolo copioſius enarrare atque perſequi. Quaedam tamen memoratu digna reperies in longa *Weſſelingii* adnotatione ad itinerarium Hieroſolymitanum in veter. Rom. itinerariis, pag. 593. ſq.

4. V.

4. v. *Euſebium* de vita Conſtantini — cl. *Schroeckhii* vitam Conſtantini, in Allgemeine Biographie, Part. IV. pag. 1 — 190. vbi pag. 181. ſq. de iis, qui vitam huius imperatoris expoſuerunt, ſuperbum et acutum tulit iudicium. — *Heumanni* epiſtolam de cruce coeleſti a Conſtantino M. conſpecta, (cuius hiſtoriam fabellis anilibus adnumerandam eſſe cenſet et probat,) in Poeciles tom. II. Libr. I. pag. 50. ſqq. — add. *Franciſci Balduini* Icti Conſtantinus M. ſiue commentariorum de Conſtantini imper. legibus eccleſiaſticis et ciuilibus libri duo. Acceſſit eiusdem commentarius ad edicta veterum principum rom. de Chriſtianis, cum *Nic. Hieron. Gundlingii*, Icti, praefatione. Lipſiae et Halae 1727. 8. — *Gundling* de fide ſcriptorum vitae Conſtantini M. de fabulis, de eius parentibus et de Conſtantino ipſo eiusque chriſtianismo, in illius Obſeruatt. ſelectis tom. 1. obſeru. 22 — 24. — *Gorii* Symbolae litter. vol. IX. nr. V. VI. VII. pag. 133 ſqq. Florent.

§. 2.

IAMBLICHVS.

1. Floruit circa a. C. 310. *Suidas* quidem in Lex. voc. Ἰάμβλιχος ἕτερος *) aetatem eius refert ad

*) Ab hoc enim Suidas diuerſum facit *Iamblichum*, qui ſcripſit τὰ καλέμενα Βαβυλωνικὰ, i. e. Rhodinis et Simonidis amorem libris XXXIX. cuius operis epitomen exhibet *Photius* cod. XCIV. pag. 241. Atque Küſter. ex Photio, vel ex ipſis Iamblichi verbis docet, hunc Iamblichum vixiſſe tempore Marci Antonini Philoſophi.

ad tempora Conſtantini M. *Dodwellus* tamen in exercitatione de aetate Pythagorae pag. 186 ſqq. copioſus de fide et aetate Iamblichi, hunc putat Conſtantini tempora haud adtigiſſe, et cum Diogene Laertio vixiſſe; epiſtolas autem, quae ſub Iuliani apoſtatae nomine ad Iamblichum exſtant, habet ſpurias et a ſophiſta quodam potius, quam ab imperatore ſcriptas. Sub Iuliano tamen floruiſſe Iamblichum, etiam Küſter ad Suidae locum not. 1. adfirmat.

2. Chalcidem Coeleſyriae vrbem habuit patriam. Anatolii et Porphyrii fuit diſcipulus, Sectae Platonicae recentioris in primis ſtudioſus: neque tamen philoſophandi rationem Pythagoricam, Aegyptiacam et Chaldaeam neglexit. Ob eruditionem, vitae probitatem, fidem et ſimplicitatem in tradendis philoſophiae ſuae arcanis, immo vero propter miracula, quae fingebantur *) et a profanis credebantur, ſuo tempore idolorum cultoribus carus, atque in primis clarus et honoratus fuit.

3. E multis, quos concinnauerat, et Fabricius diligenter recenſet, libris tamquam tabulae e naufragio ſeruatae, beneficio artis typographicae promulgati ſunt. 1) de Myſteriis Aegyptiorum liber, ſiue

*) cl. tamen *Meiners* in Geſchichte des Vrſprungs-der Wiſſenſchaften in Griechenland und Rom, tom. 1. pag. 258 ſq. et inprimis pag. 270 ſqq. contra Küſterum, Moshemium et Brucker. aliosque negat, Porphyrium et Iamblichum plurima, quae de Pythagora narrant; eo conſilio excogitaſſe, vt miracula Ieſu Chriſti et apoſtolorum redderent ſuſpecta: contra i[illegible] contendit, illos ex antiquioribus ſcriptoribus hauſiſſe et colegiſſe narrationes.

ſiue reſponſio ad Porphyrii epiſtolam ad Anebonem prophetam Aegyptium. A *Morhoſio* Polyhiſt. Tom. I. Libr. I. pag. 87. recte dicitur theurgiae gentilis compendium. Neque tamen, vt Huetius putauit, in eo micant lucidiſſimae veritatis ſcintillae et ſtricturae quaedam Chriſtianismi. 2) Philoſophiam Pythagorae decem libris tradidit, equibus *primus*, de vita pythagorica; *) et *ſecundus*, hortationes ad philoſophiam, graece; *tertius* de mathematica communi, antea mutilus et ex interpretatione tantum Nicolai Scutellii latina, nuper vero graece opera Villoiſonii; *quartus*, commentarius in inſtitutiones arithmeticas Nicolai Geraſeni, et *ſeptimus*, theologumena arithmetica, machinis typographici excuſi ſunt.

4. *De myſteriis Aegyptiorum*, quaedam latine fecit *Marſilius Ficinus*, Venet. apud Aldum 1497. fol. atque cum Mercurio Trimegiſto et quibusdam Ficini opuſcul. ibid. 1516. fol. — et integrum librum ad verbum in linguam latinam, non adeo feliciter, tranſtulit *Nicolaus Scutellius*, Romae 1556. 4. — Graece vero cum ſua verſione et notis primum edidit *Thomas Gale*, et praemiſit epiſtolam Porphyrii ad Anebonem Aegyptium, eodem argumento, Oxonii 1678. fol. — *de vita Pythagorae* et *protrepticae orationes ad philoſophiam*, Libr. II. primum graece et latine editi et illuſtrati a *Ioanne Arcerio Theodoreto*. Addita ſunt in fine Theanus, Myiae, Meliſſae et Pythagorae aliquot epiſtolia, gr.

*) vide *Meiners* l. c. pag. 271 — 290 qui ſagaciter fontes aperuit, vnde Iamblichus hauſerit, atque de fide et auctoritate ſingulorum, quos ille temere compilauit, intelligenter diſſeruit.

gr. et lat. in bibliopolio Commel. (in quibusdam exemplaribus legitur, Franeckerae apud Aeg. Radaeum,) 1598. 4. Vitioſa eſt et oratio graeca et interpretatio. v. *Küſter.* ad Suidae locum tom. II. pag. 90. vbi plura dedit locorum et vitioſorum et mutilorum exempla. — Hinc caſtigatiorem e codice regio Pariſienſi textum libri de vita Pythagorica dedit docteque illuſtrauit idem *Ludolph. Kuſterus*, qui Vlrici Obrechti verſionem latinam, (Argentor. 1700. 8. primum editam,) idemque Malchum ſiue Porphyrium de vita Pythagorae cum notis Holſtenii et Rittershuſii, atque anonymum apud Photium de vita Pythagorae adiecit, Amſtel. 1707. 4. — Iambl. *in Nicomachi Geraſeni arithmeticam introductionem et de fato*, graece et latine primum edit. a *Samuele Tennulio* etc. Arnhemiae 1668. 4. (1667.) Fragmentum de fato, quod Tennulius peculiare opuſculum eſſe putauit, ſeptimum et octauum cap. ſectionis octauae libri de myſteriis Aegyptiorum eſſe, ſatis euictum eſt et compertum. — τὰ θεολογούμενα τῆς ἀριθμητικῆς — Paris. 1543. 4. Tertii libri, inſcripti περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, fragmenta e verſione ſua latine edidit *Nicolaus Scutellius* ad calcem libri de myſteriis Aegyptiorum; graece illum e codd. promulgare quidem conſtituerant Holſtenius, Thom. Gale, Tennulius, Kuſterus et Hemſterhus. at, quoniam illi a promiſſis non ſteterunt, cel. *Villoiſon*, id praeſtitit, et librum illum e codice Veneto in anecdotis graecis, tom. II. pag. 188 — 225. publici iuris fecit, quod, vt ait, et per ſe ipſe vtiliſſimus ſit, et multa contineat praeclara veterum Pythagoricorum Philolai, Brontini, Archytae fragmenta,

ta, dorica dialecto conſcripta. Illum librum graece et latine editurus eſt M. *Iac. Georg. Friis*, et in disputatione inſcripta: Introductio in librum Iamblichi tertium de generali mathematum ſcientia, Hauniae 1790. 4. duo fragmenta gr. et lat. repetiit atque illuſtrauit, praemiſſis quibusdam, quae ad hiſtoriam Pythagorae pertinent. — *Valcken.* ad Euripid. Hippolytum pag. 194. 6. fin. ex illo libro περὶ τῆς κ. μαθ. ἐπις. locum e cod. protulit et emendauit.

5. Ad adcuratam philoſophiae orientalis, qualis praecipue circa nati conſeruatoris diuini tempora inualuit, intelligentiam permultum facit Iamblichus. At mire decepit fraude theurgicae virtutis cum aequales tum in primis diſcipulos, quos multos habuit. Inſignem prae ſe fert eruditionem et lectionem, atque mathematicarum diſciplinarum peritiam: ſed omnia, quae reperire potuit, temere compilauit, nec curauit ea, quae hiſtoriae veritati temporisque ordini repugnarent, corrigere, aut eos, qui ab aliis diſſentirent, componere aut diſſenſum tollere; omniaque permiſcuit. Quare in vita potiſſimum Pythagorae lectorem requirit patientem, prudentem atque attentum et philoſophiae Alexandrinae gnarum. Rerum enim potius grauitatem ac ſubtilitatem ſaepe perplexam, quam dictionis elegantiam et perſpicuitatem atque orationis puritatem curauit. Multa quoque ſurripuit praeceptori ſuo, Porphyrio, quo tam ingenii et iudicii vi quam orationis cura longe eſt inferior.

6. *Eunapius* de vitis philoſ. p. 20. — *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 28. Vol. IV. pag. 282. ſqq. *Bru-*

Bruckeri hiſtor. crit. philoſ. Vol. II. pag. 260. ſqq. et 431. ſqq. atque in Adpendice pag. 369. — *Hambergeri* Z. N. Vol. II. pag. 691. — *Georg. Erneſti Hebenſtreitii* diſſ. de Iamblichi, Philoſophi Syri, doctrina, Chriſtianae religioni, quam imitari ſtudet, noxia, Lipſiae 1764. 4. — *Meiners* de libro, qui de myſteriis Aegyptiorum inſcribitur, et Iamblicho vindicari ſolet, in commentariis ſociet. reg. Göttingens. vol. IV. claſſ. hiſt et philol. 1782. 4 pag. 50. — *Tiedemanni* Geiſt der ſpekulatiuen Philoſophie, tom. III. pag. 451. ſqq. vbi quoque cum Meinerſio librum de myſteriis a Iamblicho ipſo ſcriptum eſſe negat, quod et angelorum et archangelorum mentio, Theurgiae defenſio, atque ſtili et opinionum ſ. dogmatum diuerſitas alium prodant auctorem. Iamblichus dignus eſt, cuius libri e codd. hinc inde latentibus et pleniores edantur, et a linguae, philoſophiae et critices egregie perito illuſtrentur.

§. 3.
HELLADIVS.

1. Vixit tempore Licinii et Maximiniani, qui intra annos 307. et 311. orientis rebus praefuerunt, auctore Photio, cod. 279. Bibliothecae.

2. Beſantinous. (a patria, oppido Aegypti in Thebaide, *) grammaticus.

3. Ex

*) v. *Ammian. Marcell.* lib 19. c. 12. ibique Valeſ. *Caſaub.* ad Spartiani Hadrian. cap. 14.

3. Ex Χρηςομαθειῶν, *electorum*, libris quatuor, quos verſibus iambicis ſcripſiſſe fertur, Excerpta ſeruauit Photius.

4. Illa cum verſione Schotti et *Io. Meurſii* notis excuſa reperiuntur ad calcem librorum *Meurſii* poſtumorum de regno Laconico et Athenienſium Piraeo, Vltraiecti 1687. 4. ſed tituli folium libelli Helladiani ſignatum eſt a. 1686. recuſ. in theſauro Antiqq. graec. Gronouiano Tom. X. Lugd. B. 1701. fol.

5. *Meurſii* praefat. et *Fabricii* B. Gr. Vol. VII. pag. 62. Vol. IX. pag. 504. ſqq. et pag. 651. Vol. XIII. pag. 630.

6. Ab hoc diſtinguendus eſt HELLADIVS *Alexandrinus*, Theodoſii iunioris tempore. Eius *lexicon*, cuius meminit Photius cod. 145. (adde cod. 158. *Suidas* in Ἑλλαδ. ita citat: λέξεως παντοίας χρῆσις κατὰ ςοιχεῖον.

Per hanc occaſionem nominare licet *Alexandrum Helladium*, e Theſſalia ortum, qui vixit initio ſaec. XVIII. et cuius *ſpicilegium* — ſiue grammatica gr. per quaeſtiones et reſpons. gr. et lat. prodiit Noribergae, 1712. 8.

§. 4.

APHTHONIVS.

1. Saeculo tertio aut quarto vixiſſe videtur: certum tamen aetatis tempus definiri non poteſt.

2. Rhetor et Sophiſta fuit Antiochenus.

3. Scripſit progymnasmata rhetorica, ſiue potius Hermogenis progymn. duo in quatuor diſpeſcendo, diſtinctius propoſuit, et exemplis illuſtrauit.

4. Supe-

4. Superioribus ſaeculis quum exercitium chriarum frequens eſſet in ſcholis, et quaſi caput eloquentiae haberetur, plures editiones, quam noſtro ſaeculo venuſtulo, a viris doctis ſunt paratae: quamquam haud negandum eſt, plus temporis et chartae in illuſtrandis atque explicandis Aphthonii ſententiis conſumſiſſe quosdam, quam opus fuiſſet. Inter ea quasdam editiones indicaſſe ſufficiat. Princeps eſt *Aldina* inter Graecos rhetoras, Venet. 1508. tomo I. et in tom. II. exhibentur Anonymi veteris graeci commentarii, ab eo tempore numquam recuſi. — *Aphthonii* ſoph. progymnasm. gr. et lat. *Io. Maria Catanaeo*, interprete. ſ. l. et a. 8. (Venetiis excuſum eſſe videtur cl. *Schnizero* in Memor. bibl. Neoſtadienſis; (der Kirchen Bibliothek zu Neuſtadt an der Aiſch. II. Anzeige, 1783. pag. 28. isque ait, illam edit. valde differe ab editione Erasmiana, Coloniae apud Soter. 1525.) — graece cum Hermogene, Florent. apud Iuntam 1515. 8. v. ſupra in ſect. IV. §. 52. de Hermogene. — lat. partim a Rod. Agricola, partim a I. M. Catanaeo latinitate donata cum ſcholiis Reinh. Lorichii Hademarii, Colon. 1566. 8. — emendat. Amſtel. 1649. 12. — Veſal. 1670. 12. — gr. ex recenſione *Francisci Porti*, cum Hermogene et Longino, Geneu. 1569. 8. — Eloquentiae encomium autore Philippo Melanchthone, de primis apud rhetorem exercitationibus praeceptiones autore *Petro Moſellano. Aphthonii Sophiſtae* graeca progymnasmata, eadem latina, Io. Maria Catanaeo interprete, Libanii Sophiſtae graecae declamationes tres, eaedem latinae, *Erasmo Roterodamo* interprete, Coloniae 1525. 8. cum praefatione Melanchthonis.

— graece, cum verſione et notis *Ioach. Camerarii*, Lipſiae ex offic. *Voegelini* 1567. 8. — 1588. 8. et ſaepius — graece et latine, explicatione et nouis exemplis illuſtrata, a *Chriſtoph. Praetorio*, Francof. 1655. 8. Aphthonius vt ita tironibus explicaretur, valde disſuaderem. Non aeque quidem logicam et methodum ſcholaſticam redolet; ſed vſui tamen et rationi temporis noſtri haud idonea eſt editio — graece, cum interpretatione lat. ita emendata, vt noua videri poſſit; (cura *Dan. Heinſii.*) Acceſſit *Theonis* Progymnasmatib. Lugd. Bat. apud Elzeu. 1626. 8. — graece, cum verſione lat. et methodica explicatione atque illuſtrat. *Barch. Harbart*, ed. quinta, correctior et auctior. Stetini et Colb. 1656, 8. — graeca, a Rodolpho Agricola partim, partim a Io. Maria Catanaeo latinitate donata cum ſcholiis R. Lorrichii et acceſſione noua variationum, quibus fabulae et Chreiae tractandae ſunt, editio nouiſſima et emendatiſſima, Wratislauiae 1689. 8. Melior eſt editio *Io. Schefferi*, cum eius notis breuibus, Vpſaliae 1670. 8. adiunctis *Theonis* progymnasmatis. — Commendatur quoque ed. graeco-latina cum *Francisci Scobarii* ſiue *de Eſcobar* verſione et tabellis decerptisque ex commentario Hadamarii notulis, apud Commel. 1597. 8. Lugd. Bat. 1626. 8. Paris. 1627. 8. Adiunctae ſunt eiusdem Aphthonii fabulae XL. numquam antea editae, graece cum verſione Iacobi Kimendoncii. — *Lederlini* promiſſa editio num lucem viderit, neſcio, et vero dubito.

Praefationem ad *Aphthonii* progymnasm. ſ. inſcriptam, *συναγωγὴ σὺν θεῷ διαφόρων ἐξηγητῶν εἰς τὰ Ἀφθονίου προγυμνάσματα*, gr. et lat. e cod. msto

mſto euulgauit *Montfaucon* in bibl. Coiſlin. pag. 590. ſqq. et pag. 596. memorat, in eodem codice fol. 121. legi συναγωγὴν etc. h. e. collectionem interpretationum in Aphthonii progymnaſmata conſarcinatarum et Aphthonii dictis congruenter connumeratarum, additque, opus ſane luce dignum, ſi ſit ἀνέκδοτον. — Eadem prolegomena iterum edidit *Fabricius* in B. Gr. vol. IX. lib. V. cap. 39. pag. 586 ſqq. — *Iriart.* autem in catal. codd. graecorum mſst. regiae bibl. Matrit. pag. 151 ſqq. copioſe deſcribit cod. qui Aphthonii progymnasmata in Hermogenis rhetoricam, itemque *Hermogenis progymnaſmata* et artem, multaque alia incertorum rhetorum opuſcula ſiue ex iis excerpta complectitur. In illo cod. fol. 41. leguntur προλεγόμενα τῆς ῥητορικῆς, quod idem eſt opuſculum, quod Montfauc. l. c. publicarat. Enimuero quoniam cod. Matrit. enucleatius, vt ait Iriartus, habet exordium, deinde caput nonum integrum, cuius exigua tantum particula in Coislin. ſupereſt, ac decimum, quod ibi omnino deſideratur: ea Iriart. in vtriusque editionis, (n. *Montfauc.* et *Fabric.*) ſupplementum gr. cum ſua verſione lat. publici iuris fecit. Tum animaduertit, fol. 44. legi libellum, εἰς τὰ προγυμνάσματα, qui idem ſit, quem Montf. cod. ſuo adnexum inſcriptumque συναγωγὴν ἐξηγήσεων etc. laudauit. Idem notat et late probat, in eod. cod. fol. 62 graece reperiri Ἑρμογένους προγυμνάσματα, quod opuſculum ex *Priſciani* tantum verſione latina ſupereſſe ſcripſerat Fabricius.

5. Qui Aphthonii opuſculum tamquam plane inſipidum et ineptum reiiciat, is illud neque legisſe, neque illius vſum intellexiſſe videtur. Vtile

eſſe omnino poterit, ſi quis illo recte vti ſciat. Neque tamen aliquis credat, ſe ex illo, tamquam ex fonte vnico, eloquentiam haurire poſſe: multo minus tantam illi auctoritatem, quantam viri docti olim ſueuerunt, tribuendam eſſe arbitror.

6. Confer *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 31. ſect. 13. Vol. IV. pag. 448. ſqq. — M. *Io. Lundblad*, eloq. et poes. P. P. de progymnasmate chriarum diſſ. Lund. 1791. Sunt praeparationes quaedam ad Aphthonium et chrias ab illo commendatas, quarum etiam exemplum exponitur.

§. 5.

THEON.

1. Quo tempore vixerit, haud omnino certum eſt.

2. Alexandrinus, cognomine Aelius, rhetor et ſophiſta.

3. Scripſit τέχνην περὶ προγυμνασμάτων, librum tironibus rhetorices vtilem, atque ea, quae Hermogenes atque Aphthonius tradiderunt, luculentius explicat beneque illuſtrat.

4. Graece primum prodiit, minus quidem emendate, Romae per Angel. Barbatum. 4. — graece cum interpretatione *Camerarii:* Inſcriptio haec eſt: *Theonis Sophiſtae* primae apud rhetorem exercitationes, innumeris, quibus antea ſcatebant, mendis *Ioach. Camerarii*-opera purgatae, et in ſermonem latinum conuerſae. Baſileae. in calce: *ſumptu et cura Ioa. Oporini* menſe Sept. 1541. 8. In hac vtraque editione ſubiiciuntur quoque exempla

pla progymnaſmatum, quae vero Libanium habent auctorem. Illa igitur reſecuit *Dan. Heinſius* in editione Leidenſi gr. et lat. cum Aphthonio. 1626. 8. et *Io. Schefferus* in ſua ed. Aphthonii et Theonis, Vpſaliae 1680. 8.

5. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. IIII. pag. 451. ſqq.

§. 6.

DEXIPPVS, philoſophus Peripateticus, Iamblichi diſcipulus, vixit circa A. C. 335. Defendit Platonem contra Plotini obiectiones in libris III. quaeſtionum in Categorias; qui latine tantum, *Io. Bernardo Feliciano* interprete, hactenus prodierunt, Venetiis apud Hieron. Scotum 1546. et 1566. fol. ad calcem Porphyrii in Praedicamenta, et ſeparatim excuſi, Paris. 1549. 8. apud Vaſcoſanum. v. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. Vol. IIII. pag. 155. ſq. ed. vet. et lib. III. cap. 8. pag. 486. vol. III. nou. edit. *Bruckeri* hiſt. crit. philoſ. Vol. II. pag. 484. — Diuerſus a *Dexippo Herennio*, de quo in ſect. IV. §. 85. et in Fabr. B. Gr. vol. III. pag. 39. ſq.

§. 7.

De *Gabria* ſiue *Babria*, vti vulgo nominabatur, ſed rectius dicitur *Babrius*, de eius aetate, quae a multis ad ſaeculum quartum medium referebatur, eiusque fabulis, ſupra in tom. 1. pag. 583 ſqq. vberius egi.

§. 8.

LIBANIVS.

1. Natus a. Ch. 314. obiit poſt annum 386.

2. Antiochiae ex familia nobili ortus mature conſecrauit ſe litteris: Zenobio quidem Sophiſta Antiocheno vſus eſt praeceptore, praecipue vero ex lectione veterum ſcriptorum comparauit ſibi bene ornateque dicendi facultatem, qua poſtea magnam nominis gloriam, aeque ac multos admiratores atque obtrectatores inuidosque nactus eſt. Varia igitur fata Athenis, Nicomediae, praeſertim Conſtantinopoli habuit Sophiſta noſter. Iuliani imperatoris gratia in primis floruit, et, licet ipſe religiones maiorum ſuorum numquam deſereret, multorum tamen doctorum chriſtianorum fuit magiſter. Poſt imperatoris Galli obitum in vrbe patria ab anno 354. reliquum vitae transegit, et tempora Arcadii, cuius principatus initium in A. C. 395. incidit, adtigiſſe videtur.

3. Permulta ſcripſit; Progymnasmata, declamationes, orationes, atque epiſtolas. Ea, quae typis exſcripta ſunt, partim *Fabricius* pag. 382. ſqq. et *Hamberger.* Z. N. Vol. II. pag. 884. ſqq. recenſuerunt, partim a me indicabuntur.

4. Progymnasmatum (nec vero omnium,) exempla cum Theonis progymnasmatis veluti eiusdem auctoris ediderat *Ioach. Camerarius*, Baſileae 1541. 8. addita verſione. — Quaedam Libanii opuſcula, cura *Soteriani Capſalis*, graece prodierunt Ferrariae 1517. 4. — et varia ſeparatim edidit *Federicus Morellus*, qui poſtea, quaecumque reperire potuit, collegit, et plurima e codd. MSStis

tis primus eruit, latine vertit, varias lectiones addidit, notisque atque indicibus inſtruxit, et praeludia quidem oratoria LXXII. declamationes XLV. et diſſertationes morales, Paris, 1606. Tom. I. orationes autem XXXVI. aliaque, Lutetiae 1627. fol. — Orationes IV. de patrociniis etc. nunc primum editae, quibus adiuncta eſt quinta, iam edita etc graece, cum verſione et notis *Iac. Gothofredi*, Geneuae 1631. 4. addita eſt alia 1641. illae quoque reperiuntur in *Iac. Gothofredi* Opuſculis iuridicis minoribus, Lugd. Batau. 1733. fol. pag. 350. — Orationes IV. cum latina verſione et notis *Godofredi Olearii*, in *I. A. Fabricii* B. Gr. Vol. VII. pag. 145. ſqq. — Orationes XVII. *Antonius Bongiouanni* primum ex MSStis eruit, latine vertit, notisque illuſtrauit, Venet 1754. 4. — Eas Fabricius l. m. pag. 411. maximam partem ex Allatii praefatione ad excerpta rhetorum graecorum iam laudarat, et Leonardus Adami 1719. mortuus, erat editurus. — Oratio de ſeditione Antiochena ad Theodoſium M. inter orationes Ariſtidis, Florent. 1517. pag. 165. — Eadem cum oratione ad Theodoſium Antiochenis reconciliatum, graece, in Chryſoſtomo *Sauilii*, Etonae 1612. Tom. VIII. pag. 125. et 131. — Argumenta orationum Demoſthenis, graece, cum Demoſthene, Venet. apud Aldum 1504. et graece ac lat. cum notis Hieron. Wolfii, cum eiusdem Demoſthene, Francof. 1604. — characteres, ſeu notae et formulae epiſtolarum graecarum, gr. ac lat. Lugduni 1614. 12. — Epiſtolae X. Baſilii et Libanii amoebeae, graece, inter Epiſtolas graecas, Venet. apud Aldum 1499. 4. — Epiſtolae XI. iam primum editae cum in-

terpretat. latina *Barth. Chriſt. Richardi.* Accedunt Lucae Holſtenii et Petri Lambecii obſeruatt. Francof. et Lipſiae 1707. 8. ex Lambecii Comm. de bibliotheca Vindob. Tom. VI. pag. 244. — Fabricius in B. Gr. paſſim aliquot epiſtolas primum publicauit, Tom. III. pag. 128. IV. pag. 284. VII. pag. 397. VIII. pag. 37. — *Carol. Ieſperus Benzelius,* Erici Benzelii filius *viginti* epiſtolas, (quarum tamen prima et ſecunda ad Bàſilium a *Cotelerio,* quarta ad Iulianum a *Federico Morello* iam antea vulgatae erant,) e tribus codd. edidit in disputatione, inſcripta: *Viginti Libanii, rhetoris, epiſtolae adhuc ineditae cum verſione ac notis, in regia Gothorum Carolina, praeſide cel. Io. Engeſtroehm publicae cenſurae ſubiectae,* Londini Gothorum, 1735. 4. — *Io. Chriſtophorus Wolſius* (qui alias quarumdam epiſtolarum editiones, aliis libris inſertas memorat in praef. ad maiorem edit.) inſignem Epiſtolarum Libanii copiam primus publici iuris fecit, latine vertit notisque illuſtrauit: nimirum, Epiſtolarum adhuc non editarum centuriam ſelectam, Lipſiae 1711. 8. tum alias in Anecdotis graecis ſacris et profanis, Tom. II. et III. Hamburgi 1722. et 1723. Pleniſſima tamen illius collectio eſt, et inſcripta: *Libanii Epiſtolae,* quas nunc primum maximam partem e variis codd. manu exaratis, edidit, latine conuertit, et notis illuſtrauit, *Ioann. Chriſtoph. Wolſius.* Accedunt in calce eiusdem Libanii epiſtolae a *Franciſco Zambicario* olim latine conuerſae, et Cracouiae, (1504. 4. *) liber eſt rarus,) primum

*) Cum adiectis *Io. Sommerfelt* argumentis et emendatione et caſtigatione. v. *Freytag* analecta de libr. rarior.

primum editae, heic autem integra propemodum centuria ex MS. auctae, Amſtel. 1738. fol. — Fragmentum quoddam Libanii cum verſione latina et notis, lucem primum adſpexit in Anecdotis literariis ex MSS. codd. erutis Tom. III. Romae 1774. — *Libanii* oratio defenſoria etc. e cod. Bauarico primum edita ab *Erneſtina Chriſt. Reiske*, Lipſiae 1775. 8. Haec etiam femina, ſexus ſui ornamentum, poſtea edere coepit Libanii orationes et declamationes, multis ἀνεκδότοις inſigniter auctas, et a beato ſuo marito emendatas, atque illuſtratas: Reiskius enim e ſex codicibus, in quibus et antiquitate et vtilitate critica praeſtitit reliquis alter ex Auguſtanis, iam vulgatas tam correctiores quam pleniores edere, et alias huc vsque ineditas publici iuris facere inſtituit. Illo autem mortuo, lucem adſpexit volumen I. inſcriptum: *Libanii ſophiſtae* orationes et declamationes, ad fidem codd. msst. recenſuit, et perpetua adnotatione illuſtrauit *Io. Iac. Reiske*, Altenburgi, ſumt. et litteris G. E. Richter. 1784. mai. 4. graece. Praefata eſt *Erneſtina Chriſtiana Reiskia*, quae primum de editis orationibus et codicibus, quos contulit Reike, agit; tum repetit titulos et fragmenta earum, partim ineditarum, declamationum, quas cel. *Villoiſon* in Anecdotis gr. tom. II. pag. 11. ſqq. ex Macarii Chryſocephali Ῥοδωνιᾶς excerpſerat; denique rationem, quam ipſa cum marito in deſcribendis et corrigendis orationibus ſequuta eſt, explicat. Hanc praefationem excipit vita Libanii, ex huius orati-

rior. pag. 532. *Ianozki* Nachricht von raren Polniſchen Büchern etc. part. II. pag. 81. ſqq. *Wolf.* in praef. ad maiorem Epiſtolarum editionem.

oratione potiſſimum ducta. Reiske ordinem orationum, qui eſt in vno cod. Auguſtanorum ſeruauit, et in primo volumine XXI. dedit atque notis cum exegeticis tum in primis criticis illuſtrauit. conf. cenſuram in bibl. critica Amſtelod. vol. III. part. II. pag. 76 ſqq. — Quae editio et ſplendida et cara quum pauciores reperiſſet emtores; librarius Opus in chartis octo plicatis formulis typographicis iterum deſcribere et continuare coepit; cuius volumen I. praelum reliquit ibid. 1791. alterum autem vol. 1793. Necdum abſolutum eſt opus, quia duo illi tomi LI. tantum orationes complectuntur. — Cel. *Morellius* ex cod. Veneto D. Marci et cod. Barberin. primus edidit, latine vertit eruditeque illuſtrauit *Libanii declamat. pro Socrate*, vna cum Ariſtidis orat. adu. Leptinem etc. Venetiis 1785. 8. — In Anecdotis litterariis, e msstis codd. erutis, vol. I. Romae, 1773. 8. pag. 1. ſqq. in lucem prolatum eſt fragmentum anecdot. orationis *Libanii* ad Antiochenos de Iuliani imperatoris ira, e cod. medic. Laurent. erutum, gr. cum vers. lat. P. *Philippi Angelici Becchetii*, Bononienſis, ord. Praedicatorum. — aliud fragment. cum verſione *Amadutii*, ibid. vol. II. p. 1. ſqq.

5. Atticae dictionis atque elegantiarum atque concinnitatis in primis ſtudioſus fuit. Hinc, quoniam artem neglexit artis tegendae, veneresque atticas nec non argutias, antitheſes, artem ſophiſticam et ſublimitatem declamatoriam plus iuſto venatus eſt, eam ſuauitatem et naturalem pulcritudinem, qua antiquiores attici ſcriptores libros ſuos mirifice commendant, in Libanio valde deſiderant homines ſagaciores.

6. V.

6. v. *Bergeri* diſſ. VI. de Libanio, Wittebergae 1696. 1698. 4. — *Fabricii* B. Gr. Vol. VII. pag. 378. it. vol. I. pag. 681 ſq. pag. 694. §. 36. et 38. — *Reiske* in Animaduerſs. ad graecos auctores, Vol. V. Lipſiae 1766. 8. — *Saxii* Onom. I. p. 405.

§. 9.

ARISTAENETVS.

1. A. C. 358. tremore telluris Nicomedienſis oppreſſus interiit.

2. Nicaea Bithynus, Libanii familiaris, litterarum amatoriarum ſcriptor: quamquam haud deſunt, qui illas Sophiſtae cuidam tribuant. v. *Schrader* praef. ad Muſaeum p. 17. et quae ego notaui ad Fabr. B. Gr. I. p. 695.

3. Princeps editio eſt ex bibliotheca *Ioan.* *Sambuci*, Antwerp. ex officina Chr. Plantini 1566. 4. — cum latina verſione et notis *Ios. Merceri*, Paris. 1594. (in cat. Pinell. tom. II. p. 211. et in Pinelli verſione ital. libri Harwoodiani p. 90. alii a. 1595 aut 1596. referunt,) — 1600. 1610. et 1639. 8. — cura eiusdem et *Ioan. Cornelii de Paw* notis, Trai. ad Rhen. 1736. 8. *) — Pleniſſima optimaque editio eſt *Frider. Ludou. Abreſchii*, qui ſuperiorum, tum Tollii, Doruillii, Caſp. Valckenarii et aliorum notis ſuas addidit, Zwollae

*) Et ibidem, nouo titulo. 1737. De Paw edit. notisque acriter quidem, at docte iudicat *Doruillius* in vann. crit. pag. 595 ſqq. et alibi. adde *Hauptmanni* cenſuram in Actis erud. Lips. 1738. mens. Ianuar. pag. 22. ſqq.

lae 1749. 8. idem eodem anno addidit Lectionum Ariſtaenetarum libros duos, et virorum aliquot eruditorum in Ariſtaeneti Epiſtolas coniecturas ſecum communicatas, quas ſuis, item Salmaſii et Munkeri animaduerſionibus in illum locupletauit, Amſtel. 1752. 8.

4. Suaues ſunt et amoenae, floribusque Platonis, Luciani, Philoſtrati aliorumque ornatae. Ingenium tamen ſaeculi et Sophiſtae produnt. Ariſt. fuiſſe imitatorem Muſaei iun. iudicat *Bergler* ad Alciphr. lib. III. ep. 1. at nil certi de imitatione illorum ſcriptorum, ex mea mente, poteſt pronuntiari ac definiri.

5. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. I. Libr. II. Cap. X. nr. XL. pag. 695 ſqq. — *Wyttenbachii* epiſtolam vide infra §. 12. laudandam. — In linguam theotiſcam epiſtolas tranſtulit eleganter *I. Fr. Herel.* Altenb. 1770. 8.

§. 10.
VALERIVS HARPOCRATION.

1. Libanio aequalis eſſe videtur cl. *Saxio* in Onom. lit. tom. I. pag. 407. aliisque: contra *Hambergerus* in Z. N. Tom. II. pag. 390. cum aliis putat, illum ante an. 169. vixiſſe.

2. Alexandrinus; Rhetor ſeu Grammaticus et auctor *lexici decem oratorum graecorum.*

3. Librum hunc perquam vtilem ad intelligentiam cum graecae linguae, tum in primis oratorum atticorum atque antiquitatis ediderunt *Aldus* graece cum Vlpiani Commentar. in Demoſthenem Venet. 1503. fol. tum *Philippus Mauſſacus* e tribus codd.

emen-

emendatiorem cum notis ſuis doctis et diſſertatione critica, in qua de auctore et de hoc ſcribendi genere diſputatur, Paris. 1614. 4. deinde graece et lat. *Nicol. Blancardus* cum Mauſſaci notis et diſſ. critica ex auctoris ſchedis ſuppleta atque emendata. Acceſſerunt *Henr. Valeſii* *) notae et animaduerſiones in Harpocrationem et Mauſſaci notas, Lugd. Batau. 1683. 4. **) De commoda hac editione Iac. Gronou. more ſuo, acerbe atque inuidioſe iudicauit, qui Harpocrat. graece cum ſuis obſeruationibus; cum diatribe Henrici Stephani ad locos Iſocrateos atque Valeſii notis etc. edidit, duorum codd. lectionibus et obſeruationibus quorumdam doctorum hominum ad edit. Aldinam 1527. ſcriptis vſus, Lugd. Bat. 1696. 4. — *Ἁρποκ. καὶ Σουίδα ἐκλογὴ περὶ τινῶν παρ' Ἰσοκράτει λέξεων* cum Iſocrate apud Aldum 1534. Baſil. 1565. 8. et apud Henr. Stephanum 1593. fol.

Eidem *Harpocrationi Alexandrino Iriart.* in catal. codd. gr. bibl. Matrit. pag. 432. ſqq. prologum II. in librum Kyranidem tribuit, eumque publicauit et pluribus illuſtrauit. Inſcriptio vero haec eſt, *Ἁρποκρατίωνος βίβλος ἀπὸ Συρίας θεραπευτικὴ*, h. e. *Harpocrationis liber medicinalis ex Syria.* adde *Fabr.* B. Gr. I. pag. 70. vbi in nota plura adnotaui, et pag. 74. nr. XVII. — De epitaphio *Har-*

*) Valeſii notae et Animaduerſiones etc. ſeparatim prodierant Lugd. Batau. 1682. 4.

**) Ordinem vocc. libri facilius euoluendi cauſſa immutauit: quod quam male factum ſit a Blancardo, Gronouius cum magna verborum acerbitate late oſtendit in praefatione. Sed vide *Villoiſon* prolegom. ad Apollonii Lexic. homericum pag. 43. ſq.

Harpocrationis incerti v. *Spaan* diſſ. de Antiphonte, oratore attico, pag. 802. in vol. VII. oratorum graecorum, edit. Reiskii.

4. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. c. 36. Vol. IV. pag. 583. ſqq. *Io. Alberti Fabri* decas decadum nr. 9.

§. 11.

MAXIMVS, Epirota, vixit circa a. Ch. 357. philoſophus, Aſtrologus, Sophiſta, et Iuliani imperatoris magiſter, ſcripſit 1) de *obiectionibus inſolubilibus ab oratore declinandis et eludendis:* (v. Fabr. B. Gr. vol. III. p. 499.) quem libellum ediderunt *Car. Stephan.* cum Dionyſii Hal. epiſtola ad Pompeium, Paris. 1554. 8. atque *Fabricius* cum verſione latina in B. Gr. Vol. IX. pag. 570. ſqq. — 2) *carmen de electionibus* ſiue *auſpiciis actionum*, e cod. Mediceo cum verſione Io. Rendtorfii a *Fabricio* primum publici iuris factum in B. Gr. Vol. VIII. pag. 414. ſqq. —

Non miſcendus eſt cum *Maximo*, Epheſio, itidem Iuliani praeceptore. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. III. cap. 20. vol. IV. pag. 158. ſq. vbi plura adnotaui; carmen id Maximo abnegatur a Ruhnkenio: it. ad vol. III. p. 521. et vol. IX. pag. 417. — *Bruckeri* hiſt. crit. philoſ. Tom. II. pag. 481. ſqq. — *Gratiani de S. Bauone* (h. e. *Io. Alberti*) animaduerſio in Maximi, philoſophi, locum, in Miſc. Obſeruatt. Vol. VIII. Tom. II. pag. 287. ſqq. — *Saxii* Onom. I. pag. 409. ſq.

§. 12.

§. 12.

FLAVIVS CLAVDIVS IVLIANVS, cognomine APOSTATA.

1. Vitae aura primum frui coepit a. C. 331. vulnere in proelio contra Perſas accepto periit a. C. 363.

2. Philoſophus, hiſtoricus, et orator facundus, ſplendido ingenio. A patruo Conſtantino M. et neceſſario Conſtantio, Augg. chriſtianis quidem doctoribus traditus fuit; at enim Athenis ex conſuetudine cum Maximo, philoſopho Epheſio, aliisque deorum cultoribus et ex lectione cum veterum auctorum, quos vocant, claſſicorum gr. tum in primis Libanii librorum amorem philoſophiae eclecticae atque Theurgiae non minus, quam odium doctrinae chriſtianae imbibit. Animum tamen atque iram, quam conceperat, callide temperauit, donec A. C. 360. Caeſaris dignitatem atque ornamenta adeptus eſt. Namque ab illo tempore cultum deorum palam profeſſus religionem chriſtianam quouis modo, clauſis chriſtianorum ludis, exſtirpare ſtuduit. Reliqua ab eo fortiter, aut bene maleque geſta perſequuntur ſcriptores veteres et recentiores a *Fabricio* in B. Gr. Vol. VII. Libr. V. cap. 8. pag. 76. ſqq. et *Hambergero* in Z. N. Vol. II. pag. 747. laudati. De vitiis et virtutibus, (virtutes enim ingenii, eruditionis atque imperii ingentia vitia et crudelitatem erga Chriſtianos paene aequabant,) in vtramque partem ab omni aetate disputarunt hiſtorici atque theologi; atque, mea quidem ſententia, prudenter et incorrupte iudicauit cl. *Schroeckh* in vita Iuliani, in allgemeiner

Biographie, Tom. IV. Berol. 1772. 8. Cunaeus nimius fuit virtutum Iul. laudator.

3. Scripſit orationes, ſatiras, epiſtolas etc. Epiſtolas ad Iamblichum ſuſpectas nec principe dignas habet *Dodwel* exerc. II. de aetate Pythagorae pag. 187.

4. *Iul. epiſtolae* IX. gr. in collect. epiſtolar. graec. Venet. ap. Aldum 1499. 4. — *Iuliani Myſopogon et epiſtolae* gr. et lat. nunc primum edita a *Petro Martinio* Morentino Nauarro. Paris. apud Andr. Wechel. 1566. 8. praemiſſa eſt Iuliani vita. — *Myſopogon*, gr. et lat. interprete *P. Martinio* et *Caeſares* gr. et lat. interprete *Cantoclaro* reperiuntur etiam inter variorum auctorum ſatyras. Lugd. Bat. 1655. 12. tom. I. pag. 106. *Iuliani*, quae extant, opera a *Petro Martinio* et *Carolo Cantoclaro* *) latina facta, emendata et aucta, cum praefatione *Martinii* de vita Iuliani. His acceſſerunt epiſtolae aliquot nondum prius editae. Additus praeter ea a *Car. Cantoclaro* liber eiusdem *Iuliani* περὶ βασιλείας et a *Theodoro Marcilio* ὕμνος εἰς βασιλέα ἥλιον, ab iisdem recogniti et illuſtrati. vna cum variis lectionibus e vetuſtis MSStis, Paris. 1583. 8. — Caeſares, gr. et lat. Car. Cantoclaro interprete, et cum illius ſcholiis, item cum notis *Frid. Sylburgii*, caſtigatius editi inter Sylburgii

*) Cantoclarus prius ediderat ſolos *Iuliani Caeſares*, e III. MSS. recenſitos, ſcholiis emendatos et latine verſos. Paris. 1577. 8. conf. *Heuſinger* ad Iuliani Caeſares in praefat. et in notis pag. 134. Alteram edit. *Stolle* in Nachricht. von den Büchern der Stoll. Biblioth. tom. I. p. 738 ſqq. vberius deſcripſit, et de Iuliano, et editoribus etc. varia lectu digna collegit.

burgii ſcriptores hiſt. rom. tom. III. Francof. 1590. fol. — Cunaeus latine vertit *Caeſares*, et cum ſatyra Menippea ex officina Plantiniana Raphelingii 1592, euulgauit. quae verſio Lugd. Bat. 1612. item cum *Nic. Rigaltii* funere Paraſitico, *Iuſti Lipſii* ſatyra Menippea, et *Cunaei* ſardis venal. Lugd. Bat. 1620. 12. inter varior. auctor. ſatyras, ibid. 1655. 12. tom. I. pag. 111. et cum *P. Cunaei* oratt. notisque Cellarii Lips. 1693. 1735. 8. etc. repetita eſt. — Opera e codd. partim auctiora, partim caſtigatiora gr. et latine et cum notis ſuis edidit Dionys. Petau. Paris. 1630. 4. conf. *Niceronii* vitas erudit. ex interpret germ. Baumgarten tom. I. pag. 166 ſqq. 236. 244. — *Iuliani* Opera et *S. Cyrilli Alex.* Archiep. contra Iulianum Libr. X. cum ſuis et Petauii notis e codd. et emendatius et plenius publicauit *Ezechiel Spanhem.* Lipſiae 1696. II. tom. fol. Is etiam homo doctiſſimus *Caeſares Iuliani* in linguam gallicam transtulit, (les Cefars de l' Empereur Iulien etc) erudītiſſimis notis multisque nummis aeri inciſis ornauit, Heidelb. 1660. 8. auct. Paris. 1683. 4. elegantiſſima eſt editio Amſtel. 1728. 4. (— enrichies de plus de 300. Medailles et autres anciens Monumens, graues par Bernard Picard le Romain.) — Caeſares adcurate commodeque edidit ſuisque et aliorum notis doctiſſimis, et imperatorum nummis ornauit *Io. Michael Heuſinger*, Gothae 1736. et 1741. 8. — Ego vero edidi et adnotatt. illuſtraui *Iuliani Caeſares*, Erlangae 1785. 8. — Ἰȣλιανȣ — *Des Kaiſer Iulians zwo Spottſchriften, die Caeſars vnd Miſopogon, griechiſch, nebſt einer deutſchen Veberſetzung vnd mit Anmerkungen verſehen*

von Hermann Iac. Laſius, der griechiſch. Litteratur Prof. zu Roſtock. Grypswald 1770. 8. cum praefat. Spanhemii. e ſermone gallico in germanicum verſa. Orationes tres panegyricae, ab eo, quum adhuc chriſtianus eſſet, ſcriptae; priores duae numquam antehac editae; poſtrema vero fere tertia parte auctior, cum verſione, notis atque emendationibus *Dionyſii Petauii*, Flexiae 1614. 8. — Epiſtolae XLVIII. graece et latine, in collect. epiſt. graecarum, Geneu. 1606. fol. — Epiſtola LIII — LVII. cum epiſtola Galli ad Iulianum, cum Theophylacti Simocattae Epp. et problemat. per *Bonauent. Vulcanium*, Lugd. Bat. 1597. 12. — Epiſtola LVIII. LIX. cum verſione latina *Nic. Rigaltii*, cum funere paraſitico, Paris. 1601. 4. — Epiſtolam LVIII. integram reſtituit et tres e MSS. eruit, lat. et graece cum notis ſuis Lud. Anton. Muratorius, in Anecdotis graecis, Patau. 1709. pag. 325. et *Fabricius* recudi fecit in B. Gr. Vol. VII. pag. 84. ſqq. — Caeſares *germanice* verterunt *Io. G. Lotter*, in den Schriften vnd Veberſetzungen der deutſchen Geſellſchaft in Leipzig, tom. II. pag. 371 ſqq. et anonymus, Halae 1788. 8. — De *Moreti* gallica Caeſarum verſione, Paris. 1682. 12. v. acta erudit. Lips. a. 1683. m. Iul. pag. 311 ſq. — *Anglicam* ſelectorum quorumdam *Iuliani* et *Themiſtii* verſionem laudant Britanni in critical Rewiew for Ianuar. 1785. Londini.

5. Ingenium, elegantiam, atque eloquentiam, haud raro ſophiſticam, nec non leporem, vrbanitatem et dicacitatem in ſatyris, aeque ac ſuperſtitionem Iuliani ſcripta abunde declarant.

6. Io.

6. *Io. Petri Ludewigii* edictum Iuliani contra philoſophos chriſtianos, Halae Magdeb. 1702. 4. — *Gottlob Friderici Gudii* diſſ. de artibus Iuliani Apoſtatae, paganam ſuperſtitionem inſtaurandi, Ienae 1739. 4. — *Chriſto. Aug. Heumanni* diſſ. in qua fabula de Iuliani imperatoris voce extrema, viciſti Galilaee, certis argumentis confutatur etc. Gottingae 1740. 4. — *Saxii* Onom. lit. I. pag. 411. — Marmora Taurinens. part. I. pag. 249. ſqq. de columna, Iuliano poſita. — *Dan. Wyttenbachii* Epiſtola critica ſuper nonnullis locis Iuliani imperatoris cum animaduerſs. in Eunapium et Ariſtaenetum, Gottingae 1769. 8. — *Io. Tobiae Krebſii* proluſio de argumentis pro veritate et praeſtantia religionis chriſtianae e Iuliani reliquiis, Grimmae 1770. 4. rec. in eius opuſculis acad. et ſcholaſticis, pag. 325 ſqq. — *H. P. K. Henke* progr. de theologia Iuliani, Helmſtad. 1777. 4. — de ingenio et ethnicismo Iuliani, in Mem. de l' acad. Paris. des Inſcr. vol. VII. pag. 102. ſqq. — *Chriſtiani Gottlob Einerti* commentationum ad conſtitutiones Iuliani imperatoris duo ſpecimina, Lipſiae 1771. 4. — (*Germar.* Prof. Gymnaſii Thorun.) progr. de inconſtanti Iuliani imperatoris aduerſus Chriſtianos clementia, Thoruni 1791. fol. — *D. Wyttenbachii* eruditae animaduerſiones in Iuliani orat. I. in bibl. critica Amſtel. vol. III. part. I. pag. 35 ſqq. et pa[illegible] II. pag. 1. ſqq. — Dogma de trinitate, adu[illegible]rſus Iuliani calumniam vindicatam a *I. A. Erneſti* in Opuſculis theologicis, ed II. Lipſiae 1792. 8, nr. XVII. — Einige Anmerkungen veber Kaiſer Iulians Schriften vnd Character, in ſo weit der letztere ſich in ſeinen Schriften dargeſtellt

 hat,

hat, in Bieſters Berliner Monatsſchrift m. April. 1794. 8. pag. 349. ſqq. et m. ſeq. pag. 470. ſqq. Alia ſcripta indicat *Saxius* in Onom. lit. I. pag. 411 ſq.

§. 13.

HIMERIVS.

1. Sub imperatoribus Conſtantio et Iuliano, atque etiam deinceps, poſt Iuliani A. C. 363. necem vixit. Wernsdorf coniicit, eum natum eſſe circ. a. 315 et exſtinctus circ. a. 386.

2. Ex Pruſiade ſeu Cio ciuitate Bithynus, Sophiſta et grammaticus: aemulus Sophiſtarum Anatolii et Proaereſii, poſt cuius fata Athenis ſedem fixit, ibique rhetoricae ſcholae praefuit: religioni chriſtianae inimicus: moderato tamen animo egit cum Chriſtianis, multosque inter auditores ſuos habuit Chriſtianos. Atqui mores eius fuerunt manſueti, molles, at etiam prorſus ſophiſtici. Hinc glorioſus ſui oſtentator ſuaque cathedra ſuperbiens. At vitam eius moresque vberrime et eleganter expoſuit *Gottl. Wernsdorf*, in prolegom. ad editionem ſuam pag. XXXV — LX.

3. Eius declamationes recenſuit, et ex plerisque Excerpta dedit Photius cod. 165. 243. etc.

4. Has exlogas cum duabus Polemonis declamationibus et rhetoricorum progymnasmatum exemplis, ex variis rhetoribus collectis edidit H. Stephanus gr. 1567. 4. et, quam Elias Ehingerus e cod. Auguſtano expreſſam miſerat ad Vſſerium, declamationem, eam *I. Alb. Fabricius* typis deſcribi fecit in B. Gr. Vol. IX. pag. 426. ſqq. At Fabri-

bricium aut Wolfium non vbiuis veram cod. Auguſtani lectionem repraeſentaſſe, *I. Michael Heuſingerus* docet, veris codicis lectionibus, etiam mendis redditis, in Actis Societatis Ienens. lat. Vol. I. pag. 48. ſqq. — *I. H. Maius* in catalogo codd. Vffenbachianorum pag. 586. in primis pag. 590 ſqq. ex apographo edidit tres orationes cum verſione ſua et notis; at textum gr. qui ex apograqho apographi ſumtus eſt, multa menda inſident; atqui nec verſio nec notae probatae ſunt Wernsdorfio. — Idem *Maius* antea ediderat Himerii Panathenaicum, graece, cum quibusdam ex anthologia inedita gr. epigrammatibus, Gieſſae 1719. 8. conf. *Fabr.* B. Gr. tom. XIV. pag. 13. Quam orationem integram ſiue Epithalamium, in nuptias Seueri, (apud Photium in Biblioth. cod. 243. pag. 2006. 2014.) in bibliotheca Auguſtana exſtare, et ex Eliae Ehingeri apographo in Biblioth. Vindob. ſcripſit *Fabricius* in B. Gr. Vol. IV. pag. 415. (vbi de Himerio vberius disputat,) eam pariter deſcriptam *Ehingerus* quoque ad Koenigium, Profeſſorem quondam Altdorfinum, qui margini quasdam adſcripſit coniecturas, miſerat, atque ego beneficio Dietelmaierii Prof. et Theologi Altdorfini quondam cel. nunc inter meas ſchedas ſeruo. Nec ingratum fore lectoribus arbitror, quando Eliae Ehingeri epiſtolam ad Koenigium hic ab interitu vindicaro. „Leo Allatius, Chius, natio„ne Graecus, cum ante aliquot annos bibliothe„cam Heidelbergenſem MSC. ex permiſſu Maximi„liani, Bauarici ducis, poſtea electoris, ſecum Ro„mam transferret, in itinere Auguſtam venit, ſpe„ctatum codd. MSS. graecos, et in iis etiam vidit

„*Himerii* orationes graecas inedítas, et ingeminan-„do dixit: ego miror, Himerii orationes hic ha-„beri, cum in vniuerſa Italia, neque Romae neque „Venetiis extent. Quod acroama me mouit, vt „horis ſubciſiuis illas, (ſunt enim tres,) deſcri-„pſerim. Prima vocatur ἐπιθαλάμιος λόγος *de nu-„ptiis Seueri imperatoris.* Orationem illam, quam-„uis ethnicam, honeſtius de matrimonio ſentien-„tem, quam Pontificiorum blasphemiam, nomini „tuo dicare et conſecrare conſtitui, peramanter „orans, aequi bonique conſulas, meque in affine „tuo, itidemque meo R. D. M. Hopfero redames. „Officia mea offero promtiſſima, paratiſſima. Vale „in Domino. Cl. dn. parenti tuo et literatiſſimo „Dn. Hakspan officioſam adſcribo ſalutem, Ratis-„bonae 5. Martii 1648.“ Illa tamen oratio pri-ma eſt earum, quas Maius l. c. pag. 590 ſqq. typis vulgauit. — *Gottl. Wernsdorf*, Prof. quondam Gedanens. iam a. 1751. in Formeii nonvelle bibl. Germanique, tom. IX. pag. 220 et 398. in ſin-gulari progr. conſilium Himerii edendi atque inſti-tutum ſuum aperuerat, et eruditos homines inui-tarat ad conſilia et auxilia Himerio ſuo conferen-da. Quascumque autem orationes ex codd. (inter quos Romanus praeſtantiſſimus eſt et locupletiſſi-mus,) et apographis nanciſci potuit; eas ſedulo conquiſiuit et contendit, atque permultos annos in illis ordinandis, emendandis illuſtrandisque con-ſumſit. Primum quidem copioſiſſimos confecerat commentarios: at quum editio operis redemtori-bus mole laborare, eoque ſibi minus vtilis futura videretur: poſtea contraxit opes. Enimuero vero nec ea opera placuit bibliopolis; nec Wernsdorfius multo-

multorum annorum multique laboris fructum viuus potuit percipere. Etenim poſt illius mortem demum contigit, vt bibliopolae adlicerentur ad periculum faciendum ſumtusque praebendos. Equidem ab filio illius, digno paterni nominis herede, opitulante cl. Lengnichio acceperam *Himerii orationem*, qua laudes vrbis Conſtantinopoleos et Iuliani Auguſti celebrantur, cum Wernsdorfii animaduerſionibus ex maiore illius commentario ſumtis, quam euulgaui typis, Erlangae 1784. min. 8. — Poſt aliquot annos factum eſt, vt frater illius, qui vniuerſitatem litterarum Helmſtadienſem fama nominis atque eruditionem diu ornauit, omnes Himerii orationes cum commentario contractiore e carcere diuturno quaſi emitteret. Haec autem eſt operis inſcriptio:

Himerii ſophiſtae, quae reperiri potuerunt, videlicet Eclogae e Photii myriobiblo repetitae et declamationes e codicibus Auguſtanis, Oxonienſibus et Vaticanis tantum non omnes nunc primum prolatae. Accurate recenſuit, emendauit, latina verſione et commentario perpetuo illuſtrauit, denique diſſertationem de vita Himerii praemiſit Gottlieb Wernsdorfius, in Athenaeo Gedanenſi quondam Prof. publ. Gottingae 1790. 8. — Praefationem eleganter eruditeque ſcriptam de prima hac editione Himerii et narrationem de vita, ſtudiis ac moribus Gottl. Wernsdorfii praemiſit eius frater Io. Chriſtian. Wernsdorf: quam ſequitur praefatio Gottl. Wernsd. in qua de conſilio ſuo inſtitutoque et opera, de editionibus et codd. quibus vſus eſt, et de viris doctis, qui eius ſtudium iuuerunt, late beneque diſſeruit.

5. Ariſtidem imitatus eſt: dictionem eius laudant *Eunapius* in Himerio pag. 157. ſq. ac *Photius* in cod. 165. At tamen more ſophiſtarum nimis venatur ornatum et colorem orationis, figuras et verborum potius venuſtatem ac ſplendorem, quam rerum nouitatem ac veritatem. Amat poeticas dictiones, voces nouatas, atticas, obſoletas et dithyrambicas. Allegoriis, et veris falſisque fabulis et floſculis ex antiquitate decerptis exornare ſtudet declamationes, ita vt lector potius interioris antiquitatis gnarus, quam qui veteres ad delectandum animum aut ingenium excolendum vnice legit, nec artem illam ſophiſticam callet amatque, requiratur. Conf. ipſius Wernsdorfii iudicium pag. LVIII. ſqq. et cenſorem in ephem. litter. Gottingens. a. 1785. plag. 128 pag. 1285 ſqq. de ſtilo arteque ſophiſtarum atque adeo Himerii acute ſentientem.

6. Conf. *Saxii* V. C. Onomaſt. liter I. pag. 413. ſq.

§. 14.
THEMISTIVS.

1. Floruit ſub imperatoribus Conſtantio, Iuliano et ſqq. immo primordia principatus Arcadii adtigit, atque a. 387. adhuc in viuis fuiſſe videtur.

2. Paphlago, ex loco ignobili. Partem eumdemque in addiſcendis artibus liberalioribus et philoſophia praeceptorem habuit *Eugenium*, nobilem philoſophum. In philoſophandi ratione ſectatus eſt peripateticos; neque tamen pythagoricam diſciplinam et Platonem, cuius eloquentiam in primis

mis amabat et imitando adſequi ſtudebat, neglexit. Quo factum eſt, vt laude et philoſophiae et eloquentiae floreret, et, licet deos coleret, imperatoribus chriſtianis eſſet iucundus. Primum Conſtantinopoli viginti annos docuit: tum Romam domicilium transtulit; at breui poſt reuertit Conſtantinopolin, vbi poſtea ſedem fixit perpetuam. Per quadraginta fere annos ſuam ſe operam collocaſſe gerendae reipublicae atque obeundis legationibus, ipſe in orat. XXI. ad Senatum teſtatur. Conſtantius, quem Ancyrae in Galatia a. Ch. 347. primum adfatus eſt, eum a. Ch. 355. in Senatum cooptauit, ob panegyricum, imperatori dictum, ſtatua aerea donauit eiusque philoſophiam imperii ſui ornamentum adpellauit. Iulianus eum praefectura vrbis Conſtantinopolis ornauit A. C. 362. quam dignitatem Theodoſius M. in eum a. Ch. 384. iterum detulit, eiusque curae et fidei filium Arcadium commiſit in Occidentem profecturus. Propter eloquentiam et oris ſuauitatem ἐυφραδὴς et a Gregorio Nazianzeno βασιλεὺς λόγων dictus eſt.

3. Superſtites ſunt Orationes XXXIII. et Paraphraſes librorum quorumdam Ariſtotelis.

4. Editiones *Fabricius* in B. Gr. V. VIII. (vbi a pag. 1. de noſtro agit) pag. 7. ſqq. et *Hambergerus* in Z. N. Vol. II. pag. 839. ſqq. diligenter recenſuerunt. Princeps eſt, cum Alexandro Aphrodiſienſi, graece, Venetiis in aedibus heredum Aldi Manutii, curante *Victore Trincauello*, qui octo tantum orationes edidit, 1534. fol. — *Themiſtii — orationes ſex Auguſtales* ad Conſtantium, Iouianum, Valentem et Valentinianum II. imper. Augg. habitae, gr. et nunc primum latinum in ſermonem

monem conuerſae a *Georg. Remo*, Aug. Vindel. Ict. cum eiusdem notis - adiecimus et ſeptimam Themiſtii oration. ad Valent. Imp. pro libertate religionis, latine. Ambergae Palat. typis Schoenfeldii. 1605. 4. Orationes XIV. harum ſex poſteriores nouae, ceterae emendatiores prodeunt, cum latina interpretatione, apud *H. Stephanum*, 1562. 8. — Orationes aliquot non editae, graece, cum interpretatione *Pantini* et viri eruditi (qui Dan. Heinſius fuiſſe dicitur,) notis. Lugduni Bat. 1614. 8. ſed duae priores iam antea fuerant excuſae. — *Petauius* edidit XVII. oratt. inter quas oratio 26 ſec. Harduini edit. nondum fuerat typis vulgata, 6ta autem antea ſub Syneſii nomine a Frid. Morellio Paris. 1604. 8. publicata. — Poſt ea idem *Petauius* orationes XIX, quotquot tunc cognitae fuerunt, gr. et lat. cum ſuis notis atque emendationibus, ad calcem contextus poſitis, edidit Paris. 1618. 4. Praemiſit Pet. narrationem de vita Themiſtii et veterum quorumdam de illo teſtimonia. *Andreas Dudithius* latine verterat oration. XII. in Harduini editione, eamque verſionem adiecerat *Georgius Remus* et editioni Themiſtii graecolatinae, et verſioni lat. ſex orationum ab H. Stephano publicatarum, ſub titulo *Theſaurus principum* etc. Francof. 1614. 4. — *Petauius* igitur, eam, quod non putuit graece reperire, graece reddidit, Themiſtii, quoad facere potuit, ſtilum imitatus, pag. 497 ſqq. Plurima ex orat. XII. ap. Petau. quae eiusdem plane argumenti eſt, repetita ſunt. Petauius tamen in notis pag. 722 ſq. coniicit, alteram iſtam Iouiano potius inſcribendam eſſe, quam Valenti imperatori. — Illam grae-

cam

cam Petauii verſionem cum eius animaduerſione recepit *Harduinus* pag. 154 ſqq. et 459 ſq. Huic vero, qui oratt. alio longe ordine diſpoſuit, debemus editionem hucvsque locupletiſſimam et optimam: inſcriptio vero haec eſt: Θεμιστίου λόγοι ΛΓ. *Themiſtii orationes* XXXIII. e quibus tredecim nunc primum in lucem editae. *Dionyſius Petauius* e S. I. latine plerasque reddidit, ac fere vicenas notis illuſtrauit. Acceſſerunt ad easdem XX. orationes notae alternae, ad reliquas XIII perpetuae obſeruatt. *Io. Harduini*, ex eadem ſocietate. Paris. in typogr. regia. 1684. fol.

5. Vſus eſt dicendi genere luculento, perſpicuo, eleganti atque copioſo.

6. Confer. *Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. Tom. II. pag. 484. ſqq. et in Appendice pag. 388. et *Saxe* in Onomaſt. liter. I. pag. 416. *S. P. C.* emendationes et explanationes locorum quorundam orationis I. Themiſtii, in ſupplem. act. erudit. tom. IX. ſect. XI. pag. 473. — *M. Beniamin Frid. Schmiederi*, Rector. Gymnaſii Lutheran. Halenſis, progr. de Themiſtio, tolerantiae patrono. Halae Sax. 1789. 4. Ex oration. XII et XX. docet, Themiſtium numero eorum, qui indifferentiſtae vulgo adpellantur, eſſe eximendum; eum tantummodo lenitatem erga diſſentientes ac libertatem ſentiendi, quam tolerantiam vocant, commendaſſe; idemque decem argumenta a Themiſtio pro illa virtute prolata, explicat. Adde Wernsdorfii notam ad orationem a me editam pag. 131 ſqq. — De Themiſtii paraphraſi Ariſtotelis e verſione Hermolai Barbari v. *Zeni* diſſ. Voſſiane, tom. II. pag. 377 ſqq.

7. No-

7. Noſtrum quidam male confuderunt cum *Themiſtio*, Agnoetarum ſectae conditore, et Alexandrinae eccleſiae diacono, qui vixit imperante Iuſtino circa A. 519. de quo vide *Harduinum* in praefat. et *Fabricium* loc. memor. pag. 5. ſq.

§. I.

ORIBASIVS.

1. Sub Iuliano, cuius Archiater fuit, et Valentiniano floruit ſaeculo quarto.

2. Pergamenus, Zenonis Cyprii diſcipulus. Fuit compilator: nam iuſſu Iuliani ex medicorum operibus conſarcinauit Excerpta, quae conſtitere LXX. libr. quorum plurimi inuidia et iniuria temporis edacis perierunt: nonnulli graece; nonnulli vero ex latina interpretatione exſtant. Ea omnia et Synopſin aliaque recenſent *Fabricius* B. Gr. Vol. IX. pag. 451. Vol. XII. pag. 639. ſqq. Vol. XIII. pag. 353. ſqq. *Hamberger*. Z. N. Vol. II. pag. 913. ſqq. in primis *Haller*. in Bibliotheca chirurg. Tom. I. pag. 95. ſqq. in Bibl. Anatom. Tom. I. pag. 113. ad quos artis medicae ſtudioſos ablego. Adde *Saxii* Onom. liter. I. pag. 416. — Memoramus editiones quasdam: Auctores de re medica, Soranus, *Oribaſius*, Plinius ſecundus, Apuleius. Baſil. 1528. fol. — *Oribaſii* opera, quae exſtant, omnia. latine. tom. III. *Io. Baptiſta Raſario* interprete. Baſil. apud Mich. Iſingrin. 1557. 8. et in Medicae artis principibus, apud Henr. Stephan. tom. 1. pag. 769. — Collectorum libri V. capita ſex priora, gr. et lat. curante *Auguſtino Riccio*, cum Galeni, Rufi etc. fragmentis. Romae 1543. 4.

4. — Anatomica ex libris Galeni, cum verſione lat. I. B. Raſarii, curante *Guil. Dundaſſ*, cuius (et in calce, Duckeri) notae accedunt, Lugd. Bat. 1735. 4. — In *Ant. Cocchii* veterum medicorum chirurgicis Florent. 1754. fol. ſunt quaedam Oribaſii fragmenta, graece cum Cocchii verſione lat. n. collectionis medicinalis LXX librorum quadrageſimus ſextus, de fracturis et liber XLVII. de articulis excidentibus e membranis Florentinis, (pag. 53 ſqq. et 129 ſqq.) ac fragm. quaedam e libris de laqueis et machinamentis, (pag. 171. 172.) Codicis Oribaſii, qui in bibliotheca Synodali Moſquenſi latet, notitiam dedit *D. Chriſtian. Godofr. Gruner*, Medicus Ienenſis. cel. in Baldingeri Magazin für Aerzte Part. II. pag. 183. ſqq. qui etiam fragmenti cuiusdam *Xenocratis*, *) Aphrodiſienis, medici ſub Tiberio, aut veriſimilius ſub Nerone viuentis, et a Plinio Galeno, Artemidoro, Aetio, et Clemente Alexandrino modo reprehenſi, modo laudati, ab Oribaſio ſeruati graece, a Fabricio, poſt Gesnerum, limatius exhibiti, cum cod. vero Moſquenſi a *Matthaei*, tum profeſſore Moſquenſi, collati varias lectiones dedit, adpoſitis lectionibus Fabriciani contextus et Vosſiani codicis (v. *Zobelium* in Stoſchii muſeo critico Vol. I. Faſc. III. p. 261. ſqq.) in programmate inſcripto: *Variae lectiones Xenocrateae*, Ienae 1777. *Oribaſium* graece editurus erat *Matthaei* ex cod. Moſquenſi; at, quoniam is vitioſiſſime deſcriptus, nimium laboris faceſſit, exiguam ſupereſſe ſpem cl. *Gruner* pag. 5. eiusdem program. memorat.

§. 16.

*) Vide ſupra, in ſect. IV. §. 8.

§. 16.

DIOPHANTES Alexandrinus, Themiſtii aetate, ſub Iuliano vixit, vt Meermannus et Montecucla, teſte *Saxio* in Onom. litt. I. pag. 417. argumentis idoneis demonſtrarunt. Fuit mathematicus et Algebrae, quam ipſe ante ſe ignoratam fuiſſe profitetur, praecipuus auctor. Scripſit Arithmeticorum libr. XIII. quorum ſex hodie ſuperſunt, et librum de numeris polygonis ſiue multangulis. Illi, qui ab interitu ſeruabantur, graece et latine primum editi et commentariis illuſtrati ſunt a Claudio *Casp. Bacheto Meziriaco*, Lutet. Paris. 1621. fol. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 22. §. 9. Vol. IV. et *Hamberger*, qui illius aetatem refert, ad a. Ch. 160. in Z. N. Vol. II. p. 335. *Scheibelii* Einleitung zur mathematiſch. Bücher-Kenntniſſ. part. XI. pag. 326. ſq.

§. 17.
SALLVSTIVS.

1. Sub Iuliano et Iouiano vixit, a. 363. dignitate conſulis ornatus.

2. Fuit philoſophus, et platonicam philoſophandi rationem ſectatus eſſe videtur.

3. Scripſit libellum de diis et mundo ſubtilem; in quo praeter alia aeternitatem animo humano et mundo rationibus quidem non adeo certiſſimis vindicauit: at videmus tamen, quantopere vel lumen doctrinae chriſtianae philoſophos ſuperſtitionibus addictos colluſtrauerit, et quibus artibus, fallaciis armisque ad frangenda eludendaque chriſtianorum argumenta illos vti oportuerit.

4. *Leo Allatius* primus e tenebris eruit et latine vertit; edidit vero *Gabriel Naudaeus*, qui ad calcem libelli eruditas Lucae Holſtenii animaduerſiones adiecit, Romae 1638. 12. quae editio repetita eſt Lugduni 1639. et a *Thoma Galeo* in Opuſculis mythologicis, phyſicis et Ethicis, gr. et lat. Cantabr. 1671. 8. et Amſtel. 1688. 8. notis ipſius interſperſis. — *Formey* librum fecit Francicum et illuſtrauit, Berolini 1748. 8. *Taylor* anglice cum Procli Hymnis etc. v. infra §. 37. de Proclo.

5. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. XIII. pag. 643. et vol. III. pag. 525. vbi quaedam adnotaui.

§. 18.

CAESARIVS, Epiſcopi Gregorii Nazianzeni frater natu minor: Alexandriae philoſophiam et artem medicam didicit: poſtea a. C. 362. Iuliani, iam Auguſti, archiater et quaeſtor Bithyniae dictus eſt: diem obiit ſupremum a. C. 369. Sub nomine eius circumferuntur *Quaeſtiones theologicae et philoſophicae*, CXCV. — *Elias Ehingerus* quaeſt 78 (quas genuinas habuit: plures enim continet cod. Bauar. ſed aliunde ſumtas,) primum e cod. Bauarico et Auguſtano graece (cum interpretatione Io. Leunclauii *) edidit, Aug. Vindel. 1626. 4. tum CXCV. graece et latine publicauit *Front. Ducaeus* in Auctar. Bibl. P. P. Tom. I. Bibl. P. P. Paris. 1654. Tom. XI. — Eaedem in Bibl. P. P. max. Tom. V. pag. 751. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VII. pag.

*) Neque in titulo, neque in praefatione in meo quidem exemplo mentio Leunclauii facta eſt.

pag. 542. *Hamberger.* Z. N. Vol. II. pag. 767. ſq. *Saxe* Onom. literar. 1. pag. 421. ſq.

De *Vindiciano*, Valentiniani I. Aug. comite Archiatrorum, qui circa A. C. 372. vixit, vide, quos *Hamberger.* in Z. N. Tom. II. pag. 757. et *Saxe* in Onom. lit. I. pag. 433. laudant.

§. 19.

PAVLLVS, ALEXANDRINVS, Aſtrologus et philoſophus, ſcripſit A. C. 378. Introductionem in doctrinam de viribus et effectis aſtrorum, quae graece, cum verſione *Andr. Schatonis*, Witteb. 1586. 8. et *Rudimenta in doctrinam de praedictis natalitiis ex bibl. H. Ranzouii primum gr. et lat.* etc. inſcripta; denuo correcta ibid. typis Zach. Lehmann. 1588. 4. prodiit, v. *Fabric.* B. Gr. Vol. IIII. Libr. III. cap. 21. §. 9. p. 139 ſqq. *Hamberg.* II. pag. 799. qui prioris meminit edit. ex Bunau. catal. 1. p. 203.

De *Sophronio*, S. Hieronymi familiari, circa a. C. 381. v. *Saxe* in Onom. liter. I. pag. 442.

§. 20.

AMMONIVS.

1. In viuis fuit circa a. Ch. 389. *)

2. Alexan-

*) Ad hunc annum Ammonium referunt *Fabric.* l. citando, *Saxius* Onom. I. pag. 449 et nouiſſimus editor praef. pag. XX. ſqq. freti teſtimonio *Socratis* in hiſt. eccles. lib. V. cap. 16. pag. 275. ed. Mogunt. Hic enim narrat, ſe adhuc adoleſcentulum Conſtantinopoli vſum eſſe praeceptoribus Helladio et Ammonio

2. Alexandrinus, Grammaticus, idolorum cultor et πιθήκε, *ſimiae* ſacerdos. Scripſit *de adfinium vocabulorum differentia* librum lexici more conſarcinatum; quem tamen alii Philopono; alii Herennio Philoni adtribuere maluerunt: quorum opiniones refutauit Valck. in praefat.

3. Libellus ille, critico et grammatico perquam vtilis atque neceſſarius, ſuperioribus ſaeculis frequentiores nactus eſt editores. Ego vero tres praecipuas claſſes recenſebo. Ordinem ducit *Aldus*, ex cuius officina Ammonius bis, isque non vbique idem, prodiit cum dictionario graeco-latino et Cyrilli opella 1497. fol. tum cum Phrynicho, Thoma Magiſtro et Moſchopulo 1524. Has editiones plures ſubſequutae ſunt, *) mutationibus interdum ab correctoribus bene maleque factis, quarum optima eſt a Io. Frellonio Lugduni 1553. vulgata. Omni-

 um

nio Alexandrino; illos vero, circa a. 389 in graui tumultu euerſis iuſſu Theodoſii Aug. per Theophilum epiſcopum Alexandrinum aedibus et ſimulacris deaſtrorum, Alexandria auſugiſſe et, vt effugerent Theophili iram, contuliſſe ſe Conſtantinopolin, et grammaticam hic profeſſos eſſe. Contra *Valcken*, in praef. opinatur, eum fuiſſe diſcipulum *Heraclidae*, qui περὶ καθολικῆς προσῳδιάς ſcripſit et ſub exitum ſaeculi primi vixit, idemque, quem in voc. ςαφυλὴν vocarit Ammon. ἡμέτερον, quod Valck. interpretatur *praeceptorem noſtrum;* ſed Fabricius et Ammonius, editor nouiſſimus, in nota ad praef. Valck. pag. XVII. et XLVI ſq. *Ariſtarchi ſectae,* cui etiam Ammonius grammaticus addictus fuit, *adſeclam.*

*) Adhaeret quoque Theſauro dictionum graecarum, Ferrariae 1510. fol. Lexicis graecis *Iac. Tuſani* Paris, 1552. fol. Curionis et aliorum.

um vero editorum ab Aldina quam longiſſime receſſit *Henr. Stephanus*, in Appendice ad Lexicon ſ. gr. lingu. theſaurum, Pariſinam recenſionem ad Lex. Tus. a. 1552 in primis ſequutus. — Optima omnium et praeſtantiſſima eſt, quam *Ludou. Caſpar. Valckenaer*, Lugd. Bat. 1739. 4. graece curauit. Ex edit. Aldina, MS. et aliunde Ammonium frequenter acuteque emaculauit, notis doctiſſimis illuſtrauit, et opuſcula quaedam grammaticorum graecorum ex codd. primum vulgauit, praeterea eodem tempore, tamquam alterum volumen, Animaduerſionum grammaticarum libros tres, in quibus permulta veterum ſcriptorum loca tentantur et emendantur, vna cum ſpecimine ſcholiorum ad Homerum ineditorum ex cod. Voſſiano adiecit. Hac editione, ſubtilioris eruditionis ingeniique Valkenariani teſte locupletiſſimo, nemo graecarum litterarum cupidus ſciensque facile carere poterit. — Valde probabilis et commoda eſt editio, cuius baſis eſt Valckeriana, paucis locis mutata: Ἀμμωνίȣ — *Ammonius de adfinium vocabulorum differentia, cum ſelectis L. C. Valckenarii notis atque animaduerſionibus edidit ſuasque obſeruationes adiecit Chriſtoph. Frid. Ammon*, Baruthinus. Erlangae 1787. 8. graece. In docta praef. agitur de Ammonio, eius aetate etc. — Praeclarum futurae editionis ſpecimen, in quo quaedam vberius explicantur, quaedam tamen in praef. ad libri editionem retractantur et copioſius explanantur, antea ediderat in disputatione, me praeſide habita; Animaduerſionum in quaedam Ammonii grammatici loca ſpicilegium, praemiſſa breui de vita eius disquiſitione, Erlangae 1786. 4.

4. Con-

4. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. Libr. IV. cap. 26. XV. 8. pag. 173. ſqq. et *Valkenaer* praefat. — *Caroli Segaar* epiſtola critica ad Valcken. complectens collationem MSti etymologici Traiectini cum *Ammonio* et cum Etymologico M. quod ad excerpta, quae habet ex dictionario eccleſiaſtico. Traeiecti ad Rhen. 1766. 8. Conſpectum V. L. a Segaario e cod. depromtarum dedit *Ammon.* v. cl. in edit. pag. LX. ſqq. prolegom.

§. 21.

HELIODORVS.

1. Floruit temporibus Theodoſii M. eiusque filiorum circa a. C. 390.

2. Emeſenus Phoenix, Epiſcopus Tricenſis, Theſſaliae *); de quo quidam multa fabulati ſunt.

3. Admodum iuuenis ſcripſit *Aethiopicorum* libr. X. ſiue fabulam diſertam, elegantem caſtamque amorum Theagenis et Charicleae, quae filia fuiſſe ſingitur reginae Aethiopiae.

4. Primum prodiit Heliodorus graece ex officina Heruagiana cum praefatione Vincentii Obſopoei, Baſileae 1534. 4. qui in praefatione et mirifice laudat Heliodorum, et ſata codicis, quo vſus eſt, et quem ex bibliotheca Matthiae Coruini, Hungariae regis, a milite Onoldino quodam direptum et, fauſtis ſideribus, Onoldum reportatum redemit, copioſe enarrat. — Tum libri X. collatione MSS. quatuor Bibliothecae Palatinae et aliorum emendati multisque in locis aucti, *Hieronymi Commeli-*

*) v. *Socrat.* H. Eccl. V. 22 ibique Vales.

melini opera, cum variis lectionibus et criticis adnotationibus ad calcem poſitis, et interpretatione latina *Stanislai Waſchewiczki*, nobilis Poloni, *) lucem viderunt apud Hier. Commel. 1596. 8. rec. Lugd. 1611. 8. — cum animaduerſionibus *Io. Bourdelotii*, Lutetiae Par. 1619. 8. quae editio quamquam exſpectationi et deſiderio criticorum non ſatisfecit; tamen a *Io. Petro Schmidio*, graece, Lipſiae 1772. 8. nouis mendis inquinata typis renouata eſt. — Cum annotatt. *Dau. Parei*, gr. et lat. Francof. 1631. 8. — *Germanice* verterunt *Io. Zſchorn* Franc. 1580. 8. — *C. W. Agrigcola* Ienae 1750. 8. — fide venuſteque *Meinhardus*, Lips. part. I. 1766. part. II. 1767. 8. — *gallice Iac. Amiot*. Paris. 1549. 1559. fol. 1575. 1583. 12. anonymus, ibid. 1623. 8. Partem vertit gallico carmine Melipus San-Gelaſius; hexametro anglico, *Abr. Fraunce*, v. Acta erudit. 1687. mens. Oct. pag. 580. *anglice* anonymus, Londin. 1791. II. voll. 12. qui Heliod. ſcribendi genus perperam aequiparat Ceruantis, Rouſouii et Richardſoni virtutibus. *Hiſpanice* Ferdinand *de Mena* Paris. 1616. 12. — rec. Matrit fere ante decennium. — *polonice* anonymus, Vilnae 1606. 8.

5. Caſtus

*) *Heliodori* Aethiopicae libri decem, nunc primum e graeco ſermone in latinum translati, *Stanislao Warſchewiczki*, Polono, interprete. Antwerpiae apud Martin. Nutium. 1556. 12. Warſch. videtur Heliodorus, Emeſenus, Theodoſii filius is eſſe, cuius mentionem facit Philoſtratus, Arabium illum adpellans: propter ea quod ſint gentes conterminae. Idem licere, ſcribit, ex ipſa confectione et expoſitione declamatorii argumenti conieстari.

5. Caſtus, venuſtus et diſertus eſt auctor: genus narrandi eſt facile, nec arte longe quaeſitum; epiſodia varia ſunt et iucunda, animique adfectus et ſenſa maximam partem naturae apta commodeque expreſſa. Neque tamen ingenio aliisque artis et dictionis virtutibus Longo mihi quidem ſuperior eſſe videtur Heliodor. v. §. 86. Sect. III.

6. Vide *Vauaſſor.* de ludicra dictione Cap. IX. ibique Kappii notas, Lipſiae 1722. 8. — *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 768. qui pag. 789. ſqq. carmen chemicum verſibus iambicis, quod noſtro Heliodoro, incerta fide, tribuitur, graece vulgauit. — *Saxii* Onomaſt. lit. I. pag. 451. —

§. 22.

A ſuperiore diuerſus eſt HELIODORVS, Lariſſaeus, mathematicus, incertae aetatis, qui ſcripſit *Capita opticorum:* edita graece et latine Florentiae aqud Iuntas, 1573. 4. — a *Frid. Lindebrogio* Hamburgi, 1610. 4. — a *Thom. Gale*, cum Opuſculis mythologicis etc. Cantabr. 1670. 8. — pleniora et in duos libros diſtincta cum animaduers. *Bartholini* Paris. 1657. 4. — graece et latine cum animaduerſionibus *Antonii Matani*, Philoſophiae in academia Piſana profeſſor. Piſtorii 1758. 8. qui pag. 37. ſqq. de auctore multus eſt. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 799. ſq.

§. 23.

PAPPVS.

1. Praeclarum hunc philoſophum atque mathematicum Alexandrinum *Hamberger*. in Z. N. II. pag

810. anno Ch. circ. 379. contra *Saxe* in Onom. lit. I. pag. 452. a. C. 390. vixiſſe coniecerunt. — *Reiſkio* in notitia poetarum antholog. pag. 230 *Pappus*, quem Leonidas Alexandr. carm. 659. pag. 215. aut in Meineckii edit. vtriusque Leonidae carm. 26. pag. 171. laudat, videtur eſſe mathematicus Alexandrinus, et vixiſſe ſub Hadriano imperat. Suidam vero falſa tradiſſe putat; nam nullum ait, ſcriptorem in iis, quos citauit Pappus, reperio, quorum indicem dedit Fabric. B. Gr. tom. VIII. pag. 206. ſaeculo poſt c. N. ſecundo iuniorem.

2. Varia ſcripſerat, in his libros mathematicarum collectionum, quorum exigua pars graece typis deſcripta eſt, n. fragmentum libri II. cum verſione et notis *Io. Walliſii*, cum Ariſtarcho Samio, Oxon. 1688. 8. et in Walliſii Opp. math. Tom. III. pag. 597. ſqq. — pars praefat. ad Libr. VII. cum *Commandini* verſione, in prolegom. Dau. Gregorii ad Euclidem, Oxon. 1703. fol. — praefatio integra Libr. VII. gr. et lat. ab *Edmundo Haley* edita ante Apollonii Pergaei Libr. II. de ſectione rationis, Oxon. 1706. 8. — aliquot lemmata libri ſeptimi cum verſione *Marci Meibomii*, cum eiusdem dialogo de proportionibus, Hafn. 1655. fol. p. 154 et 156. — Libr. V—VIII. ex interpretatione cogniti ſunt latina *Federici Commandini*, qui commentariis illos illuſtrauit: poſt illius autem mortem gener, *Valerius Spacciolus* edidit Piſauri 1588. fol. emendatius *Carolus Manoleſſius*, Bononiae 1659. fol.

3. *Suidas* in Θέων et πάππος, *Eudocia* p. 301. Fabricii B. gr. Vol. VIII. pag. 203. — *F. T. Schubert* comment. in Pappi lib. V. theor. 16. in nouis actis Aca-

Academ. ſcient. Petropolitanae, tom. III. Petroburgi 1788. inter mathematicas commentatt. nr. 6.

§. 24.

THEON.

1. Secundum *Saxe* in Onomaſtico liter. I. pag. 452. vixit a. Ch. 390. ſecundum *Hamberger.* in Z. N. Vol. II. pag. 758. et alios a. Ch. 365.

2. Alexandrinus, Mathematicus, Pappi aequalis et pater Hypatiae, feminae doctiſſimae. v. *Wernsdorfii* disp. 1. de Hypatia. §. v. pag. 7. ſq.

3. Superſunt 1) recenſio elementorum Euclidis; 2) fragmenta commentarii in Ptolemaei Canonem expeditum etc. vide ſupra ſect. 4. §. 50. — 3) Commentarius in magnam Ptolemaei Syntaxin, vide ſupra ibidem. 4) Scholia in Aratum. 5) Faſti graeci priores, in Dodwelli appendice ad diſſert. Cyprianicas, Oxon. 1684. 8. etc. — Obſeruationes in Theonis faſtos graecos priores et in Eiusdem fragmentum in expeditos Canones. Accedit de canone regum aſtronomico, eiusque auctoribus edd. MSStis, et, quae eo pertinent, diſſertatio, in qua duplex canon regum aſtronomicus nunc primum editus ex cod. MSto Lugduno Batauo. etc. Amſtel. 1735, 4. conf. *Bruckeri* hiſt. crit. philos. vol. II. pag. 351. not. *u.*

4. Diſtinguendus eſt a *Theone* ad a. C. 116. ſupra Sect. IV. §. 27. vbi *Schmidii* disp. iam citata eſt, et a *Theone* Rhetore Sect. V. §. 5. conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VIII. pag. 210. ſqq. et *Hambergeri* Z. N. Tom. II. pag. 758. *D' Arnaud* in lect. grae-

cis Hagae Com. 1730. pag. 135. ſqq. quaedam Theonis ſcholiaſtae Arati, loca emendat.

§. 25.

EVNAPIVS.

1. Circa auſpicia ſaeculi quinti floruit ſophiſta hic et hiſtoricus, atque diſciplinae chriſtianae hoſtis.

2. Sardianus Lydus: Proaereſii diſcipulus.

3. Ad noſtram aetatam peruenerunt 1) vitae *philoſophorum* et *ſophiſtarum*, quae, licet odio aduerſus chriſtianos ſint plenae, et captioſe atque obſcure ſcriptae, ſuam tamen vtilitatem et philoſopho et hiſtorico praeſtant: 2) fragmenta hiſtoriae continuatae, quam Dexippus inceperat, ſiue Legationes.

4. Vitas primum ex cod. mutilo, neque optimae notae, Io. Sambuci graece et lat. edidit *Hadrianus Iunius*, Antwerp. 1568. 8. — ex codd. II. Palatinis emendatiores et pleniores *Henr. Commelinus*, Heidelberg. 1596. 8. Commeliniana edit. eſt recuſa, ita tamen vt vitioſa et exſtantiora menda cumularentur. Acceſſerunt vero *Eunapii* Legationes e bibl. Andr. Schotti. Geneuae apud Paul. Stephan. (alia exemplaria habent apud Samuel. Criſpinum; alia apud Iac. Stoer aut Io. Vignon; ſed vna eſt eademque editio.) 1616. 8. Ven. *Io. Benedict. Carpzou.* Specimen Eunapii edendi ῥῆσις ex Aedes. etc. Lipſiae 1748. 4. Omnino optandum eſt, vt nomen ſoluat: quum praeſertim collationes codd. accepiſſet Fabricianas. — Legationes graece et latine cum Henr. Valeſii notis, in

Ph.

Ph. Labbei de ſcriptoribus Byzant. protreptico pag. 15. ſqq.

5. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 232. ſq. et IX. p. 399. — *Bruckeri* hiſtor. critic. philoſoph. Tom. II. pag. 303. — *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 11. ſqq. — *Ionſius* de ſcriptor. hiſt. phil. III. cap. 17. §. 1 — 4 pag. 93 ſqq. Theſaur. epiſtol. Lacrozian. tom. II. pag. 28. 105 et 133. de editione Fabriciana inchoata et cauſſa intermiſſionis. — *Reimarus* in vita Fabricii pag. 209. — *Henr. Vales* Emendatt. lib. III. cap. 15. et 16 etc. pag. 96 — 99.

§. 26.

HYPATIA.

1. Wernsdorfio rationes ſubducente, dies illius natalis circa annum CCCL. imperante Conſtantio accidiſſe credendus eſt.

2. Fuit Alexandrina, Theonis philoſophi filia, ingenio, eloquentia artibusque reconditis atque diſcipulorum frequentia excellens. *Wernsdorf* diſſ. I. pag. 31. docet, Hypatiam paganam quidem fuiſſe profeſſione; at mitius et modeſtius ſenſiſſe de religione Chriſtiana, quam quidem alii Platonicorum feciſſent; ideoque Syneſium, diſcipulum ſuum, vtut religionem chriſtianam ipſumque epiſcopatum ſuſcepiſſet, neque a propoſito reuocaſſe, neque poſtea minus dilexiſſe: quod ipſius Syneſii epiſtolae teſtantur. Praeſtantiſſima autem illa femina in ſeditione populari miſere periit, a. C. 416. ſecundum Wernsd. a. autem 414. ſecundum calculum Pagii. Nam diſſidio inter Oreſtem, Aegy-

Aegypto praefectum, et Cyrillum, Epiſcopum, Alexandrinum orto, homines quidam duri atque atroces *), arbitrantes, per Hypatiam, quae Oreſtis amicitia vteretur, impediri, quominus Cyrilli et Oreſtis animi reconciliatione coaleſcerent, conſpiratione facta, Hypatiam domum redeuntem, e curru, quo vehebatur, detractam, ad eccleſiam, quae Caeſarium dicitur, rapiunt. Ibi veſtibus omnibus ſpoliatam teſtis acutis interimunt, poſt membratim diſcerpunt, diſcerptaeque membra in locum, qui Cinaron dicitur, comportant, ibique incendio conſumunt.

3. Varia, quae ad artes abditas pertinerent, ſcripſerat; at iniuria temporis omnia perierunt. Epiſtola enim, quam Hypatia ad Cyrillum, epiſcopum Alexandrinum in cauſſa Neſtorii ſcripſiſſe perhibetur, et quam *Chriſtianus Lupus* pro genuina habuit, rectius vt ſpuria et fictitia reiecta eſt a Bruckero, Baluzio, Fabricio, Tolando, Wernsdorfio, (qui de ea in disp. I. pag. 23 ſqq. curatius egit,) aliisque. Illa autem exſtat in Synodico aduerſus tragoediam Irenaei, edito a *Chriſtiano Lupo*, Louaniae 1682. dein a *Stephano Baluzio* in noua collectione conciliorum, tom. I. pag. 926. a *Io. Garnerio* in auctario operum Theodoreti, pag. 673 et a *Wernsdorfio* loco cit.

4. Conf.

*) *Wernsdorf.* in disp. II. pag. 51 ſq. probatum iuit, fuiſſe *parabolanos*, h. e. Alexandriae genus quoddam hominum, publica auctoritate et ſumtu conſtitutorum, quorum officium erat, deſperatorum aegrotantium corpora curare et ſanare: de quibus idem Wernsdorf. late disputat.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VIII. pag. 219. ſqq. — *Io. Andr. Schmid* in diſp. de Hipparcho, Theonibus et Hypatia in matheſi celebribus, ſect. IV. Ienae 1689. 4. — *Iac. Brucker.* in hiſtoria critica philos. tom. II. pag. 351. ſqq. et in adpendice, pag. 380 ſqq. — *Io. Tolandi Tetradymus. containing I. Hodegus* — — II. *Clidophonis* — — III. *Hypatia*, or the Hiſtory of a moſt beautiful, moſt virtuous, moſt learned and every acompliſned Lady, who was torn to pieces by the Clergy of Alexandria to gratify the Pride, emulation and cruelty of their Archibishop Cyril. IV. *Mangoneutes.* — — Londini. 1720. (de quo libro v. *Windheim* in Bemühungen der Weltweiſen vom Iahr 1700 — 1750. 8. tom. IV. pag. 487 ſqq.) — *Saxii* Onomaſt. I. pag. 458. et quos ille laudat — *Io. Chriſtian Wolf* in mulierum gr. quae oratione proſa vſae ſunt, fragmentis et elogiis, pag. 72 ſqq. primum recudi fecit ſpuriam Hypatiae epiſtolam, tum collegit e Syneſii epiſtolis ea, quae ad Hypatiam pertinent; poſthaec gr. et latine repoſuit teſtimonia et narrationes longiores *Suidae*, (cuius articulus ex vita Iſidori a Damaſcio conſcripta depromtus eſſe videtur Küſtero,) *Socratis ſcholaſtici* hiſt. eccles. lib. VII. cap. 15. pag. 352. ed. Valeſii, *Nicephori Calliſti* hiſt. eccl. lib. XIV. cap. 16. pag. 469. *Philoſtorgi Cappadocis* eccl. hiſt. pag. 114. ed. Gothofredi, et paucorum aliorum breuiores. Idem in ſubiuncto foeminarum olim illuſtrium catalogo pag. 368 — 371. repetit ea, quae *Menagius* in hiſtoria mulierum philos. ſegm. 49 — 56. de Hypatia prodidit, et plures alios citat V. D. qui de ea diſſeruerunt. — Praecipue

cipue commendandae ſunt *Io. Chriſtoph. Wernsdorfii* IV. diſſertatt. de Hypatia philoſopha Alexandrina, Witteberg. 1747. et 1748. in quibus vir doctus illius vitam fataque vberius perſequitur, de eius caede cauſſisque agit, et in quarta diſp. ſpeciatim de Cyrillo Epiſc. in cauſa tumultus Alexandrini caedisque Hypatiae contra Gothofr. Arnoldum et Io. Tolandum defenſo.

5. Quod haud defuerunt, qui loco Suidae aut Damaſcii decepti, ſcriberent. Hypatiam fuiſſe *Iſidori* philoſophi vxorem, aut illam *Iſidoro* deſponſam ante nuptias periiſſe: *Wernsdorf.* disp. I. pag. 34 — 42. iſtius hiſtoriolae falſitatem demonſtraturus, vitam *Iſidori* copioſe perſequitur. Summa eorum, quae docte expoſuit Wersdorfius, haec eſt. *Iſidorus*, Alexandrinae ſ. neo-platonicae ſectae philoſophus, ſaeculo *quinto* clarus et Gaza oriundus, Alexandriae poſt ſcholas rhetoricas et poeticas primum ad Ariſtotelicam, dein ad Platonicam philoſophiam ſe contulit, illique modo Athenis modo Alexandriae operam ſtudiumque addixit, Hierocle, Proclo et Marino vſus praeceptoribus. Tum poſtquam nunc Athenis, nunc Alexandriae, docuerat, nunc alibi ſe continuerat; ſub initium ſaeculi ſexti vita deceſſiſſe videtur. Per temporum igitur rationes *Iſidorum* Hypatiae matrimonium iunctum eſſe non potuiſſe, immo vero Iſidorum Hypatiae aetatem plane non adtigiſſe, docet, ideoque aetatem Hypatiae et Iſidori curatius confert, et refutat *Brukerum*, qui natalem Iſidori in annum 465, mortem vero in medium ſaeculum ſextum reiicit: probat tamen Bruckeri coniecturam, a Suida diuerſas ſeparatasque Damaſcii de Hypatia et Iſidoro

Iſidoro narrationes vna orationis ſerie exſcriptas eſſe et imprudenter coniunctas.

§. 27.
HESYCHIVS.

1. Quando vixerit, non ſatis cognitum eſt compertumque, v. *Saxe* in Onomaſt. lit. I. pag. 464. ſqq. qui ad Ch. 399. eum adligat, et variorum ſententias ac rationes, idemque doctorum hominum obſeruationes criticas in Obſeruatt. Miſcellaneis obuias diligenter recenſet. Poſt concilium Nicaenum et Cyrillum Alexandrinum, ſaecula demum V. et VI. propter vocabula quaedam chriſtiana tunc fere temporis orta collocat eum *Sallier* in Hiſtoria Acad. Paris. I. et B. L. Vol. III. pag. 402. ex interpretatione Gottſchediae germanica, ſiue vol. VI. ed. Paris. p. 203 ſq. vbi contra Fabric. disputat. Hanc vero opinionem eſſe vagam et valde dubiam, ex iis, quae ſequuntur, facile patebit.

2. Scripſit Lexicon ſiue gloſſarium graecum ex grammaticis veteribus compilatum, et exemplis illuſtratum. Num Chriſtianus fuerit, nec ne, valde etiam dubitatum eſt. Ex eius gloſſis quidem nihil certi definiri poteſt. Atque *Ruhnkenius* in praef. ad Tom. II. ſtatuit, nos nec opus integrum, nec ab ipſo Heſychio concinnatum habere; ſed epitomen a docto Chriſtiano forſan factam, qui gloſſas biblicas ex biblicis gloſſariis, quarum nulla fuit inopia, et ex gloſſariis theologicis adſuit. Cl. tamen *Schow* in praef. pag. VI. ſq. contendit, in antiquo archetypo Heſychii lexicon fuiſſe multo breuius, et ſeriem litterarum diligentiſſime ſeruatam,

tam, probatque Bentleii ſententiam, gloſſas biblicas, quae ordini hodie repugnant ex archetypi margine a ſcriba negligenter in textum eſſe receptas. Idem perſequitur et indagat originem additamentor. et gloſſarum bibl. Neque tamen Erneſti in bibliotheca theol. Vol. VII. part. II. p. 130. ſq. negare audet, Heſychium fuiſſe chriſtianum.

3. Princeps ed. eſt Aldina, Venetiis 1514. curante Marco Muſuro, baſis reliquarum, n. *Florentinae* per heredes Philippi Iuntae 1520. fol. cura *Antonii Francini*, Varchienſis, tum *Hagenoens.* (quorum quaedam exempla titulum habent longiorem), quae eſt correctior, 1521. fol. *Schreuelianae* cum notis multorum doctorum hominum, quae eſt valde vitioſa, Lugd. B. 1668. 4. — *) Optima eſt et locupletiſſima *I. Alberti* cum notis graece doctiſſimorum hominum permultis, Tom. I. fol. Lugd. Bat. 1746. Tom. II. poſt mortem Alberti a Ruhnkenio demum curata et abſoluta ib. 1766. Quantum autem auctoritatis fideique lectionibus multis ſaepe ſit tribuenda, quam ſaepe viri doctiſſimi in corrigendo et reſtituendo quaſi Heſychio fruſtraneam poſuerint operam, vel ex eo patet, quod Muſurus ex vnico, qui ſupereſt, et hodie cuſtoditur in bibl. Veneta D. Marci, codice, eoque ſaeculo XV. exarato et multis gloſſis alienis obſito, edidit Heſychium, at mire mutauit et interpolauit. Iam *Villoiſonius*, V. C. in Anecdotis graecis, tom. II. pag. 254 ſqq. vbi de codice illo Veneto, ex

*) Conf. *Herm. Sam. Reimari* comment. de vita et ſcriptis I. Alb. Fabricii, Hamb. 1737. pag. 212. et *Alberti* praefat. cap. III. de hac editione, pag. IX. ſqq. et pag. XVIII. ſqq.

ex antiquiore deriuato, multus eſt, primum animaduertit, Aldinam editionem eum codicem fideliſſime κατὰ πόδα ſequi et religioſiſſime repraeſentare; non quidem, Vill. ait, prouti olim primitus fuerat ſcriptus, ſed prouti ſecunda, eaque perita, Muſuri manu paſſim emendatus fuit. Tum, litterarum, inquit, compendia et paullo intricatiores nexus, qui typothetis fraudem facere poterant, ita expediuit, vt voces, quae illis horrerent, ad codicis marginem omnibus deſcriptas litteris exhiberet; voces perperam coniunctas ſeparauit, et inepte ſeparatas calami ductu coniunxit; multa loca corrupta ſanauit, et priori codicis lectione deleta, ſuas emendationes a typothetis in textum recipiendas, ad oram adpoſuit, nonnulla tranſpoſita in ſuam reſtituit ſedem; quaedam etiam reſecuit et ſuper inducta lineola deleuit, quum alio eadem loco melius tradita eſſent; imo et quaedam, quae ipſi ad ſenſum neceſſaria videbantur, addidit, et ea quidem de ſuo. etc. Denique, vt, quomodo ſe geſſerit Muſurus in hac codicis recenſione, manifeſtaret, primum correctiones Muſuri in epiſtola Heſychii ad Eulogium et aliis multis locis factas indicauit; tum totius litterae Ξ, quam integram Dorville ex hoc codice a ſe deſcriptam, ſpeciminis loco ad Albertum adtulerat, collationem cum Aldina editione inſtituit. At multo diligentius et copioſius expoſuit et Muſuri correctiones, interpolationes et alia, quae innouauit ille aut corrupit, clarius oſtendit cl. *Nic. Schow*, Danus, qui, dum in Italia verſabatur, ſcripſit *Epiſtolas criticas*, vnam ad C. G. Heynium, alteram ad Th. Chr. Tychſenium, vniuerſitatis Gottingenſis Profeſſores.

Romae 1790. 4. in quarum priore Lexicon Heſychii MS Venetum curate deſcripſit. Ille igitur magnam quidem Muſuri doctrinam atque ſagacitatem laudat; at notat quoque, ſuis illum mutationibus veterem lectionem interdum reddidiſſe minus notam, in corrigendis librarii erroribus ipſum ſaepe erraſſe, ordinem alphabeticum, vbi primum gloſſarum vocabulum eſt vitioſum, audacter mutaſſe et truncaſſe, omnes latinas omiſiſſe gloſſas, plura ex etymologico M. aliisque grammaticis immiſcuiſſe, auctorum corrupiſſe nomina, gloſſas male diuiſiſſe aut coniunxiſſe, varietatem a prima manu ſupra ſcriptam pro lubitu recepiſſe aut reieciſſe. Interpolationum vero et mutationum, quas Muſurus fecerat, ſpecimina ex littera *A.* pag. 13 – 29 praebuit, et pag. 30 – 47. partem litterae *K.* ſecundum codicem et ſecundum edit. Alberti dedit. Plenius adhuc in reſtituendo Heſychii codice et Muſuri cura laudanda aeque ac eius erroribus patefaciendis idem vir doctiſſ. verſatus eſt, et totum Heſychii lexicon ita ex codice quaſi reſtituit, vt in altera paginae columna lectionem MS. in altera autem vel minimam Muſuri mutationem ſiſteret, et notis criticis illuſtraret. In praefatione autem de codice illo Veneto, de gloſſis illatis et additamentis reliquis, Muſuro etc. intelligenter diſſerit. Inſcriptio libri haec eſt: *Heſychii Lexicon* ex codice MS. bibliothecae D. Marci reſtitutum et ab omnibus Muſuri correctionibus repurgatum, ſiue Supplementa ad editionem Heſychii Albertinam, auctore *N. Schow.* Lipſiae, in officina Weidmann. 1792. m. 8. Doctiſſ. humaniſſimusque *Schow* exiſtimat, gloſſas biblicas ad vnam omnes minime ab Heſy-

Heſychio profectas eſſe, ſed a Chriſtianis ex Cyrillo aliisque gloſſographis ſacris, quibus ſemper conformes eſſe videntur, deſcriptas et in margine adiectas, easque poſtea in quamplurimis locis male et contra ordinem inſertas, in paucioribus locis conuenienter. Hinc varias Heſychii gloſſas ex Cyrilli, Stephani et Theodori aliorumque gloſſariis biblicis, iatricis quoque et botanicis gloſſis msstis reſtituit atque illuſtrauit. — *Valkenaer* adiecit Fuluii Vrſini Virgilio collatione ſcriptorum graecorum illuſtratio, in calce, ſchediaſma de epiſtola ad Eulogium, Heſychio praefixa operisque inſcriptione. Is pag. 150 contendit, lexico Heſychii ſplendidum illum titulum, *λεξέων πασῶν συναγωγὴν κατὰ στοιχεῖον, ἐκ τῶν Ἀριστάρχου καὶ Ἀππίωνος καὶ Ἡλιοδώρου, Ἡσυχίου γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως*, minus conuenire operis dignitati, nec recte legi praefixum: pag. 154. accedit ſententiae Bentleii, in epiſtola ad Bielium pronuntiatae, gloſſas, quas vocamus ſacras, aeuo fuiſſe recentiori Heſychianis interſertas, neque vnum aliquem de tribus iſtis lexicon concinnaſſe homericum ad litterarum ſeriem digeſtum. Poſtquam ea, quae falſo inepteque dicta videntur a ſcriptore epiſtolae, erat perſequutus, et de lexicis quibusdam antiquis et de Heſychiano docte diſſeruerat: concluſit epiſtolam ad Eulogium a Graeculo recentiori praefixam, vt librum nullius momenti acceſſionibus a ſe ditatum ſplendidis mendaciis commendaret; atque adeo exiſtimauit, *Heſychium*, ſiue vetus illud et ad adipiſcendam eruditionem ingeniumque exercendum vtiliſſimum inſtrumentum, iſta ad Eulogium epiſtola contaminari. — Contra cl. *Villoi-*

ſonius in prolegg. ad Homeri Iliada pag. XXVIII. ſin diſceſſione a Valcken. facta, cenſet, ex Ariſtarchi commentariis et operibus, in quibus difficiliora Homeri vocc. ſiue etiam integras loquendi formulas facilioribus ac vulgo receptis explicita fuerint, partem profluxiſſe illarum interpretationum breuiorum, quae in Heſychii lexico exſtant; hinc Heſychium in epiſtola ad Eulogium, quam non putat Vill. ab vltimi aeui Graeculo confictam, dicere potuiſſe, ſe τῶν Ἀριςάρχȣ λέξεων εὐπορῆσαι, Ariſtarchi gloſſis inſtructum fuiſſe; non quod Ariſtarchi gloſſarium homericum, quod numquam exſtitit, nec ipſe exſtitiſſe dicit, habuerit; ſed quod varias illas gloſſas, quae in Ariſtarchi commentariis homericis et operibus ad Comanum, ad Philetam etc. occurrebant, vel earum ſaltem ab aliis iam factas collectiones, compilauerit: recte igitur Heſychium, exiſtimat, opus ſuum inſcripſiſſe, λέξεων πασῶν συναγωγὴ κατὰ ςοιχεῖον ἐκ τῶν Ἀριςάρχȣ. — Laborem, ſacrarum litterarum interpretibus gratum vtilemque, ſuſcepit cl. *Erneſti*, edito docteque illuſtrato libro, cuius inſcriptio haec eſt: *Gloſſae ſacrae Heſychii graece*, ex vniuerſo illius opere in vſum interpretationis libr. ſacr. excerpſit, emendauit, notisque illuſtrauit *Io. Chr. Gottlieb Erneſti*, Prof. philos. P. E. Acceſſerunt praeter diſſertat. de gloſſis ſacris Heſych. Gloſſae gr. in Pſalmos ex catal. mstorum bibl. Taurinens. denuo editae. Lipſiae 1785. 8. In praemiſſa diſſ. de gloſſis ſacris etc. ab initio adſerit illas Heſychio et oppugnat Alberti ac Bentleii, ſecus ſentientium, iudicium. At cenſor libri in Ephem. Lips. litter. plag. 38. eiusd. a. pag. 594. probat ſententiam, gloſſas illas ſacras

ſacras a monacho quodam potius, quam ab Heſychio eſſe profectas, et alia opponit argumenta.

4. Vtiliſſimus eſt liber, ſed, quamquam acutiſſimus quisque in emaculando illo vires ingenii atque eruditionis expertus eſſet: multa tamen reſtant inquirenda, ordinanda atque emendanda abiiciendaue.

5. v. *Alberti* et *Ruhnkenii* praefationes. — *Fabricius* in B. Gr. Libr. IV. Vol. IV. pag. 542. ſq. — *Alberti* ſpecimen obſeruatt. in Heſychium dedit in bibl. hiſtor. philol. theolog. Bremenſi, claſſ. VIII. pag. 149 — Idem in Periculo criticoetc. Lugd. Bat. 1727. 8. cap. XV — XXVI permulta Heſychii loca emendauit aut explicuit, et pag. 91. ſtatuit, Heſychii lexicon, quale ad nos peruenit, ſaec. V. aut circa VI. ſaeculum eſſe compoſitum. — *Richard. Bentlei* in epiſtola ad Millium paſſim et frequenter emendat Heſychium, aut eius hallucinationes notat, aut παρεμβεβλημένα quaedam in eo indicat. Eiusdem epiſtolam ad I. Chr. Biel de gloſſis ſacris in Heſychio inſititiis euulgauit *Alberti* in prolegom. ad Heſych. tom. I. — Ibidem recuſa eſt *I. Aug. Erneſti* proluſio de gloſſariorum graecorum, (in primis Heſychii) vera indole et recto vſu in interpretatione, (primum edita Lipſiae 1742. 4.) — *Io. Ienſii* Lucubrationes Heſychianae. Obſeruata in ſtilo Homeri. Vetera epigrammata graeca, pro anecdotis prodeuntia. Rotterodami. 1742. 8. (v. noua Act. erudit. m. Ian. 1745. pag. 16. ſqq. — Quas I. Viti Pergeri, Q. Sept. Florentis Chriſtiani, Caſp. Barlaei et Ed. Bernardi adnotationes in Heſychii gloſſar. *I. Chriſtoph. Wolf* in anecdotis gr. tom. IV. pag. 172 ſqq. in lucem

 prodire

prodire iuſſerat, eas locupletiores accepit ſuaeque inſeruit editioni Alberti. — *Taylor* in Lectionibus Lyſiacis, cap. IX. (vol. VI. oratorum gr. ed. Reiskii pag. 278 ſqq.) duo fontes mendarum, quibus ſcateat gloſſarium Heſychianum, indicat, et octoginta circiter in locis id emendat. — *Lamb. Boſii* animaduerſſ. ad Heſychium, in eiusdem animadu. in ſcriptores gr. Franeck. 1715. 8. pag. 123. ſqq. — *Georgii d' Arnaud* lectionum graecarum Libr. II. Hagae Comitum 1730. 8. pag. 1 — 134. — *Io. Sam. Semleri* notitia ſplendidiſſimae Heſychiani lexici editionis, quae inter Batauos prodiit, et ſpecimen animaduerſionum, Halae Sax. 1749. 8. — *Triller* in Obſſ. criticis pag. 1. ſqq. Francof. ad Moenum 1742. — *D' Anſſe de Villoiſon* in praefat. ad Apollonii Sophiſtae lexicon graecum abunde oſtendit, Heſychium ex illo multa hauſiſſe, et infinitis paene locis poſſe emendari. — *I. Toupii* emendationes in Heſychium, poſt mortem illius editae, tom. III. pag. 205 ſqq. et tom. IV. pag. 1 — 358. in illius opere inſcripto: Emendationes in Suidam et Heſychium et alios lexicographos graecos voll. IV. Oxon. 1790. 8. Vt alios nunc omittam.

§. 28.

LONGVS.

1. Incertae aetatis eſt ſcriptor noſter ſuauiſſimus Eroticus, Sophiſta. *Saxe* V. C. in Onom. liter. I. pag. 472. eum ad initium ſaeculi quinti refert. *Bodenio* ſaeculo quarto aut quinto floruiſſe videtur.

2. Scri-

2. Scripſit Paſtoralium de Daphnide et Chloe libros IV. lepide ſcriptos, ſi a loco quodam inuerecundo diſceſſeris, conf. ſupra ſect. IV. §. 86. Achilles Tatius, et Heliodorus, in h. ſect. §. 21.

3. Princeps eſt, eademque rariſſima, editio *Raphaelis Columbanii*, Florentiae apud Philippum Iuntam, 1598. 4. — Praeſtans eſt et diligenter curata *Godofr. Iungermanni*, Hannouiae, graece et lat. 1605. 8. cum animaduerſionibus editore dignis. — editio ex officina Commeliana gr. et lat. cum Achillis Tatii ac Parthenii Nicaeenſis Eroticis caret ſubſidiis atque ornamento, 1601. 8. — Iungermannum, eius tamen nomine diſſimulato, compilauit, multo autem plura, haud raro longius repetita et ſuperflua, licet docte congeſta, de ſuis copiis addidit *Petrus Mollius*, Snecanus, graecarum litterarum profeſſor in academia Franequerana, 1660. 4. Franequerae. — Splendida eſt editio, quam *Nealmus*, (Neaulme) bibliopola Pariſiens. vna cum emendationibus vncis incluſis, Lutetiae Paris. 1754. 4. prodire iuſſit cum figuris in aes eleganter inſculptis. — Superiorum copias in ſuam editionem transfudit, ſuisque egregiis locupletauit *Beniam. Gottlieb Laurent. Boden*, Prof. Witebergens. Lipſiae 1777. 8. cum Laurentii Gambarae expoſitis atque indice, et Mollii verſione latina. — Nitida eſt editio, quam *Ludou. Dutens* curauit Paris. 1776. 12. — Nouam contextus gr. e libris et ſcriptis et editis correcti recentionem fecit, atque in animaduerſionibus plura, quae viderentur, vulnera ſanauit *Io. Bapt. Caſp. d' Anſſe de Villoiſon.* Paris. 1778. 8. gr. et lat. Symbolas contulerunt Valcken. Wyttenbach. Hermann.

Tollius et Nic. Hinlopen. — Textus, a Villoiſonio concinnatus, in ſplendida editione, typis Bodenii Parmae 1786. med. 4. in typographia regia graece excuſa, cum proloquio (Paciaudi) de libris antiquorum eroticis eſt repetitus. Quod in codice quodam Caſſini loco *Λογγου* ſcriptum exſtat *λόγου ποιμενικῶν* in eoque vocantur *Λεσβιακῶν ἐρωτικῶν λόγοι δ΄*, quaeſtio orta eſt, num *Longus* vmquam exſtiterit, et annon nomen illius e lēctione *λόγου* ſit effictum.

4. Sophiſta noſter a fertilitate ingenii in inueniendo, et ab humanitate acieque iudicii in conſtituenda ornandaque fabula parum commendabilis eſt. Venatur autem locos communes et floſculos atque ornatum orationis. Simplicitate tamen, quam iuuat ſcena quaſi bucolica, ſuperat Achillem Tatium.

5. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 813. ſq. — Les amours de Daphnis et Chloe Paris, 1717. 12. — Amſtel. 1749. 12. De theotiſcis huius et reliquorum eroticorum verſionibus vide *Schummelii* Veberſetzer. Bibliothek. Witteb. et Zerueſt. 1774. pag. 14. ſqq.

§. 29.

Hic memorentur *Nonnus* et reliqui ſcriptores erotici, incertae aetatis, haud inuenuſti quidem, at cum Longo non comparandi.

1. NONNVS, Panopoli Aegyptius, circa a. C. 410. auctor poematum, a) libr. duorum de quinquaginta *Dionyſiacon*, in quibus adfectat vbertatem et tumorem: (vide *Scaliger*. III. epiſtol. 247.) Princeps ed. eſt, graece ex bibliotheca Sambuci, cum

cum lectionibus et coniecturis *Gerarti Falkenburgii*, Antwerp. 1597. 4. tum cum *Eilhardi Lubini* verſione latina et *Falkenburgii* emendatt, Hanou. typis Wechel. 1605. et iterum ibidem, additis Petri Cunaei Animaduerſ. libro, Dan. Heinſii diſſ. de Nonni Dionyſiacis et Paraphraſi, atque Ios. Scaligeri Coniectaneis, 1610. 8. — b) *paraphraſeos euangelii ſecundum Ioannem*, editae a *Demetrio Duca Cretenſi*, Romae 1526. 4. deinde ſaepius: curatius et plenius prodiit opera. *Franciſci Nanſii*, cum eius notis et interpret. lat. Lugd. B. 1589. 8. et correctius, 1599. *) *Frid. Sylburgii* edit. gr. et lat. ſecundum codd. Palat. ex officina Commel. 1596. 8. Lipſiae 1613. 8. ibid. 1629. 8. etc. typis repetita. Denique edidit illam *Daniel Heinſius* in ſuo Ariſtarcho ſacro, ſ. ad Nonni in Ioannem metaphraſin exercitatt. etc. Lugd. Bat. 1627. 8. et cum eius ſacrarum exercitation. ad N. T. libris XX. etc. Lugd. B. 1639. fol. Cenſura Nonni docta et ſeuera mouit controuerſias; conf. *Caſpari Vrſini* Nonnum rediuiuum, Hamburgi 1667. *Fabricii* B. Gr. VII. pag. 682. *Hambergeri* Z. N. III. p. 34. ſqq. — Cl. *Schow*, Danus, e codd. ital. *Nonni* Dionyſiaca editurus eſt.

2. XENOPHON, Epheſius, cuius amores edidit *Antonius Cocchius*, Londini 1726. gr. et lat. 8. — rec. graece cum latina Cocchii, et italica gallicaque,

*) Nanſius edidit *curas ſecundas* ad Nonni paraphraſin etc, Lugd. Bat. ex offic. Plantin. apud Franc. Raphelengium 1593. 8. de quo libello, tum de Nanſii, et Lipſienſi (a. 1613.) editt. et de Heinſii exercitatt. plura leges in *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürd. Büchern. tom. VII. pag. 115 — 121.

licaque, iam antea vulgatis verſionibus, Luccae 1781. med. 4. — *italica A. M. Saluinii* verſio, edit. III. prodiit Florent. 1792. 16. Haec eſt prima pars colligendorum librorum romanenſium, cum inſcriptione: Biblioteca de' Romanzieri greci tradotti in Italiano. Germanice, Anthia vnd Abrokomas aus dem Griechiſchen des Xenophons von Epheſus, Lipſ. 1775. 8. et ab alio diligentiùs, Onoldi 1777. 8. In Miſcell. Obſeruat. Vol. III. IV. V. VI. et X. et in nouis miſcell. obſſ. tom. III. et VI. Alberti, Hemſterhuſius atque Abreſchius etc. nec non *Doruillius* in permultis locis animaduerſionum ſuarum in Charitonem, in emendando illo ſcriptore vires ingenii certatim exercuerunt. v. cl. *Saxii* Onom. lit. I. p. 472. ſq.

3. CHARITON, Aphrodiſienſis, de Chaerea et Callirhoe, ed. a *Iac. Philippo d' Oruille*, cum verſione latina I. I. Reiskii, Amſtel. 1750. 4. Additus Doruillii commentarius eſt verus graecae eruditionis theſaurus, in quo praeter ea infinita paene veterum auctorum loca emendantur et illuſtrantur. — rec. (curante et corrigente quaedam *Beckio*. V. C.) Lipſiae 1783. 8. — *gallice* vertit notasque adiecit *Larcherus*, Paris. 1763. 8. (v. *Villoiſon* in prolegom. ad Hom. Iliada pag. XLVI. not.) — tum *Fallet*, cuius verſio valde liberalis eſſe dicitur, ed. II. lucem vidit Syracus. et Paris. 1784. 12. tom. I. II.

4. De NICETA, EVGENIANO, et reliquis ſcriptoribus eroticis ineditis v. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. Libr. V. cap. 6. pag. 812. ſqq. Duos hucusque ineditos in lucem prolaturus erat. Boden.

§. 30.

§. 30.

MARCIANVS.

1. Circ. A. C. 410. floruiſſe, et Syneſii aetatem adtigiſſe videtur *Saxio* Onom. 1. pag. 477. Ex Heraclea Ponti oriundus, Geographus.

2. Scripſit 1) Periplum maris externi, Libr. II. quorum prior integer exſtat, poſterior vero mancus. 2) Epitomen librorum vndecim Geographiae Artemidori, Epheſii, e qua prologus tantum et Ponti vtriusque, Bithyniae et Paphlagoniae periplus ſupereſt.

3. *Marcianum* cum Scylace etc. primum edidit ex codice Io. Georg. Herwarti, graece, *Hoeſchelius*. Aug. Vindel. 1600. 8. — Marcianus Heracleota, (*Scymnus Chius*,) de ſitu orbis gr. et lat. cum notis Morelli, Paris. 1606. 8. v. Pinelli catal. I. p. 357. — *Marciani* Periplus, in *Hudſoni* Geograph. vet. ſcriptoribus minor. Oxon. 1698. 8. Vol. I. vbi etiam pag. 143. legitur *Dodwelli* diſſ. de ſcriptis et aetate Marciani Heracleotae. Is pag. 157. putat, Marcianum haud iuniorem fuiſſe ſaeculo tertio, nec iuniorem Conſtantinopoli, cuius mentionem omnem deuitaſſet, aut diuerſos diuerſae aetatis fuiſſe Marcianos.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 2. nr. X. Vol. IIII.

§. 31.

PHOEBAMMON.

1. Aequalis Syneſii (vid. Syneſii epiſt. 143.) eſſe videtur *Fabricio* in B. Gr. Vol. IV. pag. 458. quem

quem adi. Cui adſentit, eodem aliisque argumentis vſus, M. *Io. Iacob. Boſius* in epiſtola gratulatoria de Phoebammone rhetore eiusque περὶ σχημάτων ῥητορικῶν libello, Lipſiae 1738.

2. Apud Photium cod. 279. pag. 876. dicitur noſter κοινοπολίτης, vbi vero Boſius l. mem. pag. XI. malit legere κυνοπολίτην. Secundum hanc coniecturam Phoebammon ortus eſt Cynopoli, vrbe Aegypti. Fuit rhetor, et in libello iam ſupra memorato, n. de ſchematibus oratoriis, praecepta eloquentiae et rhetoricae artis tradidit. Stilus haud omnino purus, et ratio ſapit ſaeculum auctoris.

3. Primum prodiit libellus, ſine auctoris tamen nomine, in Aldina rhetorum collectione, Venetiis 1508. tum paullo limatius cum verſione latina notisque *Normanni*, vna cum *Alexandro* de figuris ſententiae atque eloquutionis et *Minuciano* de ſedibus argumentorum, Vpſaliae 1690. 8. Medicas tamen manus adhuc exſpectat.

§. 32.

EVDOCIA, vero nomine ATHENAIS, Leontii, ſophiſtae Athenienſis filia, coniux Theodoſii II. imperatoris; poſtquam religiones ſuperſtitioſas abiurauit, A. C. 421. nuptiae celebratae ſunt, et a. C. 422. Auguſta eſt coronata. Hieroſolymis demum A. C. 460. diem obiit ſupremum. Ingenii et facultatis poeticae laude in primis floruit: varia quoque ſcripſit; at pauca noſtram tulerunt aetatem. Carmen eius de Martyrio S. Cypriani, *Angel. Maria Bandini* in Graecae eccleſiae veteris monumentis ex bibliotheca Medicea, Florentiae 1762.

1762. 8. Vol. I. publicauit v. *Io. Chriſtian. Wolfii* catalogum foeminarum olim illuſtrium pag. 331. ſqq. — *Olearii* diſſ. de poetriis graecis §. 32. *I. C. Wolfii* catal. foeminar. olim illuſtrium, p. 331 ſqq. et quos laudat *Saxe* V. C. Onomaſt. lit. I. pag. 486.

Diuerſa eſt *Eudocia*, ſiue *Eudoxia* Macrembolitiſſa, Conſtantini VIII. Imp. et Helenae filia, vxor Conſtantini X. Ducae, et, hoc mortuo, Romani Diogenis, imperatorum ſaeculo XI. Scripſit Ἰωνιὰν, ſiue dictionarium hiſtorico-mythologicum, cuius praeguſtum dederant *Fabricius* in B. Gr. Libr. V. cap. 5. Vol. VI. ac *Io. Chriſtian. Wolf.* in Mulierum graecarum, quae oratione proſa vſae ſunt, fragmentis atque elogiis pag. 30. ſqq. et in Catalogo feminarum olim illuſtrium pag. 336. ſqq. In quanta autem ſpe atque exſpectatione fuerit editio illius violarii ſiue dictionarii, dici vix poteſt. At ſpes illa eximiae praeſtantiae atque vtilitatis extenuata eſt et fere euanuit, quum illud diligentia et ſollertia cel. *Villoiſonii* in Anectotis graecis, tom. 1. Venetiis 1781. 4. e tenebris in lucem eſſet prolatum. Grata quidem omnibus erat opera viri humaniſſimi: atque vel ideo vtilis, quod, quam fallax ſaepe ſit ſpes, et quaenam vera operis ratio atque bonitas, omnino factum eſt manifeſtum. E pluribus enim libris conflatum et vero compilatum eſt opus. Ex grammaticis et commentatoribus gr. iisque recentioribus; quae ad fabulas antiquas pertinerent, congeſſiſſe videtur; multa de philoſophis ex Diogene Laertio et Philoſtrato exſcripſit; permulta ex iisdem, quos ſectabatur Suidas, deriuauit fontibus et riuulis. Verba tamen aliorum inter-

terdum mutaſſe aut contraxiſſe videtur. Sed raro nominauit, quibus ſua debuit, auctores. Antiquiorum enim nomina ſi paſſim laudauit, id fecit ex aliis grammaticorum et ſcriptorum locis, qui illos inſpexerant. Hinc nec vbique poteſt locorum ſedes inueſtigari, nec veritas omnium earum, quas narrauit, rerum firmiter ſtabiliri. Accedit, quod etiam quosdam, qui vel adhuc latent in angulis bibliothecarum, vel quorum ſcripta perierunt, ante oculos habere potuit, ita vt iis fragmentis vtilitatem quamdam praeſtaret. Num plenius Suidae exemplum habuerit, incertum mihi quidem videtur. Id vero exploratum eſt, multa Suidae, vti aliorum quoque, quos compilabat illa, ſcriptorum et ſcholiaſtarum, qui adhuc ſuperſunt, loca ex Eudocia, ſuos ſequuta codices, et plura viciſſim Eudociae e Suida potiſſimum poſſe emendari. Quare Eudociae opus aliquam criticam vtilitatem ad auctorum, ex quibus congeſtum eſt opus, lectionem conſtituendam adferre poteſt. In multis tamen locis, quae vitioſa eſſe et vel aciem Villoiſonii effugiſſe, vel typothetae tarditate corrupta eſſe videntur, noua codicis, ex quo edidit Villoiſon, comparatione opus eſſe arbitror. Num autem hoc violarium, prouti excuſum habemus, omnino conſcriptum fuerit ab Eudocia, paene poteſt in dubium vocari. Sed quia hoc iudicium durius videtur, id certum eſt, a ſerioribus manibus id opus eſſe vitiatum et vero interpolatum atque ab vno alteroque deinceps variis locupletatum acceſſionibus. Quaedam enim in eo hodie leguntur, quae ſerioribus adſuta fuerint temporibus. Sic in narratione de Troia et Troianorum aduentu in Italia pag. 402. prouoca-

uocatur ad teſtimonium Cyriaci Anconitani (qui vixit circa medium ſaec. XV.) ὅτως ἀπήγγειλεν ἡμῖν κυριακὸς ὁ δ' ἐξ Ἀγκῶνος, ἀνὴρ ἀξιοπιςατος, καὶ ἄλλως καλὸς κἀγαθός. etc. Sedes vero plurium locorum inquirere multaque Eudociae verba locaque vel ipſa emendare vel illorum ope aliorum, vnde deſumta fuerant Eudociana, loca corrigere nonnulli ſtuduerunt. Eo conſilio equidem ſcripſi commentationem ſiue in Eudociae violarium obſeruationum ſpecimen, nec pauca emendaui loca. Erlangae 1785. fol. — Vir quidam doctus acutusque in bibl. critica, Amſtelod. vol. II. part. III. pag. 6. ſqq. integram litteram *A.* in violario diligenter perſequutus operam dedit, vt quemque locum ad auctorem, vnde deſcriptus eſſet, referret, et reperit pleroſque omnes Eudociae locos in editis veterum ſcriptorum libris exſtare. Idem laudabili diligentia praeſtitit cl. *A. C. Meinecke* in Obſeruatt. in Eud. Viol. in Bibl. der alten Litter. v. Kunſt, part. V. et VI. adde Annal. litter. Helmſtad. m. Iul. 1789. Cel. *Heyne* in notis ad Apollodor. paſſim aperuit fontes, vnde riuuli Eud. manarent, et tom. III. pag. 961. ſq. intelligenter iudicat de opera ſtudioque Eudociae. — *Mangey* ad Philonem tom. II. pag. 408. memorat Eudociae codicem mſt. et addit, *cuius copiam mihi fecit vir eruditiſſimus — Ricardus Ellis Baronettus.* Ille quoque opinatur, Suidam in v. Φιλων ea, quae ex Eudocia citat, inde deſumſiſſe.

Ἰωνιὰν ſeu *violetum*, h. e. prouerbia, apophthegmata et ſententias ex variis auctoribus collecta et in cod. Moſquenſi ſecundum alphabetum digeſta,

ſcrip-

ſcripſit quoque *Arſenius*, archiepiſcopus Monembaſiae, filius *Michaelis Apoſtolii*, Byzantini, qui exſul e Graecia in Italiam venit medio ſaeculo decimo quinto. De codice, qui exſtat in bibl. Laurent. Medicea, copioſus eſt *Bandin.* in catal. codd. etc. Vol. I. pag. 547 ſqq. qui primo vulgauit epiſtolam *Arſenii* ad Leonem X. P. M. nuncupatoriam; tum ponit titulum collectionis: Ἀρσενίου ἀρχιεπισκόπου Μονεμβασίας Ἀποστολίδου ἄλφα Ἰωνιᾶς συνθήκης, et animaduertit docetque, hunc codicem et ordine rerum et vbertate ſententiarum ex auctoribus, (quorum nomina Bandin. recenſet,) excerptarum, diuerſum eſſe ab *ſylloge Arſenii*, (Romae) ſine temporis et loci nota in 8. vtpote quum in editione apophthegmata ſecundum litteras, a quibus nomina auctorum incipiunt, in cod. autem Florentino ſecundum ordinem rerum, de quibus agitur diſpoſita legantur. Adde eumdem Bandinium l. m. pag. 85. not. — Codicem, qui eſt in bibl. Synodi Mosquenſi, curate deſcribit cl. *Matthaei*, in praeſenti Prof. Wittebergenſis, in notitia codd. msst. gr. bibl. Mosquens. Mosquae 1776 fol. pag. 14 ſq. Inſcriptio et initium epiſtolae gr. maximam partem conſpirat cum iis, quae Bandinius ex ſuo codice dederat: at, num in omnibus reſpondeat codici Flor. equidem neſcio. Matthaei quidem ſcribit, apophthegmata etc. eſſe *ſecundum alphabetum* digeſta. Addit vero, multa multorum loca ex hoc poſſe conſtitui; multa hic reperiri excerpta ex auctoribus, quorum ſcripta aut ex parte, aut tota interierunt, multorum denique ſcriptorum renouari memoriam, quae iam fere prorſus exoleuerat. — Idem *Arſenius* collegit ſcholia graeca in

in VII. Euripidis tragoedias, edita Venet. 1534. 8. (v. Fabr. B. Gr. vol. II. pag. 259.) De hoc eodem *Arſenio* v. *Fabr.* B. Gr. vol. I. pag. 744. ſq. et vol. X. pag. 223. *not.*

§. 33.

OL*YMPIODORVS.*

Thebanus Aegypti, hiſtoricus, circa a. C. 425. ὕλης hiſtoricae ſiue commentar. libr. XXII. de rebus ab a. C. 407—425. fragmenta, quae *Photius* Biblioth. cod. 80. ſeruauit, adhuc ſuperſunt, quae graece cum verſione et notis ſuis primum edidit *Frid. Sylburgius* in ſcriptoribus hiſt. rom. min. Tom. III. pag. 853. — graece et latine, interprete *Andr. Schotto*, cum *Phil. Labbei* notis, inter Eclogas hiſtoricorum de rebus Byzant. Philipp. Labbei pag. 1. ſqq. Conf. *Petrum Lambecium* in comment. de bibl. Vindob. vol. VI. pag. 409 ſqq. qui primum copioſe recenſet cod. qui comprehendit *Olympiodori* commentarium ſecundum operationem *Zoſimi* in ea, quae ab Hermete Trismegiſto et aliis philoſophis de Chryſopoeia fuerunt dicta; tum agit de eiusdem memoratis commentariis; dein late explicat, quomodo a Photio dici poſſit ποιητὴς, h. e. chemicus, alchemyſta. Denique omnem adhibet ingenii et eruditionis vires, vt contra Labbeum demonſtret, hunc Olympiodorum iuniorem eſſe *Zoſimo* hiſtorico et chymico, et concludit, Olympiodorum, quum *Zoſimus* ſeu morte ſeu quacumque alia ratione impeditum nouam, ſiue ſecundam hiſtoriae ſuae editionem non vlterius perduxiſſet, quam vsque

ad ſocietatem belli a Saro Gotho cum imper. Honorio a. C. 410 aduerſus Alaricum Gothorum regem initam; Olympiodorum igitur continuandae et ſupplendae eiusdem hiſtoriae cauſſa pari in Chriſtianos odio nouum compoſuiſſe opus, quod inſcripſit ὕλην, et orſum eſſe earum rerum geſtarum narrationem a tertio ante finem hiſtoriae *Zoſimi* anno, h. e. ab a. Ch. 407. Hinc verba Zoſimi libr. V. pag. 803. ed. gr. lat. Sylburgii, ὡς Ὀλυμπιόδωρος ὁ Θηβαῖος φησι, et alia quae ſequuntur, tamquam ſpuria et gloſſemata grammatici cuiusdam damnat. Sed de aetate *Olympiodori* et de loco, quem haud genuinum cenſuit Lambecius, ſecus ſentit cl. *Reitemeier* in bibl. philol. vol. II. Lips. 1780. pag. 233. tum ad Zoſimi locum pag. 458. et in disquiſitione in Zoſimum pag. XVII. adde *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. Libr. V. c. 5. p. 237. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 93. et *Saxii* Onom. lit. I. p. 491. infra §. 56. nr. 2.

§. 34.
SYRIANVS.

Vixit circa a. C. 433. Alexandrinus, ſecundum Suidam h. v. Philoſophus platonicus et rhetor Athenienſis: magiſter Procli. Multorum librorum fuit auctor; at tantum ſuperſunt Commentarii in libros aliquot metaphyſicorum Ariſtotelis, iique ex interpretatione latina Hieronymi Bagolini, quae prodiit Venet. 1558. 4. *Fabricius*, quem vide in B. Gr. vol. VIII. pag. 449. ei quoque tribuit commentarium in Hermogenis rhetoris libr. περὶ ςάσεων, qui cum rhetoribus graecis prodiit apud Aldum

1509

1509. fol. vid. quae notaui ad Fabr. B. Gr. vol. III, pag. 188. *Saxe* Onom. liter. I. pag. 498.

§. 35.

ZOSIMVS.

1. Vixit circa a. 433. De aetate tamen Zoſimi diſſentiunt V. D. Lambecii ſententiam paullo ante ad §. 33. adtulimus: aliorum opiniones refert cl. *Reitemeier* in disquis. ibidem laudata pag. XVI. ſq. ipſe vero duabus rationibus motus aetatem Zoſimi ſub exitum ſaeculi quinti collocandum exiſtimat.

2. Comes Fisci et hiſtoricus, a vero dei cultu alienus.

3. Expoſuit vitas geſtaque imperatorum ab Auguſto vsque ad annum Chr. 410. *Lambecius* in comm. de bibl. Caeſarea Vindobon. vol. VI. pag. 420 ex Photio et *Fabric.* B. Gr. lib. V. cap. 5. vol. VI. pag. 583. ſq. vbi de *Zoſimo* fuſius disputat, animaduertunt, Zoſimum duas hiſtoriae ſuae ἐκδόσεις ſiue editiones compoſuiſſe, harum vero priorem periiſſe, poſteriorem vero ſiue *nouam* eam eſſe, quae et a Photio olim ſit lecta, et etiam nunc exſtet ſub titulo τῆς νέας ἱστορίας. Eam tamen potius, teſte Photio, ipſe Zoſimus inſcripſiſſe dicitur, ἱστορίαν τῆς νέας ἐκδόσεως, *hiſtoriam editionis nouae.* Idem *Lambecius* pag. 423. Photio praeeunte, adfirmat, *Voſſium* de hiſtor. gr. lib. II. cap. 20, Ioannem Leunclauium et Frid. Sylburgium, qui in fine deeſſe quaedam exiſtimant, non audiendos eſſe. At enim forſan ipſe Photii codex in fine fuit mancus; atque cel. *Heyne* in adnott. in edit. Reitemeier pag. 648, docet, plura ſub finem libri VI. excidiſſe.

Idem *Lambecius* l. m. pag. 400 ſqq. recenſet codicem, in quo varia continentur opuſcula chemica; in his *Zoſimi* Panopolitae, philoſophi Alexandrini liber de virtute artis chemicae; eiusdem capita chymica ad Theodorum; liber de inſtrumentis et caminis chymicis aquaque diuina; et commentarii genuini de inſtrumentis et caminis chymicis. Hunc igitur Zoſimum chemicum cum hiſtorico eumdem eſſe, ſibi perſuadet Lambecius; at *Kollarius* in nota probat ſententiam *Fabricii*, qui in B. Gr. vol. VI. pag. 588. et XII. pag. 762. Schotti ac Lambecii opinionem reiecit. Nam quod Zoſimus chemicus libris ſuis loca quaedam, quae pro veritate chriſtianae doctrinae inter alia idolorum cultorum teſtimonia potuerunt citari, inſeruit, vel id valebit ad efficiendum, Zoſimum chemicum ab hiſtorico eſſe diuerſum.

4. Zoſimi hiſtoriae nouae liber I. et II. graece et lat. cum Stephani Herodiano 1581. fol. min. (aut 4. m.) et Lugd. 1611. 8. *Stephanus*, qui breues caſtigationes addidit, a *Leunclauio*, nomine vero illius diſſimulato, graecum contextum et verſionem acceperat. Stephanum tamen excuſat Reitem. in praef. p. VII. ſq. — Hiſtoriarum libri VI. — graece et latine, cum verſione ex ſecundis *Io. Leunclauii* *) curis, graecum exemplar Leunclauianum *Frid. Sylburgius* ad codd. contulit: inter Sylburgii ſcriptores hiſt. rom. min. Tom. III. pag. 623. Addita eſt Leunclauii Apologia pro Zoſimo. — cum latina interpretatione Leunclauii et notis variorum accurante *Chriſto. Cellario*, Cizae 1679. 8.

*) *Leunclauii* verſio lat. primum prodiit Baſil. 1576. fol. cum Procopio, Agathia, Iornande, et Leon. Aretino

8. rec. Ienae 1713. 8. — cum notis (*Thom. Smith*) Oxoniae 1679. 8. — Nouiſſima optimaque editio haec eſt: *Zoſimi* hiſtorias gr. et lat. recenſuit, notis criticis et commentario hiſtorico illuſtrauit *Io. Fried. Reitemeier*, I. V. D. ad calcem ſubiectae ſunt animaduerſiones nonnullae *C. G. Heynii*. Lipſiae 1784. 8. Praemiſſa eſt erudita disquiſitio in Zoſimum eiusque fidem, in qua de vita illius, et de vitiis, iisque rebus ac iudiciis, quae fidem illius ſuſpectam reddere viderentur, et de virtutibus, quae eius hiſtoriam commendant, intelligenter diſſerit. Idem vir doctus in Volborthii bibl. philol. vol. II. Lipſiae 1780. 8. pag. 225 ſqq. de Zoſimi fide et hiſtoricis, quos ſequutus ille eſt, ſcriptoribus bene disputat.

5. Stilo vtitur ſatis puro, perſpicuo nec omnino inuenuſto. Et iudicium ſatis acutum, et fidei ſtudium, etiamſi in reprehenſione, quamuis iuſta, interdum videatur acerbus, in primis conſilium, cauſſas reipublicae euerſae aperiend , abunde probauit eruditis. Quaedam enim omnino condonanda erunt Zoſimo, quando mores, ingenium, ſuperſtitionem, iniquitatem turbasque eorum, in quae aetas illius incidit, temporum, ipſorumque imperatorum perpendimus v. quoque cel. *Heynii* adnotat. pag. 623 ſqq. Iniquitatis autem odiique erga imperatores chriſtianos ab aliis arguitur; ab aliis vero defenditur aut excuſatur. *Ritter* in Obſſ. hiſtor. Witteb. 1742. pag. 14. ſe, ſcribit, innumeris poſſe docere exemplis, Zoſimum fuiſſe hominem peſtilentiſſimi animi, leuiſſimas tantum conquiſiuiſſe vndique cauſſas vituperandi calumniandique, vt ita paratior et inſtructior ad commenta et

mendacia accederet, idemque profert quaedam exempla atque illuſtrat. At nimius eſt in reprehenſione.

6. Addo *Fabricii* B. Gr. Tom. IX. pag. 405. *Saxe* Onom. lit. I. pag. 498. *Hamberger.* Z. N. Vol. III. pag. 94. *Chriſtoph. Aug. Heumanni* hebdomas Zoſimiana, in eius parergis criticis, Ienae 1712. 8. pag. 70 — 74. — *C. I. G. Haymanni* notae quaedam ad Reitemeierianam Zoſimi editionem. Dresdae. 1786. 4.

§. 36.

PRISCVS.

E Panio Thraciae, rhetor et ſophiſta chriſtianus, circa a. Chr. 445. aut, ſecundum Hankium, 447. a Theodoſio II. ad Hunnos legatus miſſus eſt. Eum vltra annum XV. Leonis Thracis, imperatoris, ſiue Chr. 471. ſuperfuiſſe, demonſtrauit *Martin. Hankius* de Byzantinis ſcriptoribus, Cap. II. (vbi de noſtro diligenter agit,) pag. 138. Lipſiae 1677. 4. — Ex libris hiſtoriae Byzantinae Eclogae legationum excerptae ſuperſunt: quas graece edidit *Dauid Hoeſchelius* in Eclogis legationum, Aug. Vindel. 1603. — gr. et lat. cum *Car. Cantoclari et Henr. Valeſii* notis, inter Excerpta de legationibus, vna cum Phil. Labbei Protreptico de Script. Byzant. Paris. 1648. fol. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 235. — *Hambergeri* Z. N. Tom. III. pag. 220. — *Saxii* Onom. lit. I. pag. 508.

§. 37.
PROCLVS.

1. Natus eſt Conſtantinopoli a. C. 412. deceſſit vita Athenis a. C. 485.

2. Lycius, Alexandriae atque dein Athenis ex ordine litteras et manſuetiores et ſeueriores artesque abditas, praeſertim myſteria theurgica, diligenter et, plaudentibus magiſtris didicit, ita vt a Plutarcho et Syriano ſucceſſor in ſcholis ſuis Athenienſibus deſignaretur: vnde cognomen Διάδοχος, *Diadochus*, h. e. *ſucceſſor*, accepit. In ſumma auctoritate vixit, atque Athenis docuit et ſcripſit. Quae de eius conſuetudine cum diis et de miraculis dicuntur, ea fabulas redolent.

3. Magna pars opusculorum, quae confecit, iniuria temporis periit. Ea, quae ſuperſunt, et ad rhetoricam, grammaticam, poëſin et philoſophiam pertinent, diligenter recenſuerunt *Fabricius* in B. Gr. Vol. VIII. vbi a pag. 455. de noſtro copioſiſſime agit, et varia opuſcula illius aut fragmenta inſerit, atque *Hamberger.* in Z. N. Vol. III. pag. 245. ſqq.

4. *Fabricius* l. m. p. 465. — 515. quaedam Procli intexuit: nempe ex interpretatione tantum latina *Guilielmi de Morbecka*, Archiepiſcopi Corinthi circa a. Chr. 1280. *de prouidentia, et fato, et eo, quod in nobis*; tum Excerpta de decem dubitationibus circa prouidentiam; denique Excerpta de malorum ſubſiſtentia: nec non quatuor *hymnos.* — Hi *hymni* graece prodierunt prius cum Orpheo Florent. apud Phil. Iunt. 1500. 4. Venetiis apud Aldum 1517. 8. et in Lectii Corp. gr. poet. graece

ce et latine Geneuae 1606. fol. pag. 737. — duos horum gr. et lat. edidit *Frid. Morell.* 1618. 8. — quatuor ipſos *Godofr. Olearius*, Lipſiae 1700. 8. et cum notis ſuis *Michael Maittaire* in Miſcellan. graecorum aliquot ſcriptorum carminibus, Londini 1722. 4. ac ſex hymnos *Brunck* in Analectis vett. poet. gr. Vol. II. pag. 441. ſqq. — Procli H. duo in Venerem, gr. et lat. *Hugone Grotio* interprete in *Io. Stobaei* florilegio ab Hug. Grotio ed. Paris. 1623. 4. pag. 248. — duos hymnos alterum in Hecaten et Ianum; alterum in Mineruam Polymetin primus e cod. Matrit. publicauit *Iriarte* in catalogo codd. graec. bibl. Matrit. I. pag. 88. — eosdem, ſed caſtigatos et breuibus notis criticis inſtructos, recudi fecit cl. *Tychſen* in Biblioth. der alten Litteratur v. Kunſt, part. I. pag. 46 ſqq. ineditor. alius V. D. eosdem ibid. part. II. pag. 10 — 39 docto illuſtrauit commentario. — Thomas Taylor in cod. Harleiano, qui continet nonnullos Orphei hymnos et quatuor H. Procli a Fabricio iam editos, reperit quoque alium *Procli H. in Mineruam*, quem, vt ſibi videbatur, primus euulgauit in libro. *A. Diſſertation on the Eleuſinian and Bacchic Myſteries*, Amſtel. ſine anni nota (1791.) mai. 8. Enimuero illum iam editum fuiſſe ab Iriarto et Tychſenio, modo vidimus. Sed in cod. Harleiano quaedam ob negligentiam librarii legi non poterant, et plures deſunt verſus, qui proſtant in cod. Matrit. ita vt verſus quidam videantur a Proclo non profecti eſſe; ſed a ſerioribus inſerti. Vtriusque codicis lectiones diuerſae notantur et comparantur a cenſore in Ien. A. L. Z. a. 1793. m. Dec. pag. 490 ſq. Praeterea in cod.

Har-

Harleiano ſunt quaedam lectiones, quae Tychſenii ſuſpiciones confirmant, obſeruante cenſore in nouis ephem. litter. Lipſiens. a. 1794. plag. 40. pag. 916. — Idem *Taylor* H. in Mineruam iterum, tamquam e cod. primum deſcriptum edidit in opere: *Salluſt* on the Gods and the world an the Pythagoric Sentences of *Demophilus*: translated from the Greek, and *five Hymns of Phroclus* in the original Greek, with a poetical Verſion. To which are added *five Hymns* by the Translator. Londini 1793. m. 8. Sed quatuor priores exſtant in *Brunkii* analectis, et quinti H. textus a cod. Matrit. ſaepe diſcrepat. v. nou. ephem. litter. Lips. pag. 317 ſq. — Porro idem H. in Mineruam, tamquam a Tayloro primum editus, et duo alii eiusdem Procli typis rurſus vulgati ſunt in *Gilb. Wackefield* opere, inſcripto: Silua critica, ſiue in auctores ſacros profanosque commentarius philologicus, part. IV. cui, (vt in titulo notatur,) accedunt tres hymni orphici, e codd. msstis nunc primum ducti, in lucem dati, Cantabr. et Londini 1793. 8. At ſecundus H. apud Wackef. eſt idem, qui in bibl. mem. a Tychſenio cum inſcriptione Ἑκάτης καὶ Ἰάνȣ editus eſt. Tertius apud Wack. eſt fragmentum H. Procli in Muſas in Brunckii anal. tom. II. pag. 443. a verſu 18. vsque ad fin. — Hymn. Ἑκάτης καὶ Ἰάνȣ recepi in Anthol. gr. poet. pag. 79. ſq. ed. Baruthinae. — *Bernard* in epiſt. ad Reiskium, (huius vitae ab eius vxore, editae cum aliis ſubiuncta pag. 246.) emendat quosdam H. in Mineruam tum inediti verſus.

In Platonis theologiam libri ſex, per *Aemilium Portum*, gr. et lat. Hamb. 1618. fol. Praefixa eſt

Marini Neapolitani libellus de vita Procli: et pag. 415. addita eſt *Procli* inſtitutio theologica: capita 211. graece, interprete *Franciſco Patritio*, cuius verſio prius lucem adſpexit Ferrariae 1583. 4. titulo *elementorum theologic.*

Compendiaria de motu diſputatio etc. graece, Baſil. 1531. 8. et Paris. 1542. 4. — gr. et lat. cum vers. lat. *Iuſti Velſii*, Baſil. 1545. 8. *).

Hypotypoſis aſtronomicarum poſitionum, graece, Baſileae 1540. 4.

Sphaera, ſaepius lucem adſpexit, v. *Hamberger.* l. mem. pag. 253. et Fabr. vol. VIII. p. 518 ſq. nimirum, inter Aſtronomos veteres, Venet. apud Aldum 1499. fol. — cum *Iac. Ziegleri* ſcholiis, gr. et lat. in Sphaerae atque aſtrorum coeleſtium ratione, natura et motu etc. apud Valderum 1536. 4. — aliquoties cum Arato, Cleomede et Dionyſio Afro, de quibus ſupra, et ad Fabr. B. Gr. in Cleomede, Arato. etc. notaui. graece et lat. Paris. 1553. 4 — et cum Ptolemaeo de hypotheſibus planetarum, eiusdemque canone regnorum *Io. Bainbridge* editore, Londini 1620. 4 *).

Para-

*) Sub hoc titulo *περὶ κινήσεως* editos eſſe libros, qui in codd. Bauar. Taurin. et Vindobon. inſcribuntur *στοιχείωσις φυσική*, et a Fabricio ineditis Procli libris adnumerantur, animaduertit *Neſſelius* in cat. MSS. gr. bibl. Vindob. part. IV. pag. 120 ſq. et ex eo auctor. catal. MSS. gr. bibl. Taurinens. pag. 229 ſq. atque *Fabr.* ipſe ad Procli vitam, a *Marino* ſcriptam pag. 102 de Procli ſcriptis, notauit e Lambecio.

*) *Bainbridge* in praefatione ait, ſe hanc duplicem *εἰσαγωγὴν*, (in magnam Ptolemaei ſyntaxin,) faculas prae-

— *Paraphraſis in quatuor Ptolemaei libros de ſiderum effectionibus*, graece, Baſileae 1554. 8. (curante *Phil. Melanchthone*). — graece et lat. cum Porphyrii introductione etc. Baſil. ap. *H. Petr.* 1559. gr. et lat. cura *Leonis Allatii*, Lugd. Bat. 1635. 8.

In *Euclidis* elementorum primum librum quoque commentatus eſt: cum Euclide, Baſil. 1535. fol. Multa in hac editione deſiderantur, v. *Fabricium* pag. 520. et notata ad Euclidis editiones in Fabr. B. Gr. vol. IV. nou. edit. vbi pag. 59 *Franciſci Barocii* verſionem latinam e codd. factam et amplificatam Patauii, 1560. fol. vberius deſcripſi. — *Anglica Thom. Taylori* verſio Brocli commentarii et vitae illius a Marino ſcriptae vna cum diſſ. praeliminari de doctrina Platonica de ideis tom. I. Londin. 1788. 4. v. Ien A. L. Z. a. 1789. m. Nou. nr. 346. pag. 332. ſq.

Commentarius in Heſiodi Opp. et dies, cum Heſiodo, Venet. 1537. 4. Baſileae 1544. et hucusque optime, in ed. Heſiodi Heinſiana, Lugd. B. 1603. 4. v. ad Heſiodi edd. in Fabr. B. Gr. vol. I.

Chreſtomathia poetica, ſ. Excerpta ex eius Electorum grammaticorum libris, gr. in Photii Biblioth.

praeferentem praemiſiſſe. Tum, „alteram, inquit, titulo quidem *Procli*, iure tamen *Gemini* geometrae et aſtronomi nobiliſſimi, ex cuius in φαινόμενα Iſagoge eam totam et ad verbum λογικώτατος excerpſit Proclus. — Sphaeram longo vſu, aut potius neglectu mutilatam et diſtortam, duobus Gemini codicibus msst. vſus, iam integram, et accurate ſphaericam exhibeo: locis reſtitutis parentheſeos clauſura in graeco textu indicatis."

oth. cod. 239. — cum Schotti verſione et ſcholiis, a *Sylburgio* paſſim e cod. emendata, ſuppleta et notationibus aucta: cum Apollonio de Syntaxi, Francof. 1590. quae eſt emendatior, quam ea, quae ſequitur. — cum verſione ſcholiisque Andreae Schotti. acceſſere et notae Petri Io. Nunneſii etc. per *Ludouic. Carrion.* Hanouiae typis Wechel. 1615. 4. — Adhaeret quoque *Andreae Schotti* Obſeruationibus humanis, Honouiae 1615. 4. — — In Bibl. der alten Litterat. etc. part. I. inter inedita pag. 1. ſqq. cl. Tychſen edidit 1) ex cod. bibl. Eſcurialenſ. collato apographo e cod. Veneto, (de quo vide ibid. pag. 65 ſq.) *vitam Honori et de Cypriis carminibus:* Homeri quidem vita ſub *Procli* nomine iam edita fuit a *Leone Allatio* in libro de patria Homeri, Lugduni 1640. 8. pag. 30. ſed Tychſen illam e codice ſiſtit auctiorem: 2) e cod. Veneto alia Chreſtomathiae *Procli* fragmenta: ſunt vero *a)* Πρόκλȣ χρηςομαθείας τὸ γ̀ δέυτερον Αἰθεοπίδος ε̄ Ἀρκτίνȣ. *b)* Ιλιάδος μικρᾶς δ̄ Λέσχεω. *c)* ἰλίȣ πέρσιδος β̄ Ἀρκτίνȣ. *d)* Νόςων ε̄ Ἀυγίȣ. *e)* Τηλεγονίας β̄ Ευγαμμωνος. Has ſingulas particulas doctiſſimis animaduerſionibus illuſtrauit atque ornauit cel. *Heynius*, qui pag. 12 ſq. et pag. 34. acute. vidit, poſt Fabric. l. c. p. 521 ſq. et 533. e binis Chreſtomathiae libris factam eſſe epitomen, quatuor libris comprehenſam, ex qua excerpta aliquis codici ſui adſcripſiſſet plura; e quibus deriuata ſint, quae Eſcuralienſis et Venetus nobis ſeruarunt. Videtur eidem apud Photium in inſcriptione eſſe ſcriptum ἀνεγνώσθη ἐκ τῆς Πρόκλȣ χρηςομαθίας γραμματικῆς, et ſatis mature ipſa

Procli

Procli Chreſtomathia interiiſſe; ſuperſtites vero manſiſſe eclogarum libros quatuor. — Idem pag. 13. iudicat de duabus memoratis editionibus ac Schotti maleuolentia. — *Henr.* tamen *Valeſius* de critica cap. XX. pag. 168 ſq. a Burmanno II. cum Valeſii emendatt. edita, ex commentariis Alexandri Aphrodiſienſis in Ariſtotelis elenchos, (vbi ab initio vtitur teſtimonio Athenaei grammatici et *Procli in Chreſtomathia*,) colligendum eſſe exiſtimat, libros γραμματικῆς χρηςομαθέιας fuiſſe alterius Procli longe antiquioris. Quum, ait, conſtet, Alexandrum Aphrodiſ. diu ante Procli philoſophi, cognomento Diadochi aetatem vixiſſe; Proclum, qui Chreſtomathiam ſcripſit, a Proclo philoſopho differre neceſſe eſt. Proclum vero philoſophum in criticis exercitatum fuiſſe, pluribus demonſtrat.

In Platonis Timaeum commentariorum Libr. V. graece, cum Platone, Baſil. 1534. fol. — Ad calcem operis Procli in Timaeum exſtat *in libros Platonis de Republ.* non commentarius integer, ſed collectio quaedam variarum praelectionum ab illo Athenis publice propoſitarum: in his contineri videtur quaedam pro Homero apologia, quam *Conr. Geſnerus* latinitate donatam hoc titulo ſeorſum emiſit: *Apologiae quaedam pro Homero* et arte poetica, fabularumque aliquot enarrationes ex commentariis *Procli Lycii*, Diadochi philoſophi Platonici, in libros Platonis de rep. in quibus plurimae de diis fabulae non iuxta Grammaticorum vulgus hiſtorice, phyſice aut ethice tractantur; ſed theologicis, vt gentiles loquuntur, ex prima philoſophia rationibus explanantur. Tiguri 1542.

1542. 8. *Alexand. Morus* in notis ad loca quaedam N. T. ex integriore Salvatiorum Florent. cod. quaedam protulit: ſed ille codex hodie deſideratur, notantibus *Wyttenbachio* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 89 ſq. et *Villoiſonio* in Anecdotis graecis tom. II. pag. 264 not. circa fin.

In Platonicum Alcibiadem, ſ. de anima ac daemone, ſacrificio et magia, excerpta potius ſunt, latine, *Marſiglio Ficino* interprete, cum Iamblichio et al. Venet. apud Aldum 1497. et 1516. fol, ac in Ficini Opp.

De conſcribendis epiſtolis libellus, (ſine nomine auctoris,) Paris. *Fred. Morel.* 1577. 4. graece. Sub *Libanii* nomine, gr. cum verſione Casp. Stiblini, praemiſſus Phalaridis et Bruti epiſtolis, apud Commelin. 1547. 8. — Ab aliis tribuitur Theoni. v. *Fabr.* B. Gr. I. pag. 681. ſq.

Commentar. in virtutes morales ac civiles et partes facultatesque animi, a *Raphaele Mambla latine redditus.* Romae 1542. 8.

De effectibus ecclipſium ſolis et lunae iuxta ſingulas ſignorum triplicitates et decanos, latine cum *Io. Schroeteri* tabb. aſtrologicis, Viennae Auſtriae 1551. 8.

Ex *Procli* inedito commentario in Parmenidem Platonis dedit locum *Ruhnken* ad Xenoph. M. S. 1. 2. 31. pag 220 ed. Erneſti. adde *Lambecii* comment. de bibl. Vindob. VII pag. 86 ſqq. edit. Kollarii de aliis ineditis aut deperditis Procli libris v. *Fabric.* B. Gr. l. m. pag 530 ſqq.

De poetica diſſertatio, graece, cum interpr. latina, Fred. Morelli, cum Geo. Choerobosci libello de figuris poeticis, Paris. 1615. 12.

5. Acu-

5. Acutus doctusque homo fuit, et ſubtiliter, at enim magiae et theurgiae ſtudio deditus, more illius tempeſtatis argutius iuſto et captioſe philoſophatus eſt. Senſum enim veterum pro lubitu ſaepe interpraetatus ſuasque opiniunculas pro reliquiis veterum venditaſſe dicitur. Eum praeterea Plutarcho multa ſublegiſſe, notat *Wyttenbach.* ad Plutarch. de S. N. V. pag. 25.

6. Adde *Bruckeri* hiſtor. crit. philoſ. Tom. II. pag. 319. ſqq. et cl. *Saxii* Onomaſt. lit. I. pag. 510. — Hiſtoire de l'Acad. des Inſcr. tom. 31. pag. 139. ſqq. vbi *Burigny* de vita et placitis huius philoſophi, et de codd. MStis quibusdam agit, vbi inedita quaedam hujus philoſophi reperiuntur. Illi codd. ex Hamburgenſis bibliothecae exemplaribus a Fabricio memoratis, potiſſimum deſcripti erant. Iſta commentatio germanice verſa exſtat in *Hiſſmanni Magazin* für die Philoſophie vnd ihre Geſchichte, tom. IV. pag. 197 ſqq. — *Lambec.* comm. de codd. B. Vindob. tom. VII. pag. 92 — 110. edit. Kollar. — cl. *Meiners* in: Beytrag zur Geſchichte der Denkart der erſten Iahrhunderte nach Chriſti Geburt, etc. Lips. 1782. 8. quaedam hinc inde ad philoſophiam Procli explicandam protulit. Plura contulit cl. *Tiedemann* in: Geiſt der ſpekulatiuen Philoſophie, tom. III. Cap. 13. pag. 519 ſqq. — In Muſei Oxonienſis litterarii Conſpectu etc. Oxon. 1792. maj. 8. ſub finem ſunt variae lectiones et ſupplem. ex Leidenſi Voſſ. cod. et ſupplementum textus Baſileens. ex cod. Bodleiano. Barocc. 161.

Multos alios *Proclos* recenſet Fabricius l. m. pag. 456 ſqq. In his notandus eſt *Proclus*, qui

pri-

primum ſcriba fuit apud Chryſoſtomum, denique poſt alia munera a. Chr. 434 ab imperatore Theodoſio patriarcha ſ. archiepiſcopus Conſtantinopolitanus conſtitutus, et a. Chr. 446. ſ. 447. vita deceſſit. Ex ejus ſcriptis ſuperſunt XX. *conciones* et *epiſtolae.* Eum enim auctorem fuiſſe opuſculi de traditione diuinae liturgiae ſ. miſſae, editi cum liturgiis Graecorum a *Claud. de Sainctes*, Paris. ap. G. Morell. 1560. fol. ſunt, qui dubitent. —— Editt. hae fere ſunt: *Procli* — opuſcula, quae reperiri potuerunt, omnia. Nunc primum graec. et lat. iunctim edita et recenſita. Ex bibl. *Geuerharti Elmenhorſtii.* Lugd. Bat. 1617. 8. Inſunt tres epiſtolae et quatuor homiliae, vna cum fragmento lib. de traditione diuinae liturgiae. —— Plenior editio poſtea exſtitit huius ſententiae: *Procli* —— *analecta* a *Vincentio Riccardo* —— eruta, nunc primum tum graece tum latine edita, reddita commentariisque illuſtrata. Romae 1630. 4. —— Homiliae (XX) gr. et lat. ex interpretat. et cum notis *Franc. Combefiſii*, in huius Auctar. nou. bibl. pp. gr. lat. tom. I. pag. 302. —— Epiſtola de fide ad Armeniae presbyteros et archimandritas, gr. cum interpretat. *Dionyſii Exigui* in Bibl. PP. Paris. 1644. tom. XI. pag. 309. *Labbei* collect. concil. tom. III. pag. 1217. et *Harduini* coll. concil. tom. I. pag. 1722. etc. conf. *Fabric.* B. Gr. vol. VIII. pag. 600. *Hamberger* III. pag. 146. *Saxii* Onom. I. pag. 500. et quos illi citant.

Iunior eſt Proclo et Lycio et patriarcha *PROCLVS* ὀνειροκρίτης, qui Anaſtaſii imperat. mortem praedixit, teſtibus Theophane, Cedreno et aucto-

re

re chronici Paſchalis pag. 331. a quo adpellatur φιλόσοφος Ἀσιανός. Idem, narrante *Zonara* lib. 14. Annal. pag. 55. Archimedis exemplo claſſem Vitaliani Thracis, tyrannidem aduerſus Anaſtaſium adfectantis, incendit ope ſpeculorum vſtoriorum ex aere fabricatorum, aut, vt *Malalas* refert in Chronico pag. 123. ed. Oxon. 1691. 8. ope viui ſulphuris: niſi tota narratio rei fabulam redoleat. v. notam editor. Oxon. Illum autem *Proclum* male confudit *Lambecius* in comment. cet. lib. VII. pag. 102 ſqq. cum *Proclo Lycio*, cuius ideo mortem ad a. Chr. 518. vel ſeq. reiecit; ſed erraſſe Lambecium, poſt Fabricium docuit *Brucker*. in hiſt. crit. philoſ. tom. II. pag. 320. cui adſentire videtur *Kollarius* in nota ad Lambecii l. cit. pag. 109 ſqq.

§. 38.
MARINVS.

Diſcipulus et ſucceſſor Procli in cathedra Athenienſi; Flauia Neapoli, Samariae ſiue Palaeſtinae, prope montem Garizim ortus. Perſequutus eſt vitam magiſtri ſui paullo ante memoratam, quam poſt Xylandrum et Portum, altera parte auctiorem atque integram, cum verſione ſua notisque edidit *I. Alb. Fabricius*, Hamburg. 1700. 4. In prolegomenis de aetate, gente, magiſtris et ſucceſſoribus Procli etc. agit. tum ad calcem Fabr. B. Lat. Londini 1703. 8. — Reliquit idem Commentarium ad data Euclidis, qui cum Euclide gr. et lat. prodiit. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. V. cap. 26. pag. 463. Vol. VIII. *Saxii* Onom. II. pag. 5.

§. 39.

SEVERVS, *Alexandrinus*, rhetor graecus, circa a. Chr. 470. Scripſit Ethopoeias, quas, minus integras, edidit *Fred. Morellus*, graece et latine, Lut. Paris. 1591. (apud *Fabric.* in B. Gr. Vol. IV. Libr. IV. cap. 30. pag. 411 ſq. Paris. 1616. 8.) Auxit illas *Leo Allatius*, meliores codd. nactus, in Excerptis variis graecorum Sophiſtarum et Rhetorum, Romae 1641. 8. — Allatianis integriores, et aliquanto meliores, graec. et latine, dedit atque illuſtrauit *Thomas Gale* in rhetoribus ſelectis, cum Demetrio Phalereo aliisque, Oxon. 1676. 8. recus. Lipſiae 1773. cura *Ioann. Frider. Fiſcheri.*

§. 40.

STEPHANVS.

1. Floruit ſub exitum ſaeculi V.

2. Byzantinus, Grammaticus et Geographus.

3. Elaborauerat ſpiſſum opus, Ἐθνικὰ inſcriptum, ſiue *Lexicon grammatico-geographicum*, cuius fragmentum, et epitome, ab Hermolao, Grammatico Conſtantinopolitano ſub imperatore Iuſtiniano facta, ſuperſunt. Inſcriptio autem περὶ πόλεων a librariis recentioribus proficiſcitur.

4. Stephanus de vrbibus, graece, Venet. apud Aldum 1502. fol. — Florent. apud heredes Phil. Iuntae 1521. fol. graece. — cura *Guil. Xylandri*, qui textum a mendis nonnullis correxit, Baſileae ex officina Opor. 1568. fol. graece. — cum verſione latina et animaduerſionibus *Thomae de Pinedo:* additae ſunt, praeter Stephani fragmentum, col-

collationes Iac. Gronouii cum cod. Peruſino etc. Amſtel. 1678. fol. *) — Gentilia per Epitomen, antehac de vrbibus inſcripta, quae ex MSS. codd. Palatinis, a Cl. Salmaſio quondam collatis, et MSto Voſſiano, reſtituit, ſuppleuit, latina verſione ac integro commentario illuſtrauit *Abr. Berkelius.* Accedunt collectae a *Iac. Gronouio* variae lectiones ex cod. MS. Peruſino, Lugd. Bat. 1688. et 1694. fol. Gronouius, mortuo Berkelio, abſoluerat editionem.

Lucae Holſtenii notae et caſtigationes poſtumae in Stephani Byzantini ἐθνικὰ etc. editae a *Theod. Ryckio* etc. Lugd. Bat 1684. fol.

Fragmentum *Stephani* de vrbibus, ex membranis perantiqui cod. Seguerian. cura, interpretatione et notis *Sam. Tennulii*, Amſtel. 1669. 4. — idem graece et lat. emendatius ex ipſo cod. Segueriano, cum notis, in Catalogo bibliothecae Coislin. Paris. 1715. fol. p. 281.

Fragmentum de Dodone, cum triplici verſione et academicis exercitatt. *Iac. Gronouii*, Lugd. B. 1681. 4. et in Gronouii theſ. antiqq. graecarum, tom. VII. pag. 269.

5. Ad ſcientiam geographiae, antiquitatis, mythologiae, in primis notationis ſiue originationis vrbis locique adprime vtilis ſcriptor eſt.

6. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. IV. cap. 2. §. 14. Vol. IV. — *Saxii* Onom. liter. I. p. 520. et quos ille laudat. — Notae in Stephani Byzantini ἐθνικὰ a I. Albert. Fabricio, vt videtur, aliisque Aldinae editionis marginibus adſcriptae ex autographo

*) Nouum tantum tituli folium accepiſſe videntur exemplaria, quae in fronte gerunt notam a. 1725. quale fuit in bibl. Pinelliana, teſte illius catal. tom. I. pag. 360.

communicantur a *Iul. Bernh. Ballenſtedt*, (rectore ſcholae Goslar.) Helmſt. 1774. 4. auct. et corr. a *Gurlitto* ad Fabr. B. Gr. — In nouis miſcell. Obſſ. tom. II. VII. VIII. et IX. ſunt Holſtenii, Gauelii et Heringae notae atque Obſeruatt. in Stephanum. — *Io. Frider. Burſcher* progr. quo in *Stephani Byzantii* de Gaza narrationem inquirit, Lipſiae 1764. 4. Eiusdem diſſ. 1. de Gaza derelicta futura, ad illuſtrandum locum Zeph. II. 4. Lipſiae 1768. 4. Num diſſert. II. in qua ſe Gazae hodiernae originem hiſtoriamque et Stephani errores vlterius perſequuturum et examinaturum eſſe, ſub finem diſſ. I. promiſerat, lucem adſpexerit, equidem neſcio. — *Sam. Bocharti* animaduerſſ. in Stephani Byzantini de vrbibus et populis epitomen, cum additamentis Iac. Palmerii a Grentemesnil et S. Morini, in *Bocharti* geographia ſacra, Lugd. Bat. 1692 fol. pag. 191. ſqq.

§. 41.

M A L C H V S.

1. Poſt a. Chr. 491. vixit, aut ſecundum *Saxium* in Onom. II. pag. 3. circa a. 480.

2. Philadelphienſis Syrus, ſophiſta et hiſtoricus Conſtantinopolitanus. Secundum *Photium*, cod. 78. qui eum laudat, fuit chriſtianus. Scripſit *Byzantiaca*, ſiue hiſtoriam ab vltimis imperatoris Leonis temporibus vsque ad a. 480 ſiue ad mortem Iulii Nepotis. Superſunt vero *II. Eclogae de legationibus.*

3. *Malchi* Philadelph. fragmenta, graece; in *Dau. Hoeſchelii* eclogis legationum, Auguſtae Vindel. 1603. — gr. et lat. *Carolo Cantoclaro* interprete, et cum eiusdem atque Henr. Valeſii notis, in

in *Phil. Labbei* Protreptico de SS. Byzant. Paris. 1648. fol.

4. v. *Fabricii* B. Gr. lib. V. cap. 5. vol. VI. pag. 236. Hic quia cap. cit. de *Byzantinae* ſiue Conſtantinopolitanae hiſtoriae ſcriptoribus agit et ea, quae in ſplendido *Corporis Byzantini* opere continentur, ſingulatim recenſet: et ego ſupra in tom. I. in prolegom. pag. 105 ſq. iam quaedam notaui: hic pauca addere iuuat. Scriptores Byzantini, (qui multi ſunt,) ii nominantur, qui ſub Byzantino imperio viuentes hiſtoriam imperii romani orientalis ita expoſuerunt, vt alii vniuerſalem hiſtoriam ad ſua vsque tempora conficerent; alii certorum tantum temporum hiſtoriam componerent. Quatuor autem fuerunt potiſſimum, qui ipſam hiſtoriam Byzantinam a Conſtantini M. temporibus vsque ad Conſtantinopolin a Turcis captam ita ſcriberent, vt alter alterius narrationes continuaret. Hi ſunt Zonaras, Nicetas Acominatus Choniates, Nicephorus Gregoras, et Laonicus ſ. Nicolaus Chalcocondyles ſ. Chalcocondylas, ſ. Chalcondylas, Athenienſis. Hi quatuor integram hiſtoriae Byzant. connexionem explicant, eorumque opera conſtituunt *corpus hiſtoriae Byzantinae* proprie ſic dictum. Multi alii aut geographiam et topographiam aut hiſtoriam ſui temporis aut cuiusdam imperatoris condiderunt, et ſaepe ab ouo, h. e. ab exordio mundi, inceperunt, aut vltra limites vagati ſunt; nec raro, multiplicatis illis, factum eſt, vt alter alterius compendiolum compilaret. Sed de his ſcriptoribus Byzant. etc. poſt alios fuſe diligenterque egit cel. *Meuſelius* in Bibl. hiſtorica, vol. V. part. I. pag. 108—302. De praeclaro *Io. Gotthilf*

Stritteri opere, (ſupra in Proleg. pag. 105. ſq. memorato) tom. I — IV. Petropoli 1771 — 1779. 4. mai. idem Meuſel. l. c. pag. 110 ſqq. vberius diſſerit.

Scriptoribus Byzantinis, ab aliis collectis, addi debet Ιουλίȣ πολυδεύκȣς ἱϛορία φυσική, *Iulii Pollucis hiſtoria phyſica. Bianconi* ex cod. Mediolan. qui initio ſeu folio primo, adeoque titulo operis caret, primus, ignoto auctore, edidit illam huius ſententiae: *Anonymi ſcriptoris hiſtoria ſacra* ab orbe condito ad Valentinianum et Valentem impp. e veteri cod. graeco deſcripta, *Ioan. Baptiſta Bianconi*, Gymn. Bonon. Profeſſor, latine vertit et nonnulla adnotauit. Bononiae 1779 fol. In praefat. is varia hariolatur de tempore, quo haec hiſtoria confecta ſit; (ex eius ſententia, circa med. ſaec. XV. viuente adhuc Leone M. Pontifice rom. aut non diu poſt eius mortem,) et de auctore, quem opinatur fuiſſe Heſychium eccleſiae hieroſolymitanae presbyterum. At, quamquam ingenioſas, tamen vanas fuiſſe illas coniecturas, patet ex cod. Bauar. Monac. qui ab initio non mutilus bis nomen auctoris clare praebet, primum in tabula praemiſſa ſcriptum exſtat: Ἰȣλίȣ πολυδεύκȣς ἱϛορία φυσική: tum prooemio, quod cum initio primi capitis etiam deeſt in cod. Mediol. haec praefixa leguntur: Ἰȣλίȣ Πολ. ἱϛορία φυσ. etc. h. e. *Iulii Pollucis hiſtoria naturalis de mundi fabrica ex Geneſi et ſequentibus chronicis.* — Ex cod. Bauarico cl. *Hardt*, Bianconi editionem ignorans, primus ſibi viſus eſt publicaſſe opuſculum, cum hac epigraphe: Ἰȣλίȣ Πολ. ἱϛορία φυσική. *Iulii Pollucis hiſtoria phyſica* ſeu Chronicon ab origine mundi, vſque ad Valentis tempora. Nunc *primum* gr. et lat. editum cum lectionibus

nibus variis et notis ab *Ignatio Hardt*, Presbytero et biblioth. electorali Monacenſi adiuncto. Monachii et Lipſiae 1792. 8. ſine accentibus. Bianconius vberiores, maximam partem hiſtoricas, Hardt multo breuiores, vt plurimum varias lectiones e chronico Theodoſii cuiusdam Melitini adhuc inedito, ex Cedreno, Cyrillo aliisque excerptas ſubiecerunt contextui. Vtriusque autem editiones interdum diſcrepare ſcriptura et lectionibus, haud mirum videbitur. — De illo *Polluce*, ſcriptore chriſtiano admodum pauca dedit *Fabricius* in B. Gr. lib. IV. cap. 23. vol. IV. pag. 491.

§. 42.

Zenonis imperatoris ἑνωτικόν a. Chr. 482. graece exhibet *Euagrius* hiſt. III. 14. lat. *Facundus* XII. 4. et *Liberatus* cap. 18. conf. *Fabricii* B. Gr. vol. X. pag. 548. XII. pag. 344. *Io. Guil. Bergeri* Henotica orientis, Wittebergae 1723. 4. *Andr. Federici* conſtitutio Zenonis de aedificiis ex graeco in latinum verſa et illuſtrata. Neapoli 1770.

§. 43.

Eutocius, Aſcalonita, mathematicus et mechanicus circ. a. Ch. 478 ſecundum *Saxium* On. II. pag. 1. ſed poſt a. 500. apud *Hamberg.* in Zuverl. Nachr. tom. III. p. 298. ſcripſit commentarios in quosdam Archimedis et Apollonii Pergaei libros. conf. *Fabricii* B. Gr. vol. IV. pag. 203. ſq. nouae edit.

§. 44.
AMMONIVS.

1. Vixit ante a. 500.

2. Hermeae filius, diſcipulus Procli, Alexandriae docuit philoſophiam Platonico-peripateticam: inter eius diſcipulos eminuerunt Io. Philoponus, Damaſcius et Simplicius.

3. E libris illius ſuperſtites ſunt 1) commentarius in iſagogen Porphyrii de quinque praedicabilibus, 2) comm. in categorias Ariſtotelis. 3) commentar. in librum Ariſtot. περὶ ἑρμηνείας.

4. Comm. in V. voces Porphyrii, gr. Venet. impenſis Nic. Blaſti. 1500. fol. — in Porphyrium, gr. ap. Aldum. 1545. 8. (in Serie dell' ediz. Aldine, ed. II. pag. 80.) — comm. in librum peri hermenias, (cum eius comm. in Ariſt. categorias, et Pſelli paraphraſi in lib. de interpretatione), et Magentini archiep. Mitylenſis in eumdem enarratio. Venetiis, apud Aldum, gr. 1503. fol. v. ſerie etc. pag. 21. ſq. vbi quoque pag. 86. memorantur hae tres editt. 1) *Ammonii Hermeae* in V. voces Porphyrii comment. gr. Venet. apud Aldi filios, 1546. 8. 2) — in praedicamenta Ariſtot. comment. et Ariſtotelis vita, gr. ibid. eod. anno, 8. (In Pinelli catal. I. pag. 211. ita citatur editio: comm. in V. voces Porphyrii, in Ariſtot. praedicam. et librum de interpretatione;) — 3) *Ammonii* et *Magentini* in libros Ariſt. de interpretatione comment. gr. ibid. eod. anno, 8. praefatus eſt *Petrus Rhoſithinus*. v. Hamberger III. pag. 297. ſq. — in Ariſt. praedicamenta. gr. Venet. per Io. Anton. et Pertrum fratres de Nicolinis de Sabio, 1545. 8. — Ammonii

monii ſ. Philoponi vita Ariſtotelis gr. et lat. — cum *Petri Io. Nunneſii* ſcholiis de vita, moribus, philoſophandi ratione, ſcriptis etc. Ariſtotelis. Lugd. Bat. 1621. 8. Helmſtad. 1666. 4. item cum *Nunneſii* peripateticae philoſophiae inſtitutione, Helmſtadii 1667. 4. — Ammonii Hermiae in libri Ariſtotelis de interpretat. ſectionem ſecundam commentarius (ex cod. Bodleiano correctior,) cum Alex. Aphrodis. libro de fato. gr. et lat. Londini, 1658. 8.

5. conf. *Fabr.* B. Gr. vol. III. pag. 161. et 461. nou. edit. vol. IV. lib. IV. cap. 26. pag. 161 ſqq. vet. edit. *Bruckeri* hiſt. crit. philos. tom. II. pag. 326. not.

§. 45.
HIEROCLES.

1. Circa medium ſaeculum quintum vixit, h. e. circ. A. C. 450.

2. Alexandriae philoſophiam platonicam, quam Ariſtotelicae haud diſparem putauit, magno cum plauſu atque auctoritate docuit.

3. Compoſuit librum de prouidentia, et fato, deque liberi arbitrii cum diuina gubernatione conuenientia, ex quo Excerpta ſeruauit *Photius* Biblioth. cod. 214. et 251. eaque quidam in epitomen redegit. Tum ſub nomine eius circumfertur commentarius in aurea carmina Pythagorae: denique *ἀϛεῖα* ſiue facetiae, incerta fide, illi tribuuntur.

4. Epitomen Excerptorum graece et latine edidit *Fed. Morellus* Lutetiae 1597. 8. — Excerpta

Photii, cum Epitome et fragmentis apud Stobaeum, (cura *Ioan. Pearſonii*) Londini 1673. 8. eſt II. Tomus Operum Hieroclis, et addita ſunt prolegomena de editione, auctore et opere. Adde Pythagoram. — Facetiae de ſtudioſorum dictis et factis ridiculis, gr. et lat. cum notis, Lupdunis (Lupodiuni, Ladenburgi,) *ed. Marq. Frehero*, 1605. 8. — e recenſione *I. Adam Schier*, Lipſiae 1750. 8. — rec. 1768. 8. — Αςεῖα cum indice graeco-germanico et verſione germ. Lipſiae 1788. 12. — ab *Heynaz* edit. Berolini 1774. 8. — Illas *facetias* locupletius et longe maiore numero cum animaduerſionibus ſuis edidit *Iac. de Rhoer* in obſeruationum philolog. diſceptationis causſa ab a. 1768. Gröningae in 4. promulgatarum, cap. XVI. pag 61—108. adnotante *Saxio* in On. litter. II. pag. 6. adde *Fabr.* B. Gr. I. pag. 802. — *Valeſii* Emendation. lib. I. cap. 5. pag. 9 ſqq. ibique Burmanni notam, et pag. 216. ſqq. ex Reineſii eponymologico inedito excerpta. — *Seybold* in progr. quae continet correctiones et ſupplem. B. Gr. Fabric. Buxouill. 1791. 4. pag. 5. — *Glandorp.* proleg. ad Pythag. A. C. pag. 82 ſqq. in diſp. de aetate carm. aurei.

5. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. I. Libr. II. c. 12. §. 6 ſq. vol. I. p. 791. ſqq. p. 797. et de editt. Hieroclis comm. in Pythag. A. C. pag. 799. ſqq. et vol. IX. p. 450. *Bruckeri* hiſt. crit. phil. Tom. II. pag. 306. *Hambergeri* Z. N. Tom. III. pag. 156. ſqq.

6. Non confundendus eſt cum *Hierocle* ad a. Chr. 300. ſupra in ſect. IIII. §. vlt.

Diuer-

Diuerſus quoque eſt *Hierocles*, grammaticus, auctor *Synecdemi*, (h. e. comitis peregrinationis,) ſiue Notitiae prouinciarum imperii orientalis. De illius autem aetate non omnes V. D. conſentiunt. vide. *Weſſelingii* prolegom. ad *Hieroclis Synecdemum* gr. adiectum *Antonini* itinerario, et docto amploque commentario illuſtratum, Amſtelod. 1735. 4. a. pag. 621 — 626. qui eum circa Iuſtiniani imperatoris tempora vixiſſe ſuſpicatur — Sine nomine auctoris, et XIV. poſtremis prouinciis mutilus liber exſtat gr. et lat. in Notitiis antiquis, geographiae ſacrae Caroli a S. Paullo ſubiectis Amſtel. 1704. fol. pag. 18. ſqq. — *Hieroclis Syn.* gr. a *Luca Holſtenio* ex MS. Vaticano deſcriptus (XIV. poſtr. prouinciis locupletior,) et ex alio Altempſiano emendatus, latineque redditus, tom. II. antiquitatis eccleſiae illuſtratae *Eman. Schelſtrateni*, Romae 1697. fol. in adpendice ad opus geographicum, pag. 689. — gr. et lat. ex praecedenti edit. in *Anſelmi Banduri* imperio orientali, Paris. 1711. fol. et Venet. 1729. fol. tom. I.

§. 46.

AENEAS GAZAEVS.

1. Extremo ſaeculo quinto vixit, Sophiſta et rhetor Chriſtianus, diſcipulus Hieroclis.

2. Scripſit *Theophraſtum*, ſiue de animarum immortalitate et corporum reſurrectione dialogum, atque Epiſtolas.

3. *Theophraſtus etc.* graec. cum interpret. lat. *Io. Wolfii*, Tiguri 1560. fol. et in Bibl. P. P. Paris. 1644. Tom. XII. pag. 617. — cum interpre-

tatio-

tione et animaduerſion. *Caſp. Barthii*, Lipſiae 1655.
4. — *Epiſtolae* XX. graece in Epiſtolis graecis etc. apud Aldum 1499. — gr. et lat. in Collectione ep. graec. Geneu. 1606. p. 422.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. I. Libr. II. c. 10. §. 29. pag. 689 ſq. *Bruckeri* hiſt. crit. philoſoph. Tom. III. p. 527. *Hamberg.* Z. N. Vol. III. pag. 234. *Saxii* On. II. p. 7. ſq.

5. *Ioannes Gazaeus* incertae aetatis, ſed, vt videtur Saxio l. m. longe ſerioris aeui grammaticus. Eius tabellae vniuerſi ἐκφρασις, verſibus 726 iambicis conſtans, graece exſtat in *Iani Rutgerſii* var. lection. lib. II. cap. 7. pag. 95. e cod. Leidenſi.

§. 47.
DIONYSIVS.

Aequalis Aeneae, Antiochenus, Sophiſta et chriſtianus. Superſunt XLVI. Epiſtolae in Epiſtol. gr. apud Aldum 1499. — apud Henr. Stephan. 1577. 8. et epiſtolis graecanicis Col. Allobr. 1606. fol. cf. *Fabricium* l. m. §. 31. p. 691. et *Hamberger*. p. 236.

§. 48.
IOANNES STOBAEVS.

1. Vixit ante an. Ch. 500. Contra cl. *Saxio* in Onom. II. pag. 46. videtur Stobaeus poſſe ſcriptoribus ſaeculi poſt Chr. N. *ſexti* adnumarari. „*Procli* enim, ait, Hymnos VI. laudauit, quos in dictis poetarum apud Stobaeum obuiis illuſtrauit Hugo Grotius. Proclus autem ante a. 450 non videtur

tur clarus fuiſſe. *Agapeti* quoque liber non ſemel in Florilegio Stobaei excitatur. Agapetus autem Diaconus circa a. 527. vixit.“ At Fabric, B. Gr. VIII pag 666. ſq. iam monuit, loca Agapeti et reliquorum Chriſtianorum, etiam Simplicii, non a Stobaeo eſſe citata; ſed ab alia manu, vt Agapeti, ab editore Gesnero acceſſiſſe: idque patere ex *Photio,* qui cod. 167. auctorum, ex quibus ſua delegit Stobaeus, nomina contexuit. Hanc ſententiam non ſolum confirmat, ſed amplificat quoque *Thom. Tyrwhitt* in praefat. ad (Orphei) poema de lapidibus, pag. V. in nota. Ille enim cum loca omnia Simplicii. Gregorii Theologi, Pauli Silentiarii, Agathiae et Agapeti a Gesnero inſerta eſſe credit, tum etiam Hymnos Procli duo, p. 389. 390 et ex Orphicis, qui vocantur, quinque ibidem et pag. 100. nec non plures verſus ex barbaro, vt ait, illo ſcriptore, qui nomen Phocylidis ſit mentitus; nec dubitat, loca Stobaei omnia, quae in editionibus Stobaei poſt primam legantur a Conr. Gesnero interpolata fuiſſe.

2. Στοβαῖον, ſiue, vt nonnulli malunt, *Stobenſem* a patria, Stobis, Macedoniae ſecundae vrbe, fuiſſe dictum, dicti quidam homines credunt.

3. Compoſuit ex quingentis circiter ſcriptoribus poeticis atque proſaicis florilegium ſentetiarum (*ἀνθολόγιον ἐκλογῶν, ἀποφθεγμάτων, ὑποθηκῶν*) IIII. Libr. Atque haec eſt vulgata ſententia, vnum opus eſſe quatuor libris conſtans. Hinc priores duo libri vulgo vocantur Eclogae phyſicae et ethicae; reliqui autem, Sermones. Enimuero, notante Heerenio duo ſunt diuerſa opera, Eclogae et Sermones. In eclogis phyſicis multa in col-

collectionem ſuam transtulit ex Plutarchi libris de placitis philoſophorum, quos quidem illum longe pleniores, quam hodie exſtant, legiſſe, a viris doctis iam animaduerſum eſt. Haec vberius expoſuit cl. *Heeren* in recitatione de fondibus eclogarum phyſicarum Io. Stobaei, cuius ſummam leges in ephemerid. litterar. Goettingens. a. 1785. plag. 115. Duos priores libros eſſe mutilos et alia deeſſe, ex *Photio* congnoſcimus, qui cod. 167. quo de Stobaei ſyntagmate egit, recenſum dedit capitum eclogarum plurium, quae in codice ſuo legebat.

4. *Io. Stobaei* Eclogarum libri duo (priores) — primum graece editi, interprete *Guilielmo Cantero.* Vna et G. Gemiſti Plethonis de rebus Peloponnes. orat. duae, eodem Guil. Cantero interprete, etc. ex bibliotheca Sambuci, Antwerp. apud Plantin. 1575. fol. rec. cum ſermonum libris ex ed. Gesneri, Aureliae Allobrogum ſ. Geneu. 1609. fol. — Libr. III. et IV. edidit *Victor Trincavellus* in: Stobaei Collection. ſententiarum, graece, aere et diligentia *Io. Franc. Trincauelli*, Venetiis, 1535. 4. — graece et latine aliquoties per *Conr. Geſnerum*, Tiguri 1543. fol. vbi Geſnerus nullo quidem codice vſus, Trincauelli editionem recudi fecit et vertit: infinita tamen loca reſtituiſſe ſibi viſus eſt, collatis ſcriptoribus, qui a Stobaeo laudantur. Tum recenſuit idem et ex cod. MS. Diegi Hurtadi Mendozae multa emendauit, plurimas ſententias et capita integra ſuppleuit, aliaque, etiam peregrina addidit, Baſileae 1549. Tiguri 1550. fol. atque, indice rerum verborumque addito, Tiguri 1559. fol. — Geſnerum

rum vero totum fere Stobaeum interpolaſſe, iam adnotauimus. Additi ſunt *Cyri Theodori* dialogus ſenariis iambicis etc. gr. et lat. Plat. opuſc. de iuſto, et aliud ei adſcriptum, an virtus doceri poſſit etc. lat. — *Stobaei* Sententiae, gr. et latine, cum admixtis collectaneis S. Maximi et Ant. Meliſſae, Francof. ex offic. Andr. Wechel. 1581 fol. Ex moleſta confuſione alius capitum numerus ortus eſt, aliusque ordo. Quare *Fabricius*, qui in B. Gr. Vol. VIII. Libr. V. cap. 30. capita editionis Wechelianae cum aliis edd. Stobaei, Maximi et Antonii comparaſſet, de poſſeſſoribus et lectoribus diuerſarum edd. plaeclare meruit. — Integrum Stobaeum ſeparatim, itidemque Maximum et Antonium Meliſſam ſeorſum exhibet editio, quae ſuperioribus praeſtat et inſcripta eſt: *Stobaei* Sententiae ex theſauris graecorum delectae. *Cyri Theodori* dialogus, de amicitiae exilio. Opuſculum Platoni adſcriptum, de iuſto. Aliud eiusdem, an virtus doceri poſſit. Huic editioni acceſſerunt eiusdem *Ioannis Stobaei* Eclogarum phyſicarum et ethicarum libri duo. Item loci communes ſententiarum, collecti per Antonium et Maximum monachos, atque ad Stobaei locos relati, cum indicibus locupletiſſimis, Aureliae Allobrog. pro Franc. Fabro bibliopola Lugdun. 1609. fol.

Dicta poetarum, quae apud *Io. Stobaeum* exſtant. Emendata et latino carmine reddita ab *Hugone Grotio.* Acceſſerunt Plutarchi et Baſilii M. de vſu graecorum poetarum libelli, Paris. 1623. 4. ex codd. MSS. Paris. et ex ingenio, quod fuit paene diuinum, emendauit illa Grotius. — Quosdam Grotii errores notauit *Valckenaer* in diatribe, poſt Euri-

Euripidis Hippol. pag. 195. n. 2. multo plura autem loca idem ibid. pag. 198. n. 3. e codice Leidenſi, qui pleraque complectitur ex Stobaei florilegio poetarum dicta, et ingenii ſui felicitate in Gesneri et Crotii editt. emendauit atque reſtituit.

Gnomologia graeco-latina ex magno Anthologio I. Stobaei, etc. per *Mich. Neandrum*, Baſileae, ſumt. I. Oporini, 1557. 8.

Fragmenta Pythagoreorum quorumdam e *Stobaeo* deſumta, graece, cum latina verſione Guil. Canteri et notis, in *Thom. Gale* Opuſcul. mythol. Amſtel. 1688. pag 657.

— Duorum priorum librorum editionem e multis codd. longe locupletiorem atque emendatiorem, et, quantum fieri potuit, pleniſſimam curauit, eruditisque adnotationibus illuſtrauit cel. atque humaniſſimus *Heeren: Io. Stobaei* eclogarum phyſicarum et ethicarum libri duo, ad codd. mſſt. fidem ſuppleti et caſtigati, adnotatione et verſione latina inſtructi ab *Arn. Herm. Ludou. Heeren*, Phil. P. P. in acad. Goetting. partis I. tom. prior, Gottingae 1792. 8. tom. II. 1794. part. II. tom I. complectetur eclogas ethicas cum ſcholiis e cod. Farneſiano deſcriptis; tom. II. dabit lectiones crit. ex omnibus codd. enotatas, atque comment. litter. de fontibus eclogar. Io. Stobaei, vna cum indicibus. — In tomi primi parte priore praefationem excipit notitia codd. MSS. (quos doctiſſ. Heeren vel in itineribus ſuis per Germaniam, Italiam, Gallias et Belgiam ipſe inſpexit contulitue, vel quorum V. L. ab aliis accepit), et editionis Canteri eclogarum Io. Stobaei: in hac notitia ea, quae

quae in progr. de codd. msstis eclog. I. Stob. Gottingae 1787. 4. ſcripſerat, vberius explicuit.

Stobaei Sermonum nouam editionem, e codd. emendatiorem, molitur, et promiſit ſubſidiaque, quibus vſus eſt, commemorauit cl. *Schow* in epiſtolis criticis, vna ad C. G. Heynium, altera ad Th. Chr. Tychſen. Romae 1790. 4. pag. 47. ſqq. Pag. 51. meminit rariſſimi libri: *Apophthegmata ex variis auctoribus per Ioan. Stobaeum collecta, Varino Fauorino Camerte interprete.* lat. Romae impreſſum per Iac. Mazochium d. XXVII. Nou. 1517. 8. Sed, ſententiae, ait, ad ſenſum, nec ad verbum redditae ſunt, multum abbreuiatae, quam plurimi etiam articuli omiſſi, rerumque ordo multis in locis mutatus est. — Praeclaras ſymbolas, quae cum ad interpretationem, tum maxime ad emendationem infinitorum paene locorum facerent, contulit cl. *Iacobs*, vir ſagaciſſimus in *animaduerſionibus ad Stobaei florilegium, epiſtola critica ad V. cl. Nic. Schow*, ſubiuncta eius animaduerſionibus in Euripidis tragoedias, Gothae et Amſtelodami, 1790. 8. pag. 209 — 303. atque pag. 303 — 308. dedit fragmentum *Euſebii* ex Io. Stobaei ecl. ethicis, lib. II. pag. 206. ed. Canteri, graece, cum notis criticis.

5. Cum propter res et argumentum, tum in primis propter fragmenta ab interitu ſeruata, et reliquos ſuperſtites locos auctorum veterum et florilegium et eclogae Stobaei iure magni aeſtimantur.

6. Conf. *Fabr.* B. G. Vol. VIII. pag. 666. ſqq. *Hamberger* Z. N. Vol. III. pag. 279. — Anonymi Obſeruata ad eclogas Phyſicas et Ethicas Stobaei

baei in Obſ. miſcell. Vol. VII. pag. 181. ſqq. adde Vol. I. pag. 127. ſq. — *Rittershuſii* aliusque emendationes atque coniecturas margini editionis III. Gesnerianae adſcriptas publici iuris feci in Opuſculis meis varii argumenti, Halae Saxon. 1773. pag. 181 ſqq.

§. 49.

Priſcianus, Lydus, philoſophus peripateticus, et paraphraſtes libri Theophraſtei de ſenſu, phantaſia, et intellectu. Hunc circ. medium ſaeculum ſextum vixiſſe, *Saxius* in Onom. II. pag. 47. ex eo colligit, quod aequalis Damaſcii et Simplicii eſſe dicitur Agathiae lib. II. pag. 69 et Suidae, in voc. πρέσβεις. Conf. *Fabr.* B. Gr. vol. III. pag. 444. nou. edit.

§. 50.

Procopius Gazaeus, ſophiſta Chriſtianus, vixit circa an. 520. Superſtites ſunt: 1) Commentarii in Octateuchum, h. e. in priores octo V. T. libros, ex antiquiſſimo cod. Auguſtano in latinum ſermonem translati a *Cunr. Clauſero*, (et Hartmanno Hambergero,) Tiguri 1555. fol. (ſunt quoque exempla ſine anni nota, cum breuiore inſcriptione et breui Iac. Gesneri praefatione, loco longioris Clauſerianae;) — in libros Regum et Paralipomenon ſcholia, graece *I. Meurſius* primus edidit, et latinam Hartm. (Hambergeri) verſionem adiecit Lugd. Bat. ap. Iſaac. Elſeuir. 1620. 4. — 2) Commentar. in Eſaiam editus cum praepoſito Euſebii Pamphili fragmento de vitis propheta-

phetarum: *Io. Curterio* interprete, etc. Paris 1580. fol. — 3) Epiſtolae LX. gr. in Epiſt. Graec. Venet. ap. Aldum 1499. 4. — gr. et lat. in Epiſtol. Graecan. Colon. Allobr. pag 429. — Conf. *Photius* cod. 160. 206. *Fabric.* B. Gr. vol. VI. pag. 258. 259. vol. VII. pag. 735. 736. vol. VIII. pag. 841 ſqq. *Saxé* On. II. pag. 23. *Hamberg* III. pag. 327 ſqq. — *Io. Chriſti. Gottlieb Erneſti* epiſt. de Procopii Gazaei commentariis graecis in Heptateuchum (h. e. in Pentateuchum, librum Ioſuae et Iudicum,) et Canticum ineditis, Lipſiae 1785. 4. Ex apographo, ab Oleario ex cod. Auguſtano deſcripto, ſpecimen dedit cum verſione lat. et notis ac nouae editionis ſpem fecit vir doctiſſ. — Inedita et Fabricio ignota catena, ſiue ἐξηγητικῶν ἐκλογῶν ἐπιτομὴ εἰς τὸν ἐκκλησιάστην, ſeruatur in cod. Veneto D. Marci XXII. adnotante *Villoiſonio* in anecd. gr. tom. II. pag. 27. qui pag. 28—45 e cod. Veneto 428. primus euulgauit graece notisque doctis illuſtrauit orationem panegyricam in laudem Anaſtaſii imperatoris, ex qua multa, quae ad Anaſtaſium pertineant, et quae apud nullum hiſtoriae Byzantinae ſcriptorem occurrant, erui poſſe ſcribit. Phocius vero cod. 160 laudauit Procopii λόγους ſiue orationes varii generis. — *Iriarte* in catal. codd. gr. Matrit. pag. 264 ſq. graece publicauit *Procopii* Gazaei ſophiſtae *monodiam* in S. *Sophiam* terrae motu collapſam — Procopius etiam ſcripſerat *metaphraſes carminum homericorum*, ſiue, vt Photius l. c. tradidit, (φέρεται) βιβλίον ὅλον, στίχων Ὁμηρικῶν μεταφράσεις, εἰς ποικίλας λόγων ἰδέας ἐκμεμορφωμέναι· αἱ μάλιστα τὴν τοῦ ἀνδρὸς περὶ ῥητορικὴν, δύναμιν καὶ μελετὴν

ἱκαναὶ εἰσιν ἀπαγγέλλειν. Illas *Fabric.* B. Gr. vol. I. pag. 520. libris deperditis adnumerauit. Adde *Villoiſon* l. c. pag. 46 ſq. in nota; qui praeterea paſſim obſeruat, Choricium fuiſſe Procopii Gazaei, magiſtri ſui imitatorem.

§. 51.

Fl. Philoxenus, *Coſ.* Orientis. a. Chr. 525. *H. Stephanus* ediderat *Gloſſaria duo*, e ſitu vetuſtatis eruta: ad vtriusque linguae cognitionem et locupletationem perutilia; item de atticae linguae ſeu dialecti idiomatis comment. 1573. fol. — Annis aliquot deinde elapſis eadem iterum edidit *Bonauentura Vulcanius*, gr. linguae P. P. in vniuerſitate Leidenſi, gloſſisque latino graecis *Philoxeni*, tamquam earum auctoris, nomen praepoſuit; opus vero inſcripſit: *Theſaurus vtriusque linguae, h. e. Philoxeni aliorumque* vett. *authorum gloſſaria* latino-graeca et graeco-latina, Lugd. Bat. 1600. fol. Num vero auctor fuerit, valde dubium videtur. Conf. *Fabricii* B. Gr. lib. V. cap. 40. pag. 53 ſqq. et *Saxii* Onom. II. pag. 24 ſq. Hic quidem, nihil, ait, ſaltem glosſariorum ſeu graecorum ſeu latinorum aetate paſſim incertius, cum propter vulgarem auctorum obſcuritatem et tenebras, tum emblematum paſſim occurrentium ambiguitatem. Tale eſt *gloſſarium graecum*, in quod *Iani Rutgerſii notae* leguntur in miſcell. obſſ. vol. IX. tom. I. pag. 140 ſqq. — *Philoxeni*, *κυθηρίȣ* librum *περὶ Ῥωμαίων διαλέκτȣ* laudat Euſtathius ad Homeri Odysſ. — *Philoxenum* grammaticum *ἐν τῷ περὶ προσῳδιῶν* et *ἐν τῷ περὶ μονοσυλλαβῶν ῥημάτων* laudant ſcholia Homeri Veneta. Vide indices auctorum

ab

ab Euſtathio aliisque ad Homerum laudatorum in Fabr. B. Gr. vol. I. cap. de Homero.

§. 52.

De *Iuſtiniani* imper. Conſtantinopolit. (a. Chr. 527 etc.) litteris ad Agapetum pontificem, de epiſtola ad Mennam, item de tribus capitulis, h. e. epiſcoporum triumuiris etc. v. *Fabr.* B. Gr. XI. pag. 440 ſqq. *Saxii* On. II. pag. 25 ſq. et eos, qui ab vtroque laudantur. Iuſtiniani epiſtolam contra defenſores trium Capitulorum, h. e. Theodori Mopſueſteni, Ibae et Theodoriti, gr. et lat. edidit *Angelus Maria Bandini* in graecae eccleſiae veteris monumentis, Florent. 1762. 8. vol. I.

§. 53.

AGAPETVS.

1. Diaconus magnae eccleſiae Conſtantinopolitanae, a. Chr. 527.

2. Scripſit ad Iuſtinianum, quum habenas imperii capeſſeret, LXXII capita admonitionum, ſ. *Schediam*, vt vulgo vocatur, *regiam*.

3. *Agap.* de officio regis, gr. et lat. Venet. *Zachar. Calliergi* 1509. 8. libell. rariſſimus. — latine, ib. eod. a. v. *Pinelli* catal. tom. I. pag. 193. et II. pag. 192. — gr. et lat. ex bibl. Benti Rhenani. Baſil. ap. Froben. 1518. 8. — *Agapeti* capp. admonit. gr. inter ſcriptor. gnomicos, Baſil. ap. Froben. 1521. 8. — opusc. de officio regis ad Iuſtinian. Caeſarem, gr. Colon. ap. Euchar. Ceruicorum, 1527. 4. — ſchedia regia, gr. et lat. a

Matthia Martinio. Herbornae. 1605. 8. — Capp. admonition. gr. et lat. cum notis *Steph. Schoeningii*, cum *Nili* admonitt. Franeck. 1608. 8. — In libro: τȣ̃ ἑλληνισμȣ Γυμνασμα. Cothen. 1620. 8. nr. 2. ex rec. *Bernhardi Damken*, qui et verſion. notasque adiecit. Báſil. ap. I. Schroeter. 1633. 8. — gr. et lat. ex correct. et cum explanatione *P. Guerin.* Paris. ap. Seb. Cramoiſy. 1635. 8. — ſcheda regia-cum notis M. *Iac. Brunonis* P. P. b. m. edita, recognita, et ſcholiis pluribus adaucta, ab huius filio *Iac. Pancratio Brunone*, phil. et med. D. in vniuers. Altorfina huius P. P. Lipſiae, 1669. 8. Bruno in praef. ait, ſe textum graecum retinuiſſe, quemadmodum inueniſſet illum in *compendio moralium praeceptionum Martini Hayneccii*, Lipſiae 1600 edito, et in Damkii editione. — Schedam regiam—recenſuit, notis Iac. et Iac. Pancrat. Brunonum et ſuis indicibusque inſtruxit *Io. Auguſtin. Groebelius.* Lipſiae 1733. 8. — Eſt quoque libellus gr. et lat. in maioribus collectionibus, e. gr. in Bibl. PP. Paris. 1644. tom. XII. pag. 607. in *Ans. Banduri* imperio orientali, tom. I. pag. 158. Paris 1711. fol. ſ. pag. 128 ſqq. ed. Venetae. — germanice vers. a *Martino Mollero*, Gorlitii 1590. 1605. 8. — a *Nic. Glaſero*, cum laude philomelae et Luciano de calumnia ac tabula Cebetis; Bremae 1619. 4. — ab anonymo, Francof. et Lipſiae 1782. 8.

4. v. *Fabr.* B. Gr. vol. VI. pag. 546. ſqq. et XIII. pag. 494. *Saxii* Onom. II. pag. 26.

§. 54.

§. 54.
AETIVS.

1. Amidenus, medicus chriſtianus, *comes* dicitur fuiſſe *Obſequii* ſiue anteambulonum Caeſaris: Alexandriae artem medicam didicit. Homo fuit ſuperſtitioſus, et vixit ſub finem quinti ſaeculi, vel potius circ. a. 530—550. Eum poſt a. 500 vixiſſe, et ab *Actio*, Antiocheno, vtpote qui diu antea vixiſſet, diſtinguendum eſſe, operoſe demonſtratum iuit *Marſil. Cagnatus* in variarum Obſſ. lib. IV. cap. 18. pag. 324 ſqq. Romae 1587. 8.

2. Compoſuit Libr. XVI. ex Galeno et Oribaſio compilatos: habent tamen quaedam propria, aut ex veteribus decerpta, quorum monimenta non alibi exſtant. Octo libri hucusque graece; reliqui vero a Cornario latine verſi legebantur. Diuiſio librorum vulgaris in tetrabiblos nec ab Aetio, nec ab Photio orta eſt.

3. Aetii Amideni librorum medicinalium tomus primus: primi ſcilicet libri octo, nunc primum in lucem editi, graece, Venetiis, in aedibus hered. Aldi et Andr. Aſulani 1534. — *Io. Hebenſtreitii* tentamen philologicum medicum ſuper Aetii Amideni Synopſis medicorum veterum libris octo, poſt illos octo, quos Aldus Manutius Venetiis 1534. euulgauit, qui ſuperſunt nondum editis ex MSto Gunzii, ſiſtens libri, ſeu ſermonis noni aliquot capita, graece et cum interpretatione latina Cornarii, Lipſiae 1757. 4. — Integros XVI. libros gr. et lat. edituri erant Boerhauius, Gunzius, Hebenſtreit et Franzius; ſed horum omnium conatus ſpemque edit. mors praecepit. — In praeſenti in

noua editione curanda et in codd. Vindobon. comparandis verſatur cl. M. *Carol. Weigel*, qui eo conſilio ſcripſit disput. ſ. ſpecimen Aetianarum exercitationum, Lipſiae 1791. 4. in qua de Aetii patria, libris codd. et editionibus quoque diſſerit. — *Chr. Oroſcii* annotatt. in interpretes Aetii. Baſil. 1538. 8. — De Franzii codice, qui multis in locis auctior eſt eo, quem Cornarius ſequutus eſt, v. *Schneideri* praefat. ad Nicandri Alexipharm. pag. XV. ſq. — Cornarii interpretatio latina aliquoties eſt formulis typographicis excuſſa. Sufficiat vero memorare editionem, inſcriptam: Aetii contractae ex veteribus medicinae tetrabiblos, h. e. XVI. Sermones, Iano Cornario interprete, Baſileae, 1542. 1549. fol. et alibi.

4. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. VIII. pag. 318. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 283. *Halleri* Bibl. botan. Vol. I. pag. 158. ſq. Bibl. Anatom. Vol. I. pag. 116. et B. chirurgicam I. pag. 105.

5. Diuerſus eſt ab *Aetio*, Antiocheno, Arianismi primum patrono, deinde ſectae Anomaeorum principe, circa medium ſaeculum IV. Scripſerat is trecenta capita de fide, e quibus opuſculum ſeptem et quadraginta capitibus conſtans exhibet ac refellit S. Epiphanius haereſi LXXVI. 10. ſqq. v. *Fabricium* l. mem. pag. 317. ſq.

§. 55.

COLVTHVS.

1. E Lycopoli, Thebaidis in Aegypto vrbe, ortus et ſub Aug. Anaſtaſio, a. C. 518. mortuo, clarus fuiſſe dicitur; at parum certa fide.

2. Com-

2. Compoſuit carmen de raptu Helenae.

3. Princeps eaque praeſtans editio eſt *Aldina*, cum Quinti ſ. Cointii Calabri et Tryphiodori carminibus, ſine nota anni in 8. Eſt quoque in H. Stephani et Io. Lectii collectionibus carminum, ſ. principum poetarum graecorum, atque Neandri opere aureo Tom. II. Lipſiae 1577. 4. Saepius poſtea prodiit. Optime tamen de illo meruit *Io. Dan. a Lennep*, qui ad fidem codd. MSS. recenſuit, gr. et lat. varias lectiones notasque et animaduerſionum libros III. tum in Coluthum, tum in nonnullos alios auctores adiecit, Leowardiae 1747. 8. Secundum hanc Lennepii recenſionem carmen illud typis repetendum curaui et illuſtraui, graece, cum Ariſtophanis Pluto, Noribergae 1776. — cura *Bandinii*, Florent. 1765. 8. — graece atque italice, cum notis. Inſcriptio haec eſt: ἑλένης — *Il Rapimento d' Elena* del Poeta *Coluto* di Licopoli nella Thebaide, tradotto in verſi Italiani, dall' Ab. *Angelo Theodoro Villa*, accademico trasformato. Aggiuntevi le varianti Lezioni, ed alcune note all' Originale, tratte da un MS. dell' Ambroſiana. Nouva Edizione accreſciuta di varie oſſervazioni, et delle Orazioni di *Gorgia* e d' *Iſocrate* intorno ad Elena. Il tutto col Teſto greco di rincontro. Milani 1752. 8. Lennepii edit. ignorauit. Variae lect. ſunt textui ſubiectae; in obſſ. poſt textum poſitis primum de vita Coluthi ſuaque interpretatione et codice quaedam diſſerit; tum ex antiquitate potiſſimum et mythologia copioſe explicat Coluthi carmen. — *Coluthus* graece ex rec. Lennepii ed. *Phil. Scio de S. Miguel*, cum vers. latina ad verbum, tum metrica propria et hiſpanica *P. Ignat.*

Garcia de S. Antonio. Matrid. 1770. 4. — *Io. Franciſci Corradini* ab *Allio* edit. (num graecus textus adſit, neſcio,) *Elena di Coluto et Satyras*, Venet. 1741. 4. memorat *Villoiſon* in anecd. graec. tom. II. pag. 245. fin. — germanico carmine vertit *von Alxinger* in *Wielandi* deutſchen Mercur, menſ. Iul. Vimariae 1785. nr. 1. — Anglica, ſed nimis liberalis verſio, vel potius imitatio graeci carminis eſt. *The Rape of Helen, from the Greek of Coluthus;* with Miſcellaneous Notes, Londin. 1786. 4. v. Monthly Review, menſe Mai. 1787. nr. XII.

4. Carmen haud paucis locis mutilum adhuc, et a librariis corruptum eſſe arbitror. Coluthum vero inficetum fuiſſe poetam, et ingenii fertilitate acieque iudicii deſtitutum, ineptum Homeri imitatorem, cuius paucas exiguasque virtutes longe plura vitia eaque haud raro puerilia multum ſuperent, copioſe oſtendere ſtudui in IV. proluſionibus academicis ſuper Coluthi carm. de raptu Helenae, Erlangae 1775—1777.

5. *Fabricii* B. Gr. Vol. I. Libr. II. cap. 7. §. 7. p. 557. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 304. ſq. *Saxii* On. II. p. 20 ſq. *Lennepii* praefat. et *Valentini Erneſti Loeſcheri* Stromateus diſſ. Wittebergae 1723. 4.

§. 56.

TRYPHIODORVS.

1. Aegyptius, poeta epicus, qui ſummam laudem in cumulatione poeticorum luminum, imaginum et floſculorum ſermonis quaerit; eiusdem fere aetatis atque eruditionis.

2. Car-

2. Carmen eius Ἰλίȣ ἅλωσις, ſiue *de Troiae euerſione*, Colutho ſaepius adiunctum comparet. Separatim editum eſt graece, a *Federico Iamotio* verſibus latinis redditum et annotationibus quibusdam illuſtratum, Lutetiae apud Mich. Vaſcoſan. 1557. 8. — graece, cum *Nic. Friſchlini* verſione metrica, cum notis variorum, ex editione et cum notis *Io. Merrik.* Oxon. 1741. 8. — The Deſtruction of Troy, being the ſequel of the Iliad. with Notes, by *Io. Merrik.* Oxon. 1739. 8. — cura *Bandinii*: Florent. 1765. 8. de qua edit. v. *Klotzii* acta litter. vol. IV. part. IV. pag. 455 ſqq. — Τρυφιοδώρου Ἰλίȣ ἅλωσις de plurimis mendis purgata et notis illuſtrata a *Thoma Northmore*, A. B. Londini, Cambridg. et Oxon. 1791. med. 8. quae editio laudatur in Gotting. ephem. litter. a. 1794. no. 77. pag. 776.

3. *Fabricii* B. Gr. Vol. I. Libr. II. cap. 7. §. 8. p. 558. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 305. not.

§. 57

COINTVS ſiue QVINTVS, ſiue, vt Reineſius, in iudicio de chemicorum codice Gothano pag. 750. in *Fabricii* B. Gr. Vol. XII. pag. 750. ſcribendum eſſe contendit, *Corinthus*.

1. Coluthi aequalem et Smyrnaeum fuiſſe illum, nonnulli ſuſpicantur potius, quam certiſſimis probant argumentis. Cl. *Tychſen*, Prof. Gottingens. in comment. de Quinti Smyrnaei paralipomenis Homeri, qua nouam carminis editionem indicit etc. Gottingae 1783. 8. regionem Smyrnaeenſem fuiſſe Quinti patriam (coll. lib.

XII.

XII. 304.) ſpecioſe oſtendit. Idem putat, eum vixiſſe poſt ſedem imperatorum Conſtantinopolin translatam. Sub romanis quidem imperatoribus eum in viuis fuiſſe, patet ex lib. XII. 335 ſqq. et forſan imperatoribus Romae quoque commorantibus, quantum e veſtigiis poteſt colligi. *Calaber* is vocatur in primis editionibus, quoniam codex primum inuentus eſt in coenobio Caſſula prope Otrantum in Calabria.

2. Fudit carmen probabile, nec vero a vitiis ſaeculi ſui immune, multo minus cum Homerica ſublimitate et naturali pulcritudine comparandum, (*diuinum* enim *poetam* eum Barthius Aduerſar. LIX. 1. immerito vocat), *Paralipomena Homeri*, ſiue hiſtoriam belli Troiani a morte Hectoris vsque ad Achaeorum reditum, in qua narrat, (nam poeta *epicus* proprie dici nequit,) res ab heroibus geſtas. Atque, collata tabula Iliaca probabile videtur Tychſenio, poetam ante oculos habuiſſe Iliada Leſchis paruam. Immo vero cl. *Schow* in epiſtolis criticis, (Romae 1790. 4.) et quidem in altera ad Tychſenium, in qua e pluribus codd. permulta poetae loca reſtituit, emendauit aut ſuppleuit, pag. 59. cenſet, contextum carminis non modo vitioſum eſſe, ſed et ipſum carmen ex variis variorum temporum atque poetarum fragmentis compoſitum atque conſutum; multa etiam ſeriore demum aetate ex margine codd. inſerta, aut ab eo, qui has antiquiorum poetarum reliquias inter ſe contexuit, innexa. Conf. tamen cenſorem in ephem. Gottingens. litter. 1791. plag. 119.

3. Pri-

3. Primum ſed vitioſe edidit eum *Aldus* cum Colutho. — Gr. a *Io. Th. Freigio*, Baſil 1569. 8. — Hanc, quamquam multis mendis obſitam, magnam tamen partem ſequutus, de Quinto bene meruit *Laurent. Rhodomannus*, qui graece et latine illum edidit, illuſtrauit et Dionis Chryſoſtomi orationem addidit de Ilio non capto, Hanou. typis Wechel. 1604. 8. et nouum, quem vocant, titulum typographus tantummodo praefixit 1614. quo facilius Claudii Dausqueii notae et obſeruationes, (quibus Brodaeanae ſubinde interſperſae ſunt,) in Quintum, Coluthum, et Tryphiodorum, quae eodem anno ex eadem Wecheliana ſiue Aubriana officina prodierunt, iunctim venderentur. Rhodomanni, in primis Dausqueii animaduerſiones ſeuere vocauit ſub iudicium *Io. Cornelius de Paw*, qui Quinti Praetermiſſorum ab Homero libros XIV. graece, cum verſione latina et integris emendationibus Laur. Rhodomanni, et adnotationibus ſelectis Claudii Dausqueii, ſuisque emendationibus edidit, Lugd. Bat. 1734. 8. Editionem Aldinam, quam Rhodomannus non viderat, ſedulo contulit. At Paw nimius quoque fuit in culpando et corrigendo poeta: quare ob ſuam audaciam, immoderatamque conuitiandi libidinem et ob alia vitia furtaque acriter notatus eſt a *Dorville* in: Critica vannus in inanes Io. Cornelii Pauonis paleas, Amſtel. 1737. 8. pag. 577 — 595. — Certamina Herculis epigramma *Quinti* dedit *Brunk* in Analect vett. poet. gr. Vol. II. pag. 475.

4. Confer *Fabricii* B. Gr. Libr. II. cap. 7. nr. 6. Vol. I. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 307.

§. 58.

§. 58.

Vrbicius, Tacticus, Anaſtaſio principe clarus. Fragmentum ſcripti, ἐπιτήδευμα, ſiue inuentum, quomodo pedites romani equeſtres barbarorum copias poſſint feliciter debellare, *Rigaltius* gr. et lat. edidit cum Onoſandri ſtrategico. Lutetiae 1599. (in calce autem notatur an. 1598.) 4. v. ad *Fabr.* B. Gr. vol. IV. pag. 338. *Naudaeus* tamen in bibliographia militari, ſect. IX. pag. 508. ſq. (in *Creenii* collectione de eruditione comparanda, Lugd. Bat. 1699. 4.) probat Salmaſii ſententiam, ex antiquo epigr. graeco petitam, Tactica illa *Hadriani* imperatoris fuiſſe, non *Orbicii*; (ſic enim a nonnullis ſcribitur,) quoniam ea tantum, quum diu latuiſſent, ſub Anaſtaſio tandem reperta, protuliſſet.

§. 59.

ANTHEMIUS.

1. Trallianus, mechanicus et architectus, cuius opera Iuſtinianus a. 532. vſus eſt in conſtruenda aede S. Sophiae. v. *Procop.* Caeſar. de aedif. lib. I. cap. 1. lib. II. cap. 3. de templo Conſtantin. S. Sophiae pag. 284. lib. I. Κτισμ. in manipulo Combefiſiano.

2. Scripſit περὶ παραδόξων μηχανημάτων, qui liber non integer exſtat in cod. Vindobon. vt quidam Lambecii narratione decepti ſcripſerunt. Nam in illo cod. exiguum libri mechanicorum Anthemii fragmentum, quatuor ſolum problematibus finitum, tantummodo exſtare, docuit *Kollarius* ad Lambecii

cii VII. comment. de codd. gr. bibl. Caeſar. pag. 406. ſqq.

3. Ex apographo codicis Vindob. et tribus codd. Paris. illud fragm. edidit cum gallica verſione notisque criticis, et II. capp. obſeruationum calci adiectis *Puteanus* (*du Puy*) in comment. acad. Paris. inſcr. vol. 42. Paris 1786. pag. 392. ſqq. et ſigillatim, cum hac epigraphe: *Fragment d'un ouvrage grec d'Anthemius ſur des Paradoxes de Mecanique. Revu et corrigé ſur quatre MſtS, avec* une Traduction françoiſe et de notes. Par. M. *Dupuy*. Paris. 1777. 4. Plura ſcripſi ad *Fabricii* B. Gr. vol. IV. pag. 178. ſqq. adde *Saxii* Onom. in ind. xol. part. VII. pag. 295. ephem. litt. Götting. in ſupplem. plag. 26. a. 1779. pag. 403. ſqq.

§. 60.

THEOPHILVS.

1. Mortuus eſt a. C. 534.

2. Iureconſultus Conſtantinopolitanus et magiſter ſcrinii libellorum, ſub imperatore Iuſtiniano. Scripſit verſionem ſiue paraphraſin graecam inſtitutionum, et commentatt. ad priores tres Digeſtorum partes, quarum vero fragmenta ſuperſunt.

3. Primum e cod. Veneto D. Marci et alio Egnatii prodiit graeca illa paraphraſis cura et ſtudio *Viglii Zvichemi*, Phryſii, Baſileae 1534. fol. rec. nonnullis locis correctior, Paris. per Chr. Wechel. eod. an. — tunc a *Rutgero Reſcio* recognita, et cum annott. aliquot *Petri Nannii*, Louan.. 1536. 4. haec editio emendata magni aeſtimatur, — dein grae-

graece et latine, cura *Dionyſii Gothofredi*, apud Guil. Laemarium 1587. 4. et frequentius alibi. — Ex Gothofr. recenſione, notis contractis aliisque accedentibus, recuſa eſt *Theophile Paraphraſis graeca in iuris ciuilis inſtitutiones:* cum latina *Iac. Curtii* Brungenſis *) Icti interpretatione. Additae ſunt notae ſuccinctae ex fuſioribus V. D. commentariis ſelectae, partim Graeca interpretantes, partim breuiſſimis ſummariis et legum citationibus textum illuſtrantes. Adiecta ſunt etiam Graeca titulorum de V. S. et de regula iuris fragmenta, hinc inde collecta. Geneuae, ap. Iac. Stoer. 1610. 12. — ex tribus codd. recenſuit et ſcholiis graecis auxit, notas et fragmenta quaedam adiecit, *Carol. Annibal Fabrottus*, graece et lat. Paris 1638. 4. — rec. ita, vt abeſſent fragmenta, et pauciores notae textui ſubiicerentur. 1657. Mendis vero typographicis vtraque editio ſcatere dicitur. — Omnes ſuperiorum dotes et plures complectitur optima editio *Reitzii*, qui hanc fecit inſcriptionem:

Theophili Paraphraſis graeca inſtitutionum Caeſarearum: cum notis integris P. Nannii, I. Curtii, D. Gothofredi, H. Ernſtii, et. C. A. Fabroti ac ſelectis quam plurimorum eruditorum obſeruationibus, cum editis, tum ineditis. Lectionum varietates ex primariis editionibus et Pithoeano MS. inſeruit, nouam verſionem κατὰ πόδας concinnauit, ſuas-

*) *Iac. Curtius* Theophilum latine verſum primum edidit Antwerp. 1536. tum Pictauii 1539. v. *H. G. van Vryhoff* in Obſſ. iuris ciuilis, Amſtelod. 1747. 8. cap. VII. (in quo quaedam Theophili loca emendantur,) pag. 27.

ſuasque animaduerſiones et ἐπικρίσεις addidit *Guil. Otto Reiz*, qui et fragmenta Theophilina nunc primum collecta et titulos graecos de V. S. ac de R. I. denuo recognitos, nec non XX. Excurſus varii argumenti, cum gloſſario Theophilino atque copioſiſſimis tam rerum quam auctorum indicibus ſubiunxit, Tom. I. II. Hagae Comitum 1751. 4. Addidit praeter ea Tom. II. *Gundlingii* exerc. de Theophili paraphraſi inſtitutionum graeca, e Gundlingianis Part II. ſumtam, et lat. verſam notisque illuſtratam, item *I. H. Mylii* Theophilum, ſ. de graecarum iuris inſtitutionum earundemque auctoris hiſtoria, aetate, auctoritate, fatis, dotibus, naeuis librum ſingularem (Lugd. B 1733. 8.) cum notis ſuis. Mylius atque Reitzius argumentis maxime idoneis commonſtrarunt, non Theophilitzem quemdam, qui circiter a. C. 1000. vixit, ſed eumdem Theophilum, quo imperator Iuſtinianus in Inſtitutionibus et Pandectis componendis vſus eſt, graecae huius paraphraſeos fuiſſe auctorem. Conf. Relation. Gottingens. de libris nouis vol. 1. faſc. II. n. 3. pag. 312. — 348. et noua acta eruditor. 1752. m. Sept. pag. 481. ſq.

Obſeruatio de familiae emtore ipſo herede in teſtamento per aes et libram condito. in qua Theophilum ab inſcitia antiqui iuris vindicat *Gottlieb Wernsdorf*, Phil. et I. V. D. Wittebergae 1780. mai. 8.

3. Confer, quos laudat *Hamberger* in Z. N. Vol. III. pag. 344. ſqq. in primis *Fabricium* in B. Gr. Vol. XII. pag. 353. ſqq. vbi etiam pag 358. de graecis pandectarum, et pag. 366. ſqq. codicis Iuſtinianei interpretibus; pag. 372. ſqq. de *nouel-*

lis Iuſtiniani etc. (conf. *Hamberger* l. m. pag. 368. *Pinelli* catal. 1. p. 169. 368. et 378. ſq.) pag. 404. ſqq. de *Iuſtiniani* et aliorum imperatorum conſtitutionibus; denique p. 425. ſqq. de libris *βασιλικῶν* et ecloga ſiue ſynopſi *Baſilicorum* vberrime diſſerit. — *Saxii* On. II. pag. 35. ſq. — In A. *Auguſtini*, Archiep. Tarac. Operibus omnibus Vol. II. Luccae 1766. reperiuntur hominis illius quondam doctiſſimi nr. 6. collectio et interpretatio conſtitutionum graecarum cod. Iuſtin. n. 7. *Iuliani* Anteceſſor. Conſtant. Nouellarum Iuſtin. Epitome.

Triboniani laborum in condenda legum ſylloge praecipue participes et quorumdam illius corporis librorum interpretes fuerunt *Thalelaeus*, iuris anteceſſor Conſtantinopolitanus, *Stephanus*, cauſſarum patronus, et *Dorotheus*, iuris anteceſſor Berytenſis: de quibus vide *Fabric.* l. m. eosque, quos laudauit *Saxius* in Onom. II. pag. 37. — *Thalelaei*, *Theodori*, *Stephani*, *Cyrilli*, aliorumque Ictorum graecorum commentarios in titulos Digeſtorum et codicis de poſtulando, ſiue de aduocatis et de procuratoribus et defenſoribus ex cod. MSto bibl. Lugduno-Batauae primum edidit, lat. vertit et caſtigauit *Dauid Ruhnkenius*. Hagae Comit. 1752. fol. et in Theſauro iuris Meermanniano, tom. III. et V. In praefat. agitur quoque de aetate *Theophili*.

§. 61.

IOANNES PHILOPONVS.

1. Quod a Simplicio non ſemel laudatur, eius aetatem *Saxius* in Onom. II. pag. 39 refert ad a.

Ch.

Ch. circ. 535. *Hamberger* vero in Zuverläſſ. Nachr. tom. III. pag. 491. ad a. Chr. circ. 641.

2. Ammonii Hermeae diſcipulus, grammaticus Alexandrinus ac philoſophus, ob adſiduitatem et induſtriae perpetuitatem *Philoponus* cognominatus. Quod Ariſtotelicae philoſophiae placita inprimis amplexus eſt et ſectatus: accidit, vt non ſolum in multos Ariſtotelis libros commentaretur; ſed etiam opinionibus ariſtotelicis doctrinam chriſtianam deturparet atque infamaret, et auctor exiſteret *Tritheitarum*, a. 681 damnatorum. Negabat quoque corporum reſurrectionem. Secundum Fabricii (in B. Gr. IX pag. 359) et Hambergeri rationes confecit commentar. in libr. IV. phyſic. a. Ch. 617.

3. Scripſit I) *theologica*, n. a) commentar. in moſaicam mundi creationem libr. VII. b) diſput. de paſchate. c) aduerſus Procli Diadochi pro aeternitate mundi argumenta XVIII. golutiones. — II) *Philoſophica* in *Ariſtotelis* libros; de quibus plura obſeruata ſunt in Fabr. B. Gr. vol. III. cap. de Ariſtotele: 1) in analytica priora commentar. adnotatt. ex ſcholis Ammonii Hermiae etc. 2) in analytica poſter. 3) in libr. auſcultat. phyſicae; 4) in libr. I. meteororum libri III 5) in libros III. de anima; 6) in libr. II. de generatione et interitu. 7) in libr. V. de generatione animalium; quod alii adtribuunt Michaeli Epheſio. et conf. *Buhle* Opp. Ariſtotelis, tom. I. pag. 185. — 8) in libros XIV. metaphyſic. — III) *grammatica*: α) collection. vocum, quae pro diuerſa ſignificatione accentum diuerſum accipiunt; β) de V. dialectis gr. linguae.

4. *Io. Philoponi* in cap. 1. Geneſeos, de mundi creatione libr. VII. — vna cum disp. de Paſchate, interprete *Balthaſare Corderio*. (cuius ſecordia in deſcribenda oratione graeca culpatur a Lambecio). Viennae Auſtriae, typ. Greg. Gelbhaar. 1630. 4. — Contra Proclum de mundi aeternitate, graece, Venetiis in aede Barthol. Caſterzagenſis, aere vero et diligentia *Io. Franc. Trincauelli*, 1535. fol. — Commentaria in priora analytica Ariſtotelis; *Magentini* in eadem; libellus de ſyllogismis. gr. in aedibus Barthol. Zanetti, aere vero et diligentia *I. Fr. Trincauelli*. Venet. 1536. fol. — in poſteriora reſolutoria Ariſt. commentaria: incerti auctoris eorumdem expoſitio. gr. Venet. apud Aldum 1504. fol. — correctiora accedentibus *Euſtratii* in eadem commentariis, gr. ibid. in aedibus Aldi. 1534. fol. — comment. in primos quatuor Ariſtotelis libr. de naturali auſcultat. a *Vict. Trincauello*. gr. Venetiis, in aedibus Barthol. Zanetti, 1535. fol. — commentar. in libros Ariſtotelis de anima, graece, Venet. in aed. Zanetti. 1535. fol. — *Olympiodori* comm. in Ariſt. meteora: *Ioan. Grammatici* ſcholia in librum 1. meteor. Ariſtot. graece et lat. ex vers. *I. Bapt. Camotii*. Venet. ap. Ald. fil. 1551. fol. II. voll. (v. Serie dell' ediz. Ald. ed. II. pag. 92. n. 9.) — in libros de generatione et interitu. *Alexander Aphrodiſienſis* in meteorologica. Idem de mixtione. gr. Venetiis in aed. Aldi et Andr. Aſulani, ſoc. 1527. fol. — de animalium generatione lib. V. cum *Io. Philoponi* commentariis gr. Venetiis per Io. Anton. et fratres de Sabio. 1526. fol. — in metaphyſicam Ariſtot. commentarii, lat. ex interpret. *Franc. Patricii*, Ferrariae. 1583.

1583. fol. — *Cyrilli*, vel vt alii volunt, *Io. Philoponi* opuſc. de differentia vocum graecarum — auctum et editum ab *Eraſmo Schmidt.* Wittebergae 1615. 8. Hoc et aliud opuſc. de dialectis gr. linguae quoque adhaeret variis Lexicis. — De *Io. Philoponi* inedito comment. in libros Nicomachi duos introd. arithmeticae, (qui alias ſub *Aſclepii* nomine exſtat in codd.) v. cl. *Morell.* ad Pinelli catal. tom. III. pag. 361 ſq.

5. Praeter ea confer *Fabr.* B. Gr. lib. V. cap. 37. et 38. pag. 358 ſqq. 387. 394. 401. 602—619. *Brucker.* hiſt. crit. phil. vol. III. pag. 529.

§. 62.

CHORICIVS.

1. Sophiſta, Procopii Gazaei diſcipulus circa a. 520.

2. Multas ſcripſit declamationes ſeu orationes, et διαλέξεις *Fabric.* in bibl. Gr. vol. VIII. pag. 841. ſqq. edidit gr. et lat. *Choricii* orat. in Procopii Gazaei funere, (vbi vero in initio pro ὁ λόγος εὔχεται, in cod. Matrit. legitur ὁ λ. ἄχθεται,) et pag. 863. ſqq. orat. in *Summum ducem.* Multo plures exſtant in codd. v. *Iriart* cat. graec. codd. bibl. Matrit. pag. 166. fol. cod. 186. praecipue pag. 395 ſqq. vbi cod. 101. continet XIX declamationes, maximam partem ineditas, Patrocli ad Achillem orat. (quae vero Libanium habet auctorem et iam excuſa eſt,) atque aliquot διαλέξεις, de quibus omnibus copioſus eſt Iriarte. — De Choricio multus quoque eſt cl. *Villoiſon* in anecd. gr. tom. II. qui pag. 18. vsque ad p. 67, collata Iriarti narratione, ex cod.

Veneto, qui *Macarii Chryſocephali* Ῥοδωνιὰν continet, Choricii ſententias et deperditarum declamationum titulos ac fragmenta collegit publicauitque et e cod. Pariſienſi duas Choricii orationes ἀνεκδότους exhibuit, doctisque illuſtrauit notis. Idem paſſim iudicat de eius declamationum vitiis et virtutibus atque de eius imitatione poetarum tragicorum, Pindari, Herodoti, Demoſthenis, Platonis ac Xenophontis.

3. *Photius* cod. 160. coll. Iriarto l. c. pag. 401.

§. 63.

COSMAS, Monachus Aegyptiacus, circiter a. C. 547. ſcripſit *typographiam chriſtianam*, ſiue Chriſtianorum opinionem de mundo, quem rotundum eſſe negauit, et alias de mundo ſtellisque opiniunculas, vel potius nugas aniles excluſit. Graece et latine edidit illum librum notisque illuſtrauit *Bernard de Montfaucon* in Collection. Patrum graecorum Tom. II. pag. 1. — Idem Cosmas in itineribus ſuis per Aethiopiam atque Indiam orientalem collegit et deſcripſit plantas atque animalia Indiae orientalis, atque *Thevenots* in Relation de divers Voyages curieux, Paris 1666. Part. I. edidit ex codice Florentino, Deſcription des Plantes et des Animaux des Indes Orientales par Cosmas Monachus autrement Indopleuſtes, graece cum interpretatione gallica.

Num auctor fuerit chronici, quod vocatur modo Alexandrinum, modo Paſchale, modo Conſtantinopolitanum, de quo paullo inferius agetur, incertum eſt, monente *Saxio* Onom. II. pag. 43.

—— De

— De Coſma plura vide in *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. Libr. III. cap. 25. §. 3. p. 255 ſqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 386.

§. 64.

DAMASCIVS, Syro-Damaſcenus, Alexandriae et Athenis arti orandi et mathematicae atque rationi philoſophandi platonicae vacauit. Floruit ſecundum *Saxium* in Onom. II. pag. 16. circ. a. Ch. 510. ſed ſecundum *Hamberger* in Zuverl. Nachr. III. pag. 390. circ. a. 549. circ. a. C. Athenis vltimus fuit philoſophiae platonicae profeſſor, Iſidoro doctore ſuo Alexandriam concedente. Iuſtiniano enim philoſophos religionibus addictos Athenis philoſophiam docere vetante totámque ſectam ibi haerentem et cathedram occupantem exſtirpante, Damaſcius cum aliis ad Chosroem Perſarum regem emigrauit. At pace facta, et ſecuritate promiſſa, cum reliquis rediit, eumque Alexandriam delatum eſſe ibique mortuum coniicit *Bruckerus* in hiſtoria crit. philoſ. Vol. II. pag. 349. ſq. Fuit eclecticae ſcholae philoſophus, platonicam philoſophiam cum ariſtotelica et reliquis conciliaturus. Ex magno opere, *dubitationes et ſolutiones* περὶ ἀρχῶν, *de principiis rerum*, fragmenta ſeruata publicauit Io. Chriſtoph. Wolfius in Anecdotis ſacr. et prof. Tom. III. pag. 195. ſqq. Adde *Fabricii* B. Gr. Vol. III. pag. 170. inprimis ibidem in catalogo peripateticorum pag. 483 ſqq. vbi ego ea, quae Fabric. in veteri edit. paſſim ſcripſerat de Damaſcio, coegi aliaque addidi, et iam notaui, *Iriart.* in cat. codd. gr. Matrit. pag. 330-335 ex Damaſcii libro περὶ

ἀρχῶν amplum excerptum *περὶ τȣ̃ γεννητȣ̃*, *de generato* e cod. Matrit. euulgaſſe. Idem *Iriarte* ib. pag. 328 ſqq. multus eſt de Damaſceni ſcriptis.

§. 65.
SIMPLICIVS.

1. Cilix, Ammonii et Damaſcii Syri diſcipulus, poſt annum 549. vixit, et more magiſtri ſui eclecticae ſcholae philoſophus: ab omnibus controuerſiis nugacibus atque inutilibus alienus, bonus Ariſtotelis atque Epicteti interpres. Cum Damaſcio ad regem Perſarum confugit et rediit.

2. In Ariſtotelis quaedam opuſcula et in Epictetum egregie (more illius aeui ſuaeque religionis) commentatus eſt. Cl. *Buhle* in comment. de Simplicii, philoſophi peripatetici, vita, ingenio, et in philoſophiam ariſtotelicam meritis recitata in ſocietate Gottingenſi doctrinarum etc. (cuius ſummam leges in Gotting. ephem. litter. a. 1786. plag. 197. p. 1977. ſqq.) docet, de eius aetate nihil conſtare, praeter quod ex loco quodam apud Agathiam, continuatorem Procopii (hiſt. II. p. 65.) quem etiam Suidas v. Πρεσβεις, exſcripſit, et ex aliis quibusdam locis colligi poſſit: e quibus pateat, eum e Cilicia ortum, ſub Imperatore Iuſtiniano vixiſſe, Alexandriae audiuiſſe Ammonium Hermeam, Damaſcium et alios, tum propter perſequutionem, a Chriſtianis excitatam, cum aliis philoſophis aufugiſſe in Perſiam. Falſum tamen eſſe, iudicat *Buhle*, illum eo veniſſe, quod rex Perſarum Choſroen philoſophiam et litterarum cognitionem amauerit. Idem Suidam, Ionſium, Fabricium et Bruckerum erroris conuincit, arbi-

arbitratos, Areobindum, Perſarum legatum duxiſſe ſecum Simplicium ad aulam Perſicam: ab eo potius eo ductum fuiſſe Vranum, nugatorem quemdam, qui vani indoctique regis animum adeo cepiſſet, vt hic Simplicium huiusque amicos, antea ibi commoratos, inciperet minoris facere: Simplicium igitur vitae perſicae pertaeſum, Athenas abiiſſe, libertate auxilio regis Choſrois conceſſa, ibique et docuiſſe philoſophiam, et in ſcripta Ariſtotelis commentarios, quorum maxima pars ad noſtram vsque aetatem peruenit, confeciſſe.

3. Simplicii commentarii in octo Ariſtotelis phyſicae auſcultationis libros, cum ipſo Ariſtotelis textu, Venet. in aed. Aldi etc 1526. fol. graece — iidem, latine Paris. 1544. fol. — in decem praedicamenta Ariſtotelis, graece, Venetiis, impenſis Nic. Blaſti Cretenſis, opera *Zachariae Calliergi*, Cretenſis 1499. fol. — in Ariſtotelis Categorias commentaria, graece, cum latinis Categoriarum capitibus *Iuſti Velſii* induſtria, Baſil. 1551. fol. — Commentaria in IIII. Ariſtotelis libros de coelo, cum textu eiusdem, graece, Venetiis in aedibus Aldi 1526. fol. — Eadem nouiter fere de integro interpretata, ac cum fidiſſimis codicibus graecis recens collata, Venetiis apud Hier. Scotum 1544. fol. — Commentaria in tres libros Ariſtotelis de Anima. Alexandri Aphrodiſiei commentaria in librum de ſenſu et ſenſibili. Michaelis Epheſii annotatt. in librum de memoria et reminiſcentia etc. graece, Venetiis in aedibus Aldi etc. 1527. fol. — In graeca editione quod prooemium capite mutilum legitur; *Ioannes* autem *Faſeolus* qui illum commentarium primus latine interpreta-

tus et pleniore codice vſus eſt, (edit, Venet. 1543. fol.) prooemium integrum exhibet: *Iriarte* in catal. codd. gr. Matrit. pag. 181. ſq. e cod. prooemii partem, quae in gr. edit. deeſt, graece euulgauit. — Commentarius in *Epicteti* Enchiridion, graece, Venetiis, ex officina fratrum de Sabio 1528. 4. — cum verſione Hier. Wolfii et Cl. Salmaſii animaduerſ. et notis etc. Lugd. Bat. 1640. 4. v. ſupra, *Epictetum.*

4. Haec, quae exſtant, tamquam theſaurus quidam veteris philoſophiae, magni merito facienda exiſtimo tum ob inſigne Simplicii ipſius iudicium, tum ob fragmenta obuia, quae ſeruauit hypomnematisque ſuis paſſim itexuit. Commentario autem eius in Enchiridion Epicteti fateor me ita eſſe adfectum, vt in tota antiquitate putem exſtare pauciſſima ſcripta, (de Ethnicis iam loquor,) quae vel ad mores formandos ſaniora praecepta contineant, vel prouidentiam diuinam rectius aſſerant propugnentque. Ita iudicat *Fabricius* in B. Gr. pag. 621. vbi Libr. V. cap. 29. Vol. III. fuſe de noſtro diſſerit. At *Buhle* l. m. de Simplicii ingenio, perſpicacia diligentiaque multo copioſius curatiusque iudicat, eumque, ſentit, doctiſſimum et ſagaciſſimum omnium interpretum Ariſtotelis fuiſſe.

5. Adde *Bruckeri* hiſt. crit. philos. Tom. II. pag. 491. ſq. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 391. ſqq.

§. 66.

PETRVS.

1. Gente Illyrius, patria Theſſalonicenſis, rhetor, ſiue aduocatus conſtantinopolitanus, pruden-

tiae

tiae et eloquentiae laude inſignis, ab imperatore Iuſtiniano ad Gothos et Perſarum regem, Choſroem a. C. 550. (ſecundum rationes *Hambergeri* III. p. 395.) orator miſſus et dignitate atque honore Patricii magiſtrique Officiorum ornatus eſt.

2. Superſunt fragmenta de legationibus, quae reperiuntur in *Dauidis Hoeſchelii* Eclogis legat. Aug. Vindel. 1603. 4. graece — et graece ac latine cum *Caroli Cantoclari* et *Henr. Valeſii* notis inter Excerpta de lagationibus cum *Phil. Labbei* Protreptico de S. S. Byzant. Paris. 1648.

3. Conf. *Suidas* in Πέτρος, et *Fabricii* B. Gr. Libr. V. cap. 5. §. 3. Vol. VI. pag. 234. ſq. *Saxe* (qui eius aetatem refert. ad a. 527.) On. II. p. 27.

4. Ab hoc *Petro* diſtinguendus eſt *Petrus, Diaconus*, ortu quidem Graecus, qui circ. a. 520. vixit et *latine* ſcripſit libr. de incarnatione, et gratia ac libero arbitrio. v. *Saxii* On. II. pag. 22.

§. 67.

OLYMPIODORVS.

1. Philoſophus Platonicus: vixit poſt an. Chr. 550. *) eius commentarii in varios Platonis libros ſuperſunt, adhuc in MSS. nondum plane in lucem protracti. Vita tamen Platonis ex illius πράξει prima in Alcibiadem priorem graece edita eſt, latina verſa et notulis illuſtrata a *Iac. Windet*, in Obſeruatt.

*) Huius tamen Olympiodori aetas num in haec tempora cadat, vt viſum eſt *Hambergero* in zuverl. Nachr. tom. III. pag. 396. ad iudicandum haud procliue eſſe videtur *Saxio* in On. II. pag. 54. conf. ad *Fabr.* B. Gr. III. pag. 180. et vol. IX. p. 354. ſq.

ſeruatt. virorum doctorum ad Diogenem Laertium Tom. II. ed. Wettſtein. pag. 582. — 588. et graece, cum notis *Io. Frid. Fiſcheri* poſt praefat. ad Platonis dialogos quatuor. Eutyphro, etc. idem Fiſcherus praefationi praemiſit quaedam Olympiodori ſcholia in Phaedonem et notis ſuis immiſcuit eiusdem Comment. in Phaedon. particulas, quas *Nathan. Forſter* primus ſuae editioni quorumdam Platonis dialogorum e cod. inſeruerat. vide ad §. de Platone.

2. Ab hoc diuerſus eſt *Olympiodorus*, diaconus Alexandrinus, cuius commentarii in Iobum aliosque libros diuinos in Catena graecorum patrum, atque Bibliothecis patrum etc. graece ſuperſunt. Vixiſſe videtur circiter med. faec. VII. v. *Saxii* On. II. 78.

Diſtinguendi quoque ſunt 1) *Olympiodorus*, Alexandrinus, quem audiuit. Proclus, qui obiit a. C. 485. et 2) *Olymp.* iunior itidem Alexandrinus (circiter A. C. 565.) cuius commentarios in Ariſtotelis libr. Meteorologicon adhuc habemus, Venet. apud Aldi filios 1551. v. *Saxii* On. II. p. 54. De vtroque Olympiodoro *Fabr.* B. Gr. III. pag. 501.

Denique non confundendus eſt cum *Olympiodoro*, Aegyptio, idolorum cultore, et librorum XXII. hiſtoriae ad Theodoſium iuniorem (ab a. C. 407 — 425.) auctore, de quo ſupra in h. ſectione §. 33. Excerpta eius ſunt quoque inſerta ſcriptoribus Byzantinis. Loca quaedam emendat *Io. Dan. Ritter* in Obſeruation. hiſtoricis, prolus. academ. Wittebergae 1742. pag. 28. ſqq.

3. De his et aliis *Olympiodoris* v. plura apud *Fabricium* in B. Gr. Libr. V. cap. 36. nr. IV. ſqq. pag. 351. ſqq. Vol. VIIII.

§. 68.

PAVLLVS.

1. Cyri filius, nepos Flori; male igitur ab aliis vocatur, *Paullus Cyrus Florus*. Sub Iuſtiniano imperatore, cui fuit a ſecretis epiſtolis, isque *primicerius Silentiariorum*, (quos, quidam putant, hodie vocari Secretarios,) *) generis nobilitate, opibus et dignitate illuſtris fuit circiter a. C. 562. A munere haeſit ei cognomen *Silentiarii*.

2. Scripſit 1) *Epigrammata*, quae in multis Epigrammatum collectionibus — in *Banduri* imperio orientali, tom. I. p. 117. ſqq. ed. Venet. et nouiſſime in anal. *Brunckii* tom. III. pag, 71. ſqq. reperiuntur; 2) *carm. in thermas Pythicas* ab Aldo in App. Epigramm. gr. Venet. 1517. editum; poſtea ab editoribus, verſibus miſere permixtis et confuſis, perperam expreſſum, a *Morellio* Lutet. 1598. 4. et a *Vulcanio* reſtitutum et, ordine primo eoque recto ſeruato, recuſum eſt a *Brunckio* in Analect. loco mem. pag. 94. nec. non a *Gottholdo Ephraim Leſſingio* in 1. Beytrag zur Geſchichte und Litteratur, graece cum ſchol. gr. Brunsui-cae

*) *Saxius* tamen in Onom. II. pag. 50. *Silentiarius*, ait, non, qui Principi ab actis et commentariis fuit; ſed vnus de excubitoribus Principis, quorum erat, cauere, ne ſtrepitus in palatio audiretur: isque laudat *Iac. Godofredum* ad libr. 4. tit. XXIII. lib. VI. cod. Theodos. pag. 129. tom. II. ed. Ritteri.

cae 1773. pag. 137. ſqq. qui hiſtoriam illius carminis et fata editionum copioſe perſequitur, verbaque ipſa illuſtrat eruditeque explicat. 3) *Deſcriptionem magnae eccleſiae Sanctae Sophiae*, quae gr. et lat. primum prodiit opera et ſtudio *Caroli du Freſne*, cum eiusdem commentario, cum I. Cinnami hiſt. Libr. VII. Paris. 1670. fol. et Venet. 1729. fol.

3. *Ruhnken* in epiſt. I. critica pag. 40. ed. prioris aut pag. 72. ed. II. „poeta, inquit, ille (Si„lentiarius) quidem non inelegans, ſed tamen in„dignus laude, quam tulit ab Is. Caſaubono lect. „Theocrit. cap. 1.“ et epigramma ineditum luce publica donat. Idem pag. 74. ſq. ed. II. tria alia dedit Silentiarii epigr. addito iudicio, illa Paulli Silent. carmina cultiora eſſe, quam ſiue ipſius hominis, ſiue ſaeculi, quo vixit, captus ferat; ſed illum, quidquid fere habeat egregii, ab antiquioribus epigrammatum ſcriptoribus, vel ſeruatis adhuc, vel deperditis, ſumſiſſe. Grauius eſt iudicium, quod de illo tulit *Ioſeph Scaliger* in Epiſtolis, Libr. III. ep. 247. pag. 531. edit. Elzeu. 1627. vbi ita cenſet: Huius Muſaei aut aequalis, aut non multo poſterior Silentiarius, vitio ſaeculi ſui, quae tum virtus erat, vſus eſt. Strepitus verborum, ambitus ſententiarum, compoſitio Dithyrambis audacior. Eiusmodi eſt ἔκφρασις iſta. Quod vno verbo exponere poterat, maluit binis, trinis verſiculis producere. Me quidem iſta non offendunt, qui ſaeculi morbum noui. Sed qui nihil praeter illos veteres legerit, quum ad haec ſe contulerit, tres continuos verſus non patienter leget. Iuuat tamen nos, quod templi illius augu-

ſtiſſimi

ſtiſſimi adyta omnia nobis reſeruauit, vt illi grati-as, non tamquam poetae, ſed tamquam hiſtorico agamus. Iambus autem, quem operi praepoſuit, adeo infans, ieiunus, hiulcus, ἀσύστατος eſt, vt tironem potius, quam maturum poetam agnoſcas.

4. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. pag. 436. 452. 487. ſqq. ed. nou. et Vol. VI. pag. 278. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 407. ſq. *Saxii* On. l. c.

§. 69.

PROCOPIVS.

1. Floruit adhuc circ. a. C. 562. ſecundum Fabricium atque Hamberg. et circa a. 533. ſecundum Saxium, Beliſarii comes.

2. Caeſareae in Palaeſtina natus, cauſſarum patronus eſt rhetor Conſtantinopolitanus. A Iuſtino ſeniore ac Iuſtiniano duci Beliſario datus fuit notarius, ſiue ὑπογραφεὺς a litterisque ſecretis, comes atque conſiliarius, cuius expeditionibus intereſſe resque ab illo geſtas deſcriberet. A Iuſtiniano in ordinem ſenatorum illuſtriumque receptus et a. C. 562. honore praefecturae vrbanae auctus eſt: a quo munere quum poſtea remoueretur, in hiſtoria arcana, ira odioque inflammatus, ea, quae antea de imperatore et Beliſario honorifice ſcripſerat, retractauit, omnemque bilem per conuitia et hiſtorias flagitioſas effudit, praecipue in Theodoram imperatricem atrociter inuectus eſt. E vita deceſſit maior, vt videtur, ſexagenario.

3. Scripſit 1) octo libros hiſtoriarum, in quibus bella contra Perſas, Vandalos, Mauros Go-thos.

thosque geſta perſequitur. — 2) libros ſex de aedificiis conditis vel reſtauratis auſpicio Iuſtiniani imperatoris: — 3) ex plurimorum ſententia, *ἀνέκδοτα*, ſiue *arcanam hiſtoriam*.

4. De B. Gothorum libri III. a *Chriſtoph. Perſona* lat. redditi. Romae 1506. fol. — De Iuſtin. aedif. latt. a. Fr. *Craneueldio*. Par. 1537. 4. — De aedificiis libros, ſed paſſim lacunis hiantes, primus graece edidit *Beatus Rhenanus*, ad calcem hiſtoriarum Procopii et Agathiae latine excuſarum, Baſil. 1531. fol — *Voſſio* tamen de hiſtor. graecis libr. II. cap. 23. vere iudicante, libri fuit epigraphe, Ἀνέκδοτα, *quia complecteretur res antea non editas*. At parum abeſt, quin ſententiae ſubſcribam virorum doctiſſimorum *de la Mothe le Vayer*, in diſſ. de libertate, tom. II. Opp. pag. 354. *Francisci Combefiſii* in Manipulo rerum Conſtantin. pag. 292. incerti cuiusdam cenſoris in Tübingiſchen Berichten von gelehrten Sachen, a. 1752. pag. 692. ſq. qui de hoc libello, eiusque fide vberius diſſeruit, aliorumque, qui Ἀνέκδοτα illa Procopii fide, ingenio et iudicio indigna eſſe iudicent. Inſuper nec Agathias, nec Photius eorum faciunt mentionem: nec non Eichelius in ſua editione omnem mouit lapidem, vt Procopium a tanta nominis macula purgaret. Adde *Schurzfleiſch* in epiſt. ſelectis pag. 591. *Io. Fabricium* in hiſtoria bibliothecae ſuae, part. V. pag. 237. ſqq. *Grabe* in ſpicilegio SS. patrum Tom. I. pag. 313. *Chriſtian. Thomaſium* in praef. ad libr. II. de naeuis Iurisprudentiae Anti-Iuſtinianeae, 1695. qui Alemannum, ἀνέκδοτα Procopio vindicantem, et Eichelium iſta noſtro abrogantem, praeoccupatis

tis animi opinionibus abreptos grauiter erraſſe putat. hiſtoriarum libr. VIII. primum graece editi. Acceſſit liber de aedificiis Iuſtiniani, fere duplo, quam antea auctior opera *Dauid. Hoeſchelii* graece. Auguſt. Vindel. 1607. fol. edit. nitida et admodum rara. — Anecdota, arcana hiſtoria, qui eſt liber nonus hiſtoriarum: ex bibliotheca Vaticana *Nicolaus Alemannus* protulit, latine reddidit, notis (primum hiſtoricis, tum cenſoriis ſ. criticis) illuſtrauit: Nunc primum in lucem prodiit Lugduni 1623. fol. (rar. lib.) adiecit Procopii fragmenta. — Colon. 1669. fol. — Haec, quae ſuperſunt, opera, lacunis plurimis e codd. impletis, auctiora atque emendatiora, notisque illuſtrata gr. et lat. coniunctim edidit *Claudius Maltretus*, II. Tom. Paris. 1662. fol. e cuius recenſione recuſa ſunt in Corpore ſcriptorum Byzantinorum, Venet. 1729. — Ex libr. IIII. de B. gothico deſcriptionem Euxini ponti gr et lat. dedit. *Bonauentura Vulcanius*, inter gothicarum rerum ſcriptores Lugd. B. 1597. 1617. 8. — Arcanam hiſtoriam, in notis plerumque falſitatis conuictam, ſeparatim prodire iuſſit *Io. Eichelius*, Helmſtad. 1654. 4. in linguam vero theotiscam transtulit *I. Paul. Reinhard.* Prof. olim Erlangens. Erlangae 1753. 8. — Verterunt *anglice* libros VIII. hiſtor. *H. Holcroft*. Lond. 1653. — *gallice* duo priores libr. de B gothico, *Guil. Paradinus*, Lugd. 1578. 8. — libros VIII. hiſt. et ſex de aedificiis Iuſtiniani, *Fumanus*, Paris. 1587. fol. — *italice* libr III, de B. gothico, ex verſione lat. Bened. Egio da Spoleti Venet. 1544. 8 de B. contra Perſas lib. II. et contra Vandalos, libr. II. idem ibid. 1547. 8. — de aedificiis Iuſtiniani, e graeco

graeco ſermone, idem ib. 1547. 8. v. *Paiton.* tom. III. pag. 183. ſqq. — Loca duo, quae Theodorae libidines exponunt, et in editis deſiderantur, e msto cod. Vaticano primus protulit et cum verſione ſua lat. edidit *Bernardus Moneta* (Monnoye) tom. III. Menagianor. pag. 255. ſqq. Paris. 1715. 12. Amſtel. 1716. 12. — Ex annecdotis excerpta dedit G. *Richterus* in or. de arcanis aulae Iuſtinianeae. praemiſſa epp. ſelectis pag. 50. ſqq.

5. In hiſtoriis fides et dicendi genus laudatur, eique inter ſcriptores Byzantinos conceditur princeps locus, ſi ab arcana hiſtoria diſceſſeris.

6. Confer *Photium* cod. 63. — *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 248. — *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 409. — *Saxii* On. II. p. 38. ſq. — *Ritteri* progr. Obſeruationes hiſtoric. Wittebergae 1742. pag. 18. ſqq. — *Gundling* obſſ. ſel. ad rem litterar. VII. pag. 204. ſqq. — Th. *Riuii* defenſio imperatoris Iuſtiniani aduerſus Alemannum, curante *Io. Eichelio.* Helmſt. 1654. 4. — Super Procopii teſtimonio, (de B. Vandalico lib. II. cap. 10. pag. 258. ed. Paris.) de columnis Tingitanis valde probabili diſſerit M. *Io. Chriſtian Leuſchner*, Prorect. Hirſchbergae. 1749. 4. v. vollſtändige Nachrichten von dem Inhalte — academ. Schriften. part. IV. pag. 376. ſqq.

§. 70.
HESYCHIVS.

1. Mileſius, vir *illuſtris*, vixit ante an. Ch. 565. aut ratiocinante *Saxio*, circ. a. 525. Eum fuiſſe chri-

chriſtianum praeter alios M. *Iuſtus Chriſtianus Thorſchmidius* in ſingulari diſſ. de Heſychio, illuſtri, chriſtiano, Wittebergae 1716. rec. in I. vol. Heſychii, ed. Albert. prolegom. fol. h.) idoneis argumentis euicit.

2. Ex opere maiore, hiſtoria chronica a Belo Aſſyrio vsque ad mortem imperatoris Anaſtaſii, fragmentum ſectionis ſextae ſupereſt *de originibus et rebus patriis Conſtantinopoleos*, quod Georgius Codinus excerpſit et ſeruauit. Idem Heſychius Diogenem Laertium quaſi in compendium redegit, compoſito libello *de viris doctrina claris*. Multa tamen habet Heſychius, quae in Diogene fruſtra quaeris.

3. Hic libellus *de viris claris* primum prodiit graece e bibliotheca Io. Sambuci, Antwerpiae 1572. 8. ſeparatim ſubiuncta eſt verſio latina *Hadriani Iunii* cum eiusdem adnotationibus et caſtigationibus, — graece et latine cum *Iunii* verſione notisque et nouis *Henr. Stephani* animaduerſionibus ad calcem Diogenis Laertii, ex officina Stephani 1594. 8. rec. Geneuae 1615. 8. — Fragmentum illud, ſiue ſelecta de originibus Conſtantinopoleos, ſub nomine *Georgii Codini*, primus graece et lat. edidit *Georg. Douza*, Heidelbergae apud Hieron. Commelin. 1596. 8. rec. Geneu. 1697. 8. — Meurſius *Heſychii opuſcula* gr. et lat. edidit, Lugd. Bat. 1613. 8. vbi fragmentum illud ex cod. Palatino ſub vero Heſychii nomine integrius vulgauit atque explicuit: libellum vero de viris doctrina claris cum Iunii interpretatione notisque ſuis et H. Stephani. Haec editio repetita eſt. in I. Meurſii Opp. Florent. edit. Tom. VII. p. 201. ſqq. — res

patriae Conſtantinopoleos, graece cum verſione et notis I. Meurſii, inter Eclogas hiſtoricorum de rebus Byzantinis, Paris. 1647. fol.

4. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. Libr. V. cap. 5. §. 12. pag. 240. ſqq. *Hambergeri* Z. N. III. pag. 240. ſq. *Saxii* Onom. II. pag. 28.

§. 71.

ALEXANDER.

1. A patria, Lydiae vrbe, Trallibus, *Trallianus* cognominatur, medicus ſaeculi ſexti, ante a. Ch. 565. aut ſecundum Saxium, circ. a 544. valde celebris, methodicus, nec tamen a ſuperſtitionis vitio immunis.

2. Vltimis vitae annis, quos Romae degerat, concinnauit opus Therapeuticum, ſiue de dignoſcendis et curandis morbis et adfectibus corporis humani, Libr. XII. et epiſtolam de lumbricis.

3. Libros XII. primus edidit graece, et caſtigationes addidit *Iac. Goupylus*, Lutetiae 1548. fol. — dein multo, quam antea, auctiores, integriores atque caſtigatiores ex variorum codd. collatione, *Ioannes Guinterius Andernacus*, cum Goupyli caſtigationibus, graece et latine, Baſil. 1556. 8. per Henr. Petr. In epiſtola dedicatoria agit de Alexandri Tralliani aetate meritisque, de Oribaſio et Aegineta; tum, ſe, profitetur, in hoc auctore graeco non ſolum in plus mille antea locis deprauato; ſed etiam inſigniter mutilo vel emendando vel inſtaurando impendiſſe. In praefatione ſcribit, ſe edere Alexandrum ex variorum codicum collatione ſumma fide et diligentia auctiorem, quam antea

anteа, et caſtigatiorem, ſe multa deprehendiſſe in graeco exemplari loca tum vitiata tum mutila, ſe, quidquid in egregia Goupyli editione reliquum fuiſſet, deprauatum, omiſſum, alienoque loco poſitum, mutaſſe, nihil niſi ex meliorum codicum et aliorum auctorum ſubſidio vel adieciſſe vel ſuſtuliſſe, idque ſeorſim indicaſſe in obſeruationibus. — Epiſtolam de lumbricis, graece et lat. e cod. Veneto edidit *Hieron. Mercurialis* in Variis lectionibus, Venet. 1570. 4. et 1644. fol. et cum libro de puerorum morbis, Francof. 1584. 8. rec. a *Fabricio* in B. Gr. Vol. XII. Libr. VI. cap. 7. vbi de Tralliano noſtro vberius diſſeritur. — Libros illos XII. et epiſtolam cum ſuperiorum editorum animaduerſionibus aliisque acceſſionibus editurus eſt cl. Franz. II. Voll. 8.

4. Adde *Hamberger*. Z. N. Vol. III. pag. 422. *Halleri* Bibl. chirurg. Tom. I. pag. 107. et Bibl. botan. pag. 160. ſq. *Saxii* On. II. pag. 42.

§. 72.

THEOPHANES.

1. *Byzantius*, hiſtoricus. Scripſit decem libros *hiſtoriarum* ab anno ſecundo Iuſtini iunioris, (a. Chr. 567.) ad annum eiusdem Iuſtini duodecimum (a. Chr. 577.) ita vt ſingulis libris ſingulos annos tribuiſſe videretur. Excerpta ex illis ſeruauit *Photius* cod. LXIIII.

2. Longe diuerſus a *Theophane*, *confeſſore*, de quo paullo inferius agitur.

3. *Fabric.* B. Gr. libr. V. vol. VI. pag. 151. not. et pag. 239. item vol. IX. p. 397.

§. 73.
MAURICIUS.

Fortis imperator a. Chr. 582. ſqq. *artisque militaris* magiſter et ſcriptor valde probabilis. — *Arriani* tactica et *MAURICII* artis militaris libri XII. omnia numquam ante publicata. Graece primus edidit, verſione latina, notisque illuſtrauit *Io. Schefferus.* Vpſaliae. excud. Henr. Curio. 1664. 8. conf. *Gabr. Naudaei* bibliogr. militar. in *Th. Creenii* collect. opuſc. de eruditione comparanda, pag. 502. et 508.

§. 74.
AGATHIAS.

1. Myrina, Aeolidis vrbe, ortus, profeſſione ſcholaſticus, religione chriſtianus, et Alexandriae iuri ciuili operam dedit. Procopii hiſtoriam continuauit ab a. C, 553 — 559, at ante a. C. 594. haud vulgaſſe videtur. Illam primus edidit, latine vertit et illuſtrauit *Bonauentura Vulcanius:* Lugd. B. 1594. 4. repetita eſt cum eiusdem epigrammat. in Corpore ſcriptorum Byzantinorum. — Poeta quoque fuit haud omnino ſpernendus. Epigrammata eius reperiuntur in Collectione Epigrammatum Wecheliana cum annott. Brodaei atque Obſopoei, Francof. 1600. fol. et Brunckiana Argentor. 1776. Vol. III. pag. 33. et in *Banduri* imperio orientali tom. 1. Venet. 1729. fol.

2. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. p. 260. et quae ego ſcripſi in Fabr. B. Gr. IIII. pag. 424. ſqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 438. *Reiske* in notitia

notitia poet. anthol. ſub. h. v. ſupra, Prolegomena tom. I. pag. 92. *Saxii* On. II. pag. 64.

§. 75.

MENANDER.

1. Scriptor Byzantinus, imperante Mauritio, circ. a. C. 594. floruit. Agathiae hiſtoriam ab a. C. 560. vbi deſierat Agathias, vsque ad Tiberii ſecundi exceſſum, a. C. 582. continuauit; at fragmenta tantum ſuperſunt: quae *Hoeſchelius* inter Eclogas legationum primus edidit Aug. Vind. 1603. 4. tum cum interpretatione *Caroli Cantoclari* et eiusdem atque *H. Valeſii* notis, inter Excerpta de Legat. cum *Ph. Labbei* Protreptico de SS. Byz. Paris. 1648. fol.

2. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 236. ſq. *Hamberger* III. p. 441. *Saxii* Onom. II. p. 60. ſq.

§. 76.

LEONTIUS.

1. Byzantinus, ſcholaſticus, circa a. 610. librum *de ſectis* in X πράξεις ſiue lectiones diſtributum ſcripſiſſe dicitur.

2. Editus eſt liber ex bibl. Io. Sambuci, gr. cum verſione *Io. Leunclauii* lat. vna cum imper. *Manuelis* legatione ad Armenios, *Leonis* M. epiſtola de fide etc. Baſil. 1578. 8. item in auctario bibliothecae patrum, Paris. 1624. tom. I. ſiue ed. Morellianae, tom. XI. pag. 493. — latine ex *Leunclau.* verſione, tom. IX. ed. Lugd. pag. 661. praemiſſa Leontii vita, a *Caniſio* ſcripta: in qua tamen is hunc

Leontium cum *Leontio Origeniſta*, ſ. Origeniſtarum fautore, circa a. Ch. 540. qui adeo noſtrum anteceſſit aetate, confundit, notante *Fabricio* in B. Gr. lib. V. cap. 11. vol. VII. pag. 451. vbi quoque agit de *Leontio*, epiſcopo Neapoleos ſ. Hagiapoleos in Cypro inſula, circ. a. 600. ſermonibus, praecipue ſacris et fragmento apologiae doctrinae chriſtianae contra Iudaeos clari; item de *Leontio Byzantino*, iuniore, Chronographo, circa a. Chr. 920. aliisque Leontiis adde *Fabr.* B. Gr. vol. IX. pag. 167. ſqq. et vol. XIII. pag. 810. *Saxii* Onom. II. pag. 66. et 67. et 144.

§. 77.

PALLADIVS.

1. Medicus Antiochiae, incertae aetatis ante a. C. 600. vixiſſe, Freindio, in hiſtoria medicinae p. 203. videtur.

2. Scripſit 1) commentarium in librum Hippocratis de fracturis, qui editus eſt cum verſione lat. et notis *Iac. Santalbini* in *Foeſii* Hippocrate, Geneuae 1657. pag. 917. et in *Charteriana* ed. Hippocratis Tom. XII. pag. 270. 2) ſcholia in ſextum librum Epidemiorum, quae ad VII. tantummodo ſectionem, ex interpretatione latina *Iunii Paulli Craſſi* in huius medicis antiquis gr. latio donatis, Baſil. 1581. 4. vnice exſtant — 3) conciſam de febribus ſynopſin, editam gr. ac lat. a *Io. Chartier*. Paris. 1646. 4. et cum notis *I. Steph. Bernard*, gr. ac lat. etc. Lugd. B. 1745. 8.

3. Conf. *Fabricii* B. Gr. Libr. V. c. 32. Vol. IX. *Hamberger* III. pag. 452. ſqq.

§. 78.

§. 78.
HERO III.

1. Mathematicus et mechanicus, Alexandrinus, tempore imperatoris Heraclii poſt a. C. 610. diuerſus ab *Herone*, de quo ſupra in tom. I. p. 545. disputatum eſt.

2. Ei tribuuntur 1) liber *de obſidione repellenda et toleranda*, graece editus inter ſcriptores vet. Mathem, Paris. 1639. fol. p. 317. — 2) *de vocabulis geometricis*, gr. ac lat. per *Cunr. Daſypodium*, cum Euclidis libris ad eodem editis; Argentor. 1571. 8. — 3) *Excerpta de menſuris* ex illius Geometria, graece et lat. in *Bernardi de Montfaucon* Analectis graecis Tom. I. pag. 308. — 4) *de machinis bellicis* et *Geodeſia*, ex latina tantummodo interpratatione Franciſci Barocii, cum huius ſcholiis, Venetiis 1572. 4.

3. Diuerſus eſt *Hero* II. mathematicus, ante medium ſaeculum a Chr. nato quintum clarus, Procli philoſophi magiſter.

4. *Fabricii* B. Gr. Vol. IIII. pag. 237. ſq. et quae ibi adnotaui *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 470. ſq. *Saxii* onom. II. pag. 72.

§. 79.
THEOPHILVS PROTOSPATHARIUS.

1. Graecus Monachus, philoſophus et medicus, incertae aetatis: poſt a. C. 610. aut circ. a. 623. vixiſſe videtur.

2. Exſtant 1) de *corporis humani fabrica* libr. V. graece editi Paris. apud Guil. Morel. 1558. 8

— et gr. ac lat. in *Fabricii* B. Gr. Vol. XII. pag. 783. (vbi de Theophilo a pag. 648. diſſeritur.) — 2) *Iatroſophiſtae de vrinis* libellus editus graece, cum latina verſione et notis *Fed. Morelli* Lutet. 1608. 12. (haud valde laudatur haec editio) — graece et lat. in *Ren. Charterii* edit. Opp. Hippocratis et Galeni, Tom. VIII. — *idem*, *Thomas Guidotius* innumeras, quibus hactenus ſcatuit, mendas ſuſtulit, hiulca ſuppleuit, luxtata reſtituit, de nouo vertit et notas adiecit. — Cui acceſſit eiusdem *Theophili* de excrementis tractatus etc. Lugd. B. 1703. 8.

3. Confer. *Bünau.* Cat. I. p. 218. *Hamberger* Z. N. Vol. III. pag. 472. *Halleri* Bibl. Anat. pag. 117. *Saxii* On. II. p. 73.

§. 80.

STEPHANUS.

1. Athenienſis, *Theophili* Protoſpatharii modo memorati diſcipulus, medicus. circa a. Chr. 642. ratiocinante *Saxio* in Onom. II. pag. 77.

2. Hunc a *Stephano* Alexandrino, medico philoſopho, h. e. chemico, haud diuerſum eſſe arbitratur *Fabricius* in B. Gr. XII. pag. 693. vbi de eius ſcriptis ſiue editis ſiue adhuc in bibliothecis in MSSt. latentibus, et de collectione MSS. chemicorum fuſius disputat. Illius explanationes in Galeni librum priorem therapeuticum ad Glauconem graece editae ſunt Venetiis apud Aldum 1536. 8. latine, interprete *Auguſto Gadaldino*, Mutinenſi, cum paucis eiusdem ſcholiis et caſtigationibus, ibid. apud Iuntas 1554. 8. Lugduni apud Syluium 1555. 8. ibid.

ibid. ap. Trellonium 1558. 8. nec non ad calcem Medicorum antiquorum, a *Iunio Paullo Craſſo* latine redditorum, Baſil. 1581. 4. — Nouem eius πράξεις ſ. *lectiones de arte chemica* graece in MSS. paſſim reperiuntur: latine prodierunt, *Dominico Pizimento* interprete, Patauii 1573. 8. cum *Democrito* aliisque de arte magna. v. Fabr. l. m. pag. 694. et 757. — *Lectionem primam Stephani Alexandrini* περὶ χρυσοποιΐας gr. et lat. primus edidit, notisque inſtruxit criticis cl. *Chriſtian. Godofr. Gruner.* Ienae 1777. 4. adde *Morhof* Polyhiſt. I. 11. ſect. 21. pag. m. 101.

§. 81.

MOSCHION.

1. Incertae aetatis auctor ab aliis habetur: a Dewetzio ad ſaeculum quintum reiicitur.

2. Scripſit περὶ τῶν γυναικείων παθῶν.

3. Eius liber in gratiam obſtetricum graecarum ex *latino verſus* et capitibus XXXII. auctus exſtat in tribus *Gynaeciorum* collectionibus, 1) Baſileenſi, ap Th. Guarinum 1566. nr. 7. gr. in 163. capita diſtinctus, cum *Conr. Gesneri* ſcholiis et emendatt. primum editus opera et ſtudio *Caſparis Wolfii*, pag. 1 — 45. — 2) Baſil. per Conr. Waldkirck, editore *Caſp. Bauhino*, 1586. 4. vol. 1. nr. 2. gr. cum Gesneri ſcholiis. — 3) rec et nonnullis aliorum opuſculis auct. per *Iſrael. Spachium, Argentinens.* Baſil. 1597. fol. In his omnibus deeſt praefatio graeca, quam Lambecius e cod. Caeſareo vulgauit, et *Fabric.* in B. Gr. vol. XII. pag. 703. cum vetere lat. verſione recudi fecit. Fabricius

cius vero partem praefationis tantummodo dedit. — Separatim editus eſt liber cum hac epigraphe: Μοσχίωνος περὶ τῶν γυναικείων παθῶν, *Moſchionis de mulierum paſſionibus liber*, quem ad mentem MSt. graeci in bibl. Caeſarea Vindobon. aſſeruati, tum propriis correctionibus emendauit, additaque verſione latina edidit *F. O. Dewez.* — Viennae ap. Rud. Graeffer et ſoc. 1793. 8. Editor dedit integram auctoris praefationem capp. XI. verecundis auribus moleſta, tamquam ſuppoſititia, ſunt omiſſa: ſed XXXII. capita, quorum Moſchion meminit in ſua praefatione, et quae hucusque deſiderabantur, ſunt maximam partem excuſa typis. A pag. 1 — 98. eſt graeca verſio; pag. 101 — 209. eſt textus latinus, ſed ab archetypo interdum diuerſus: denique ſequuntur adnotationes atque textus graeci correctiones. Conf. Gotting. ephem. litter. a. 1794. plag. 70. pag. 701. ſqq.

4. Diuerſi ſunt 1) *Moſchion*, Syracuſanus, ſub Hierone II. Syracuſarum rege, Olymp. 135 clarus, cuius librum de admiranda Hieronis Syrac. regis naue laudat *Athenaeus* lib. V. pag. 206. v. *Mongitor.* bibl. Siculam, tom. II. pag 82. et *Io. Iſ. Berghaus* Geſchichte der Schiffahrtskunde etc. part. II. pag. 85. — 2) *Moſchion medicus* graecus celebris librorum variorum, qui tamen interciderunt, auctor v. *Fabr.* l. c. pag. 702. qui paucorum aliorum eiusdem nominis meminit.

§. 82.

§. 82.

THEOPHYLACTVS SIMOCATTA.

1. Natione Aegyptius; *) praefectus et tabularius, vixit adhuc a. C. 629. extremis Heraclii temporibus.

2. Reliquit hiſtoriam de rebus Mauritii catholicam Libr. VIII. naturales quaeſtiones atque epiſtolas.

3. *Theophylacti Simocattae* omnia. Graece ex bibliotheca *A. Schotti*, cum praefatione *Iani Gruteri*, apud Commel. 1599. — Eadem, ex verſione latina et caſtigationibus *Iac. Kimendoncii*, apud Commel. 1598. 8. Excerpta tantum ex hiſtoria a Photio cod. 65. facta cum reliquis opuſculis continet illa editio — Eclogae de legationibus, gr. et lat. *Iac. Kimendoncio* interprete, inter Excerpta de legationibus, a *Phil. Labbeo* ed. Paris. 1648. fol. — *Hiſtoriae* Mauricii Tiberii imper. Libr. VIII. item Georgii Phranzae Chronicorum — Libri III. Epiſtola Georgii Trapezuntii etc. graece et lat. et cum notis *Iac. Pontani*, Ingolſt. 1604. 4. — hiſtor. libri VIII. gr. et lat. editio caſtigatior, et gloſſario graeco - barbaro auctior, ſtudio et opera *Caroli Annibalis Fabroti*, Paris. 1647. fol. rec.

*) Theophylactum gente *Aegyptium* vocat Photius ex ipſo Theophylacto VII. 16. pag. 184. quem ſequitur *Fabricius* vol. VI. p. 280. *Hanckius* tamen lib. de Byz. hiſtor. ſcriptor. cap. 9. pag. 187. ex loco quodam parum emendato problematum Simocattae phyſicorum in prooemio pag. 2. ed. Commel. tradit, eum fuiſſe patria *Locrenſem*; atque Hanckium ſequutus, videtur *Saxius* in Onom. II. pag. 73.

rec. in Venet. Corpore ſcriptor. Byzant. — *naturales quaeſtiones* et cum Caſſio iatroſophiſta, graece 1596. 12. — graece et lat. cum Caſſio iatroſoph. cum notis *Andr. Riuini*, Lipſ. 1653. 4. — *Epiſtolae* morales 49. ruſticae 28. amatoriae totidem, gr. in Collect. epp. graecarum Aldina 1499. 4. graece ac lat. in Collect. epp. gr. lat. Geneu. 1606. fol.

4. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 280. ſqq. et 290. ſqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 479. — In *Stoſchii* muſeo critico vol. I. faſc. I. pag. 8 — 15. eſt collectio V. L. e cod. Voſſiano a *Petro Bondam* excerptarum.

§. 83
GEORGIVS *a patria dictus* PISIDES.

1. Sub Heraclio imperatore floruit, et circ. an. a. Ch. 630. et poſt an. Ch. 640. fuitque Diaconus, Chartophylax ac Referendarius eccleſiae Conſtantinopolitanae.

2. Carmen iambicum de mundi opificio, et Senar. de vanitate vitae, gr. ac. lat. verſibus edidit primus *Fed. Morellus*, Lutet. 1584. 4. rec. apud Commel. 1596. 8. in corpor. poet. gr. *Iac. Lectii* Tom. II. pag. 241. et Bibl. P. P. Paris. 1644. tom. 14. p. 387. — carmen iambicum duplex in templum deiparae etc. graece, poſt alios a *Fabricio* B. Gr. Vol. VII. (vbi pag. 691. ſqq. de noſtro agit) pag. 693. inſertum. — Plura in lucem prolata ſunt in editione huius ſententiae: *Georgii Piſidae* de expeditione Heraclii contra Perſas, acroaſes tres; eius-

eiusdem bellum Abaricum; eiusdem Hymnus Acathiſtus; eiusdem in ſanctam I. C. domini noſtri reſurrectionem; eiusdem Heracliadis acroaſes duae; eiusd. Hexaemeros ſ. de opere ſex dierum; eiusd. de vanitate vitae; idem contra Seuerum, eiusd. encomium in S. Anaſtaſium martyrem, eiusd. Senariorum fragmenta. Quae omnia verſibus deſcripta, ex msstis collegit, emendauit et latine vertit notisque illuſtrauit *Ioſ. Mar. Querci*, Florentin. et exſtant in Corporis hiſtoriae Byzantinae noua adpendice, Opera Georgii Piſidae, Theodoſii Diaconi et Corippi Africani Grammatici complectente. Romae 1777. fol. a nr. 1—10.

Fuerunt, qui *Chronicon Paſchale*, ad Piſidem veluti auctorem ſine cauſſa referrent.

3. Adde *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 488. ſqq.

§. 84.

Leo Magentenus, vel *Magentinus*, Metropolita Mytilenſis, Ariſtotelis interpres. De eius commentariis in Ariſtotelis quaedam opera v. ad caput de illo philoſopho Stagirita in *Fabricii* B. Gr. vol. III. qui in vol. VI. pag. 383. aetatem eius adligat a. C. 1340. in vol. autem IX. pag. 527. ſcribit, eum floruiſſe circa an. 1300 et deinceps. Sed *Saxius* On. II. pag. 78. circ. medium ſaeculum ſeptimam floruiſſe eum adnotat.

§. 85.

PAVLVS.

1. A patria, inſula Aegina, *Aegineta* cognominatur. Qui quando vixerit, non conuenit inter viros doctos. *Hallerus* eum ante a. 640 Heraclii imperatoris aeuo; *Saxius* vero in On. II. p. 80 ſq. circ. a. 670. alii aliter collocandum exiſtimant. At *Rudolphus Auguſtinus Vogel*, Profeſſor quondam medicinae Gottingenſis, qui in II. proluſionibus de Pauli Aeginetae meritis in medicinam, in primisque chirurgiam, Gottingae 1768. plene diſſerit, p. 4. prioris proluſionis oſtendit, nullum fere dubium eſſe, quin ad ſaeculum ſeptimum pertineat. Fuit medicus ſyſtematicus, inuenta atque experimenta ſuperiorum medicorum in epitomen ordinemque redegit, ſuisque auxit obſeruationibus, quas praecipue in parte chirurgica mirificis extulit laudibus et copioſe perſequutus eſt Vogelius.

2. Libri ſeptem, graece, Venetiis in aedibus Aldi 1528. fol. — collatione vetuſtiſſimorum exemplarium emendati et reſtituti, nec non aliquot locis aucti, Baſil. Andr. Cratander. *) 1538. fol. cura *Hieronymi Gemuſaei*, cuius Obſeruationes in libros Pauli, Baſil. 1543. lucem viderunt. — *Paulli Aeginetae* totius rei medicae libri VII. ad profectionem parati et breui ſumma omnem artem complectentes, per *Ianum Cornarium*, medicum, phyſicum, latina lingua conſcripti. *Iani Cornari* dolabellarum in Paullum Aeginetam medicum lib. VII. Baſil. Io. Herwag. 1556. fol. Cornarius in emendatt. felicitatem ingenii atque ſagacitatem loca

*) v. *Goetz* mem. bibl. Dresd. II. p. 166.

ca deprauata corrigendo abunde oſtendit. — *Paulli Aegin.* Opp. cum ſcholiis. Io. Guinterii Andernaci et Cornarii. Lugduni 1589. 8. — De aliis verſionibus latinis etc. vide *Fabricium* in B. Gr. Vol. XII. 575. vbi de medico noſtro agit.

3. Adde *Halleri* Biblioth. chirurgicam Vol. I. pag. 108. ſqq. et Bibliothecam botanicam Vol. I. pag. 161. et add. p. 637 ſq. — *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 510. ſqq.

§. 86.

GEORGIVS Monachus et Abbas Conſtantinop. ab officio ſuo, quo apud *Taraſium*. Patriarcham Conſtantinopol. fungebatur, *Syncellus* cognominatus.

1. Reliquit *Chronographiam* ab Adamo vsque ad Diocletianum, quam a. Chr. 792. publicauit, et quam cum *Nicephori*, Patriarchae Conſtantinopolitani *breuiario chronographico* gr. ac lat edidit atque annotatt. inſtruxit *Iacob Goar*. Pariſiis 1652. fol. pars eſt Corporis Byzantinorum ſcriptorum; Venet. 1729 fol.

2. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 149. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 541. *Saxii* Onom. II. pag. 92. qui citat L' Apologie de Moiſe contre Apion — ſuivi d' un Examen d' un Mſc. antique de Syncellus, par M. l' Abbé *Richer du Bouchet*, in bibl. raiſonée, tom. 47. part. II. pag. 282 ſqq.

3. *Taraſius* autem memoratus patriarcha Conſtantinopolitanus, ab a. 784 vsque ad a. 806. fuit iconum fautor. Hinc ſub eo habitum eſt concilium II. Nicaenum a. 787. pro cultu imaginum.

Taraſii autem ſcripta, quae noſtram tulerunt aetatem, omnia ſunt inſerta actis dictae ſynodi II. tomo III. edit. Binianae, Labbei VII. et Harduini quarto. v. *Fabr.* B. Gr. vol. X. pag. 219 ſq. et *Saxii* Onom. II. p. 92.

4. *Michael*, *Syncellus* patriarchae Conſtantinopolitani, ſecundum *Saxium* II. pag. 93 aut Thomae, patriarchae Hieroſolym. ſecundum *Fabr.* l. m. pag. 220. ſqq. vbi etiam eius ſcripta tam edita quam inedita recenſentur, et de vi et poteſtate vocabuli *Syncellus*, quod nomen erat officii atque dignitatis, paucis agitur. Is autem vixit circ. a. Chr. 796.

§. 87.

THEOPHANES.

1. Natus eſt a. C. 748. obiit in exſilio, in Samothracia a. C. 81$\frac{7}{8}$.

2. Cognomen *Iſaacii* a patre illi haeſit. Vitam Monachi praetulit coniugio, et, quod opibus abundabat, coenobium, Agrum ſ. Sigrianum, condidit, ſeque Abbatem illi praefecit. Quia vero imaginum cultum ſtrenue defendit: ab Leone Armenio in exſilium misſus, ab ſuis vero adſeclis ideo *confeſſoris* nomine ornatus eſt. Syncelli *chronographiam* ab a. 285-813. continuauit, et hiſtoriam ſacram coniunxit cum profana.

3. *Theophanis* Chronographia. *Leonis* Grammatici vitae recentiorum imperatorum. *Iacobus Goar* latine reddidit. Theophanem notis illuſtrauit, varias lectiones multiplici codd. collatione adiecit. *Franciscus Combefiſius* iterum recenſuit, notis

tis poſterioribus Theophanem; integris, Leonem Grammaticum ſtrictim diſcuſſit, exque fide codd. auxit, emendauit, Paris. 1655. fol. rec. Venet. 1729. eſt pars corporis Byzantini. — *Theophanis* fragment. de Bulgarorum originibus, graece, in adnotatt. in Nicephorum pag. 143 ed. 1616. et pag. 75. edit. ſcript. Byzantin. Paris.

4. Vitae eius gr. et lat. praemiſſae ſunt memor. Combefis. edit. et inſertae Actis S. S. Antwerp. Mart. Tom. II. pag. 218. et pag. 224. et 700. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 151. ſqq. et *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 551. ſqq. *Hanck.* de ſcriptor. Byzant. Libr. I. c. 11. *Saxii* Onom. II. pag. 102 ſq.

5. Diuerſi ſunt *Theophanes Byzantius*, de quo ſupra egimus, et *Theophanes Ceramicus*, aut potius *Cerameus*. Poſterior fuit Tauromenitanus in Sicilia epiſcopus, et homileta: ſed quo vixerit tempore, ſub iudice lis eſt. Alii enim eius aetatem collocant in ſaeculo nono, alii in vndecimo, alii in duodecimo. Medio autem ſaeculo XII. (circ. a. 1152.) eum floruiſſe, regnante in Sicilia et Apulia Rogerio, Rogerii Comitis filio, veriſimile videtur *Fabricio*, qui in B. Gr. vol. X. pag. 231 ſqq. eius vitam, in primis ſcripta tam edita quam inedita perſequitur, *Saxio* in On. II. pag. 249. vbi alios, qui de eo egerunt, laudat, et cl. *Chriſtiano Frid. Matthaei*, qui quum adhuc Afranei eſſet Rector, ſcripſit progr. de Theophane Cerameo, Dresdae 1788. 4. in quo tres codices, Mosquenſem, Lipſienſem ſuumque eorumque in ſcribendo auctoris nomine ordineque homiliarum adcurate deſcribit, et ex cod. Lipſienſi varias lectiones ora-

tionis X—V enotauit ſuis doctis adſperſis adnotationibus. — Ex codd. Vaticano, Panormitano, Eſcurialenſi et Pariſienſibus *Franciſcus Scorſus*, Panormitan. S. I. LXII. oratt. Theophanis, cum notis gr. et lat. primus euulgauit Paris. 1644. fol. Multo autem plures homilias conſcripſerat Theophanes. Nam in cod. regio Matrit. XVI. olim exſtitiſſe 91. titulus teſtatur: hodie tamen inſunt LXXVIII. oratt. At in codicis fronte litteris a reliqua libri ſcriptura diuerſis legitur *πόνημα Φιλαγάθȣ τȣ̃ Φιλοσόφȣ.* Has omnes oratt. diligenter recenſet *Iriarte* in catal. codd. gr. Matrit. pag. 55 ſqq. et pag. 64. ſqq. differit de auctoris nomine, aetate, ſcriptisque et ipſo codice. Primum igitur animaduertit, auctorem nuncupari modo *Georgium*, ſ. *Gregorium;* modo *Theophanem*, modo *Philippum*, modo denique *Nicephorum*, adiuncto ſemper *Cerameus* vel *Ceramitae*, quod figulum denotat, cognomento; Theophanem vero *Philagathi* nomine, quod in illo tantum occurrit codice, vſum fuiſſe, dum vitam ageret monaſticam. De illius aetate prouocat ad *Oudinum* in commentario de eccleſiae ſcriptoribus antiquis, tom. II. col. 1185 ſqq. Tum agit de cod. Eſcurialenſi denique confecit catalogum Theophanis homiliarum per alphabeti ordinem digeſtum. Adde M. *Car. Chr. Ern. Charitii* disp. I. praeſide Chriſt. Frid. Matthaei, de Theophane Ceramico, pars I. de Theophane interprete, et diſp. II. reſpondente *I. C. G. Praedicouio*, adpendix part. I. de ſtudio allegoriarum, praecipuo rectae interpretationis impedimento. Wittebergae 1792. 4. et *Mongitor* in bibl. Sicula

tom.

tom. II. pag. 250 ſqq. qui multus eſt de nomine *Ceramei* illiusque ortu et aetate Theophanis.

§. 88.

ACHMET ſiue ACHAMET: Sereimi filius, circ. A. C. 820. ſcripſit *Onirocritica.* Verſio autem graeca, quae adhuc exſtat, et a *Nic. Rigaltio* cum Artemidori Onirocriticis, gr. et lat. Lutet. 1603. 4. edita eſt, opus eſſe videtur recentioris cuiusdam graeci. *Iac. de Rhoer* in Otio Dauentr. p. 338. ſqq. contulit L. V. codicis. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. III. pag. 410. ed. vet. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 553. *Lambec.* comm. de bibl. Vindobon. VII. p. 562 ſq. ed. Kollarii, *Caſiri* bibl. hiſpan. arab. I. pag. 401 ſq. *Saxii* On. II. p. 104 ſq.

§. 89.
NICEPHORVS.

1. In lucem editus a. Ch. 758 obiit a. Ch. 828.

2. Poſt varias munerum mutationes a. 806. euaſit Patriarcha Conſtantinopol. at a. Ch. 818. ob imaginum cultum propugnatum a Leone Armenio in exſilium miſſus eſt. Quo facto ſeceſſit in monaſterium S. Theodori a ſe conditum.

3. Varia ſcripſit, quae ad hiſtoriam eccleſiaſticam et profanam pertinent. Quaedam vero memoraſſe in praeſenti ſufficiat.

4. *Chronographia*, graece, in *Ioſ. Scaligeri* theſ. temp. Lugd. B. 1606. et 1658. — breuiarium chronographicum ab Adamo ad Michaelis et eius F. Theophili tempora etc. cura *Iacobi Goar*,

cum Georgio Syncello, Paris. 1652. fol. — *Breuiarium hiſtoricum*, de rebus geſtis ab obitu Mauricii ad Conſtantinum vsque Copronymum. Nunc primum vulgatum, ac latine redditum opera *Dionyſii Petauii*, *) cum eiusdem notis: acceſſerunt fragmenta Theophanis, Nicephori, Gregoriae, Pachymerii et aliorum etc. Paris. 1616. 8. et in Corpore Byzant. ſcript. Paris. 1648. rec. Venet. 1729. — *fragmentum de ſex Synodis*, graece, cum verſione latina et not. *Franc. Combefiſii*, in eiusdem Auctar. nou. biblioth. P. P. Graeco-lat. Tom. II. pag. 603. — *Stichometria* *) *librorum ſacrorum*, graece, cum *Anaſtaſii* Bibliothecarii lat. interpretatione, in *Petr. Pithoei* Opp. Paris. 1609. 4. pag. 13. — *Confeſſio fidei* ad Leonem III. Papam, graece cum lat. vers. *Theodori Peltani*, inter acta ſynodi Epheſinae, Heidelb. 1591. pag. 303 et 342. — cum *Zonarae* comment. in canones concil. Paris. 1618 pag. 760. in Labbei Concil. tom. VII. pag. 1205. et Harduini, tom. IV. pag. 977. — *Canones ſynodi Conſtantinopolitanae*, gr. et lat. cum notis *I. Bapt. Cotelerii*, in huius Monument. eccl. gr. Tom. III. pag. 445. — *Disputatio cum Leone Armeno imp. de venerandis imaginibus*, graece, cum verſione latina et notis *Franc. Combefiſii*, in eiusdem Origin. Conſtant. pag. 159. *Magnus Cruſius* in

*) conf. *Niceron.* memor. etc. tom. I. ex verſione Baumgartenii german. pag. 146. et 237.

*) Conf. *Salmas* in praefat. ad exercitt. Plin. ſtell. 4. pl. 4. et ſtell. 5. — Emendatiorem e cod. Coislin. dedit Stichometriam *Montfaucon* in Catal. bibl. Coislin. p. 204 ſq. Huius tamen auctorem fuiſſe Nicephorum negat aut dubitat Fabr. B. Gr. VI. p. 297.

in diſſ. epiſt. de ſcriptis quibusdam integris fragmentisque hactenus ineditis, quae in lucem publicam edenda curat, Lipſiae 1728. 4. promiſerat editionem epitomes librorum antirrheticorum Nicephori CPolitani aduerſus iconomachos. Conf. Beyträge zur Geſchichte der Gelahrheit, part. II. Hamburgi 1748 pag. 88 ſq. in vita Magni Cruſii. Verum is aeque minus ſtetit a promiſſis, ac Bandurius, totius illius operis editionem antea pollicitus.

5. Plura vide apud *Fabricium* in B. Gr. Vol. VI. pag. 153. et pag. 295. ſq. nec non pag. 640 ſqq. XI. p. 166 ſqq. *Hamberg.* Z. N. Vol. III. pag. 561. et quos illi laudant. *Sax.* On. II p. 100.

6. Praeter ea plures alii fuerunt *Nicephori*: n. *Niceph or.* philoſophus et rhetor CPolit. circa a. C. 895. *Nicephor.* Presbyter magnae eccles. S. Sophiae CPoli poſt medium ſaeculum decimum; *Nicephorus* II. patriarcha CPolitanus a. 1259. v. *Fabr.* B. Gr. VI. pag. 299. De *Nicephoro Blemmyda* aliisque deinceps disputabitur.

§. 90.

De *Chriſtophoro*, patriarcha Alexandrino, qui circa a. C. 834. cum aliis litteras ad Theophilum imperatorem pro imaginum cultu ſcripſit, v. *Fabr.* B. Gr. vol. VI. pag. 688. VIII. p. 802. XII. pag. 656—675. et *Saxii* Onom. II. p. 108.

§. 91.

De IOANNE, ſiue IANO DAMASCENO, medico Syro, chriſtiano, circ. a. C. 845, qui interpretationem librorum graece ſcriptorum in linguam arabicam ſub Calipha Raſchid curauit, vide *Fabri-*

cii B. Gr. Vol. XIII. pag. 256. et 259. ſqq. atque *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 583. *Saxii* Onom. II. p. 115.

§. 92.

BASILIVS.

1. Macedo, interfecto Michaele, ſolium Auguſti a. 867. occupauit, beneque et ſapienter regnauit vsque ad annum obitus ſui, a. C. 886.

2. Initium fecit librorum Baſilicon, h. e. nouellas Auguſtorum conſtitutiones vel colligere coepit vel augere: vnde, quum ſubſequuti Caeſares, Leo VI. Sapiens, Conſtantinus VII. Porphyrogeneta, et alii, illam inſtituti rationem vel imitarentur vel emendarent, a re nata eſt paullatim *Baſilicorum* Σωματοποιΐα. Idem edidit cum filiis ſuis manualem epitomen legum, et ad filium, Leonem, ſcripſit capita LXVI. exhortationum.

3. Delectus legum compendiarius, et correctio iuris antiqui, in id, quod aequius melius per impp. Baſilium, Leonem, Alexandrum et Conſtantinum, Augg. cum praefat. eorundem. Edente *Marq. Frehero*, gr. et lat. in *Leunclauii* Iur. graeco-lat. tom. II. pag. 79. — Baſilicorum libros IV. et quidem XLIX—LII. ex cod. msto bibl. regiae Paris. integre edidit, latine vertit, notasque criticas et iuridicas addidit *Gul. Otto Reitzius*, in *Gerardi Meermanni* nouo theſauro iuris ciuilis et canonici, tomo V. Hagae Com. 1752. fol. pag. 1—104. — Specimen msti graeci eclogam legum continentis, typisque nondum exſcripti dedit *I. L. E. Püttmannus* in Memoria Gottfr. Maſcouii, Lipſiae 1771. 8. adde infra, §. de Leone VI.

Ex-

Exhortationum capita LXVI. etc. Lutet. 1584. 4. cum verſione latina ſeorſum excuſa — gr. et lat. in *Anſ. Banduri* Imperio Orient. Tom. I. p. 171. — liber regius de imperio pie et iuſte adminiſtrando etc. gr. et lat. cum var. lectionibus a *Iuſto a Dransfeld.* Gotting. 1674. 12.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol VI. pag. 548. XII. 407. ſq. 429. 467. — *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 643. — *Saxii* Onom. II. pag. 125. ſqq. et Anal. p. 549. qui vtroque loco agit quoque de *Gloſſis nomicis*, quarum varii fuerunt auctores, qui paullo ſerius et diuerſis vixerunt temporibus. Editae illae ſunt a *Carolo Labbeo*, in calce Cyrilli Philoxeni et aliorum Gloſſariorum, Paris. 1679. fol. et ab *Ant. Schultingio* in theſauro iuris romani Ottoniano, tom. III. Traiecti ad Rhen. 1733. fol. pag. 1697. — 1820. atque at Roeuero, Struchtmeyero, Alberto et Iacobſonio, quorum ſcripta laudat Saxius, emendata atque explicitae. — Adde V. D. qui hiſtoriam iuris concinnarunt, et *D. Caſp. Achatiium Beck* de Nouellis Leonis Auguſti et philoſophi etc. ex edit. *D. Car. Frid. Zepernick*, Halae 1779. 8. pag. 17. ſqq. vbi de Baſilii ſtudio iuris reformandi, et de tempore, quo πρoχειρov voμικòν ſeu epitomen quamdam in quadraginta titulos diſtributam ediderit Baſilius, et de codicibus fuſius diſſeritur. Id ante libros Βασιλικῶν editos, ſecundum codd. Vindobon. a. 876. ſaltem ante a. 879. conſcriptum, et a *Frehero* tom. II. iurispr. Gr. Rom. mutilum vero atque mendoſe, editum eſſe; Freherum vero ſub falſa inſcriptione ἐκλογῆς τῶν νόμων Leonis priores XXVIII. titulos veramque praefationem Prochiri deſcribi curaſſe, Zeper-

nick in nota pag. 18. ſqq. late docteque oſtendit, tum *Zepern.* ibid. pag. 372. ſqq.

5. De *Anaſtaſio*, Bibliothecario, a. Ch. 886. mortuo, qui multa e Graeco in latinum barbare conuertit, homine alioquin ſuae aetatis inſigni et doctiſſimo, v. *Fabricii* B. Gr. Vol. IX. pag. 337. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 645. *Saxii* On. II. p. 123. et quos illi laudant.

§. 93.

NICETAS.

Cognomine *Dauid*, Paphlagoniae epiſcopus, philoſophus, rhetor et hiſtoricus, ſcripſit paullo poſt a. C. 880. *vitam Ignatii* patriarchae CPolitani, editam gr. et lat. a *Matthaeo Radero*, Ingolſtadii 1604. 4. additam actis cencilii Oecumen. VIII. et cum iis aliquoties in tomis Conciliorum. v. *Fabric.* B. Gr. vol. VI. lib. V. cap. 5. (vbi plures *Nicetas* enumerat,) pag. 431. *Saxii* Onom. II. pag. 128.

§. 94.

PHOTIVS.

1. Illuſtribus natalibus oriundus; opibus, cum primis ingenio litteriſque abundans, ita, vt aeui ſui facile princeps in omni litterarum genere haberetur, ſummos ex ordine conſequutus eſt honores militares, ciuiles et eccleſiaſticos: nam a. C. 857. Patriarcha Conſtantinopolitanus dictus eſt. Is vero honor ipſi fuit maxime moleſtus: atque bis illo munere priuatus eſt; primum a. Ch. 867. ab

ab imperatore Baſilio Macedone, qui vero eum decennio poſt reſtituit, deinde a Leone Sapiente a. Ch. 886. naturae debitum reddidit a. Ch. 891. Controuerſiarum inter Graecos Latinosque agitatarum fuit veluti fomes: rem vero habuerat cum hominibus nefariis, et in eo peccauit, quod non ſatis potuit animum temperare.

2. Multa ſcripſit: Epiſtolas, aduerſus Latinos, de proceſſione Spiritus S. a ſolo patre; aduerſus recentes Manichaeos ſiue Paulicianos, Nomocanona ſ. legum imperialium corporis Iuſtin. et canon. eccles. harmoniam, et alia: in primis memoranda eſt *Bibliothcca,* theſaurus infinitae et prudentis lectionis multorumque librorum, quorum vel notitiam dedit criticam, vel eximia fragmenta ſeruauit. Opus illud aureum copioſe deſcripſit omnesque ſcriptores, qui in illo recenſentur, fuſius perſequutus eſt *I. Alb. Fabricius* in B. Gr. Vol. IX. pag. 374 — 519. — Adde *Henr. Valeſium* de critica lib. I. cap. 29. pag. 176. cum Eiusd. emendatt. a Burmanno II. editis: Sed Photium ſaepe finxiſſe nomina et nomina dramatum in poetas transformaſſe, docet *Valcken.* in diatr. poſt Euripidis Hippolytum, cap. II. fin. pag. 17. ſq.

3. Βιβλιοθήκη τȣ Φωτίου. Librorum, quos legit Photius patriarcha, excerpta et cenſurae: quatuor MSS. codicibus ex Graecia, Germania, Italia, Gallia collatis *Dauid. Hoeſchelius* primus edidit, notis, in quibus multa veterum fragmenta antehac inedita, illuſtrauit, Auguſtae Vindelicorum 1601. fol. Praeter alia inedita Hoeſchelius pag. 948. epiſtolam Photii inſeruit, et ſubiunxit eiusdem 35. epiſtolas — Latine, at minus bene, vertit

tit ſcholiisque illuſtrauit *Andr. Schottus*, S. I. Auguſtae Vind. 1606. fol. iudicia V. D. de illa verſione v. ap. *Fabr.* l. c. pag. 379. adde *Hemſterhus.* ad Lucian. tom. I. pag. 407. a.) — Μυριόβιβλον ἢ Βιβλιοθήκη etc. gr. ex recenſione et cum notis Hoeſchelii latine reddidit et ſcholiis auxit *Andreas Schottus* etc. Geneu. 1613. fol. Rothomagi 1653. fol. Conf. *I. Henr. Leichii* Diatribam in Photii Bibliothecam, Lipſiae 1748. 4. qui et textum emendauit et verſionem. Nouam editionem moliti erant Boerner et I. Chph. Wolf. v. Lacrozian. thes. epiſtol. tom. II. p. 264. 265. 267. 269. et 270. vbi quoque nunciatur, Caperonnerium omnium Photii operum editionem parare; ideoque Wolfium editionis conſilium abieciſſe.

Epiſtolae, per *Richard. Montacutium* latine redditae, et notis ſubinde illuſtratae, Londini 1651. fol. — Epiſtolae V. graece, editore *Anthimo.* Episcopo Remn. 1705. fol. de his et reliquis Photii epiſtolis ac quibusdam opuſculis apud Combefiſium, Cotelerium et Caniſium v. *Fabricii* B. Gr. IX. pag. 519. ſqq. et *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 657. qui reliquos etiam minores Photii libellos potiſſimum theologicos recenſuerunt. De edit. *Anthimii* copioſe agitur et Fabricii notitia emendatur in *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürdigen Büchern tom. VII. p. 511. ſqq. vbi quoque p. 506. ſqq. recenſentur *Photii* bibl. ed. Hoeſchelii et *Photii* epp. edit. Montacutii, ſ. Montague aut Mountagu. pag. autem 503. ſqq. *Photii* — de conſolatione ad Euſebiam libellus. Graece editus cum interpretatione lat. et emendatt. *Cunradi Rittershuſii.* etc. Noribergae, 1601. 8. — Photii

tii epiſtola ad Georgium, Metropolitam Nicomediae de Choricii in cod. Ven. et Matrit. eſt, paucis mutatis, merum Photianae bibliothecae caput CLX. v. *Villois.* anecd. graeca, tom. II. pag. 16. ſq. — *I. Chriſt. Wolf* in Anecd. graecis ſacris et prof. Tom. I. et II. libros Photii quatuor contra Manichaeos repullulantes graece et latine edidit atque illuſtrauit.

Nomocanon Photii — cum commentariis *Theodori Balſamonis*, Patriarchae Antiocheni: (de quo vide infra,) *Chriſtophorus Iuſtellus* ex bibliotheca Palatina nunc primum graece edidit. Acceſſere eiusdem Photii, Nili Metropolitae Rhodi, et Anonymi tractatus de Synodis oecumenicis, ex bibliotheca Sedanenſi, ab eodem *Iuſtello* nunc primum graece editi, Lutetiae Pariſior. apud Abrahamum Pacard. 1615. 4. Seorſum adiecta eſt interpretatio latina. Nomocanon — interprete *H. Agylaeo*, ibid. eod. anno. Hanc, quam poſſideo, editionem Fabricius, qui pag. 558. ſq. de praeſtanti hac collectione non modo canonum apoſtolicorum et conciliorum decem, quae graeca ſuſcepit eccleſia, ſed patrum quoque ſcriptorum, in canonum auctoritatem receptorum, fuſius agit, haut memorat, nec Hambergerus pag. 659. ſatis adcurate indicat: interpretatio enim latina, vti monui, ſeparatim edita et typis deſcripta eſt. — repetita eſt illa editio, praefixis Photii in ſuum Nomocanonem prolegomenis, hactenus non editis, gr. et lat. in *Guil. Voelli* Biblioth. iuris can. vet. Tom. II. pag. 785. Paris. 1661. fol.

Photius ſcripſit *Lexicon*, quod in msto eſt in Anglia, et breuiter exponit vocabula, oratoribus

bus atque hiſtoricis, partem etiam poetis vſitata. Fabric. pag. 566. ſqq. dedit inſcriptionem et partem prologi atque particulam litterae *A.* Id lexicon e cod. Bodleianae bibliothecae deſcriptum, editurus erat *Berger*, v. La Crozian. thes. epiſtol. tom. I. pag. 68. Ex eo alia exempla, a ſe inuicem culpa librariorum interdum discrepantia, ſunt deſcripta; primum neſcio quod? in Anglia latens; ex eo, non ex cod. quem Gale poſſedit, aliud anglicum quoddam; ex hoc Hafnienſe Nicolai Foſſii; ex eo Hamburgenſe, *) et ex Hamburgenſi Gothanum, opinante *Anchero*, (qui nouam promiſit illius editionem,) in Sendſchreiben an den Herrn M. H. E. G. Paulus das ungedruckte Gloſſarium des Photius betreffend, Hafniae 1792. mai. 8. v. *Pauli* Biblioth. von Anzeigen v. Auszügen kleiner — Schriften, tom. III. part. III. a. 1792. pag. 1. ſqq. vbi v. ipſius Paulli iudicium. — Cl. *Willius* in Briefen über eine Reiſe nach Sachſen. Altdorf 1785. pag. 139. ſqq. prodit, Schlägerum, Gothae, habuiſſe apographum, ex apographo Wolfii, ab hoc ex cod. quodam Londini deſcripto, tam nitide exaratum, vt praelo poſſet ſubiici. — MS. Lex. Photii aliquoties citant emendantque *Rich. Bentleius* paſſim in epiſtola ad Millium, *Valcken.* in adnotatt. ad Eurip. Hippolytum, pag. 207. 236. 257. et multis locis *Ruhnken.* in not. ad Timaei Lexic. etc. Ab hoc Photii lexico diuerſum eſſe *Etymologicum gr.* quod ex bibl. Gudiana venit in Guelferbytenſem, et male adſcribi Photio, alii iam ſuſpicati ſunt, (v. Fabr. l. c. pag. 566.

*) I. Chr. Wolf ſuum apographum Londini de cod. deſcripſiſſe dicitur, v. *Willii* epiſt. mox laudandas.

566. et vol. X. pag. 23.) et clarius oſtendit *Io. Chriſtoph. Biel* Brunſuicenſis in epiſtola de Etymologico graeco inedito etc. Supplementis ad acta erudit. tom. VI. ſect. VI. 1717. p. 253. ſqq. et ſpecimen dedit adiectis emendationibus atque obſeruationibus denique: p. 260. coniicit, Etymologicum Gudianum ſimile eſſe *Etymologico*, quod in bibl. *Vltraiectina* inter MSS. locum habet. Adde *I. C. Harenbergii* de Photii Etymologico M. diatribe epiſtolica in Bibliotheca Bremenſi noua, tom. ſ. claſſe V. faſc. II. n. V. p. 290. ſqq. et adde ibid. tom. VI. p. 133. ſqq. et 278. ſqq. *Kuhlenkampii* ſpecimen, in tom. I. in prolegom. pag.. 81. laudatum, et *Saxium* in On. II. pag. 159. ſqq. qui illius fata et hiſtoriam expoſuit.

Apollonii Alexandrini de ſyntaxi. — Addita e Procli chreſtomathia grammatica, *Photii* — *Electa*, ab *Andr. Schotto* primum edita, latinitate donata et ſcholiis illuſtrata: nunc iterum a *Sylburgio* ms. exemplaris collatione paſſim emendata, ſuppleta, notationibus aucta. — Francof. ad Moen. apud Andr. Wecheli heredes, 1590. 4. De quo libro raro v. *Freytag* in adpar. litter. tom. II. pag. 764. ſqq.

Photii quaeſtiones ſynodicas, ſeu interrogationes decem cum totidem reſponſionibus, edidit notisque doctis, quae maximam partem ſunt hiſtorico — eccleſiaſticae, illuſtrauit *Franciſcus Fontani*, bibliothecae Riccardianae praefectus, in *Nouis deliciis eruditorum*, Florent. 1785. 8. vol. I. Fontani reperit in bibl. Riccardiana exemplum, (Copiam barbare dicunt,) cod. Vaticani, a Vignoles cum II. aliis collatum: praeter ea a Münte-

ro Dano, accepit exemplum cod. Vindobonenſis in quo vno ſeruata eſt quaeſtio decima. Idem Fontani V. D. praemiſit commentationem de Photio eiusque ſcriptis, magnam partem ex Hanckii libro de graecis rerum Byzantinarum ſcriptoribus ductam.

4. Adde *Hanckium* de Byzant. rer. Scriptor. Part. I. cap. 18. §. 3. pag. 269. — *Gedoyn* in Memor. Acad. Paris. Inſcr. etc. vol. XIIII. p. 179. ſqq. quatuor Photii particulas francice fecit et notis inſtruxit: add. p. 235. ſqq. et vol. XVI. pag. 98. ſq. duas alias poſt obitum illius in Oeuvres diuerſes, etc. Paris 1745. 12. — *Brucker.* hiſtor. crit. philoſ. Tom. III. pag. 540. — Hiſtoir de Photius, Patriarche ſchismatique de Conſtantinopel, par le P. L. H. F. Paris. 1772. 8. auctor acerbe ſcripſit contra Photium, (quoniam hic pontifici romano reſtitit,) et multa reliquit veſtigia odii atque malignitatis. Adde *Fabr.* B. Gr. vol. IV. pag. 253. ſqq. edit. nou. hiſtor. acad. Paris. I. et B. L. Vol. VIII. pag. 137. ex verſ. Gottſchediae; *Saxii* On. II. pag. 121. ſq. et in Anal. pag. 548.

5. Photii diſcipulus fuit *Michael Pſellus*, maior, ex Andro inſula ortus; qui quando Leonis VI. Sapientis, Byzantini poſtea imperatoris, magiſter ab Allatio aliisque dicitur, Leonem Byzantium Philoſophum, cuius magiſter erat Pſellus ſenior, cum Leone ſapiente, Photii inſtitutione vſo, confundi, docet *Zepernick.* ad Beck. de nouellis Leonis etc. not. pag. 49. et pag. 241. de illo copioſus eſt *Leo Allatius* in diatribe de Pſellis in *Fabricii* B. Gr. vol. V. pag. 2 — 14. Is putat, hunc

hunc *Pſellum* maiorem multa hiſtorica et philoſophica ſcripto conſignaſſe, quae hodie ſub recentioris Pſelli, (de quo paullo inferius ſermo erit,) nomine circumferuntur. ad illum igitur tanquam parentem referre malit libellum *Pſelli de lapidibus* a *Mauſſaco* editum, librum medicum et therapeuticum etc. adde *Saxii* On. II. pag. 122. qui cum Allatio aetatem illius collocat in a. 859.

§. 95.

1. IOANNES, Antiochenus, cognomento *Malelas*, ſiue *Malalas*, i. e. ſophiſta, ſcholaſticus, vel qui rhetoris munus gerebat in eccleſia Antiochena, vixit circa a. C. 900. ſecundum Hamberger. at *Saxius* in On. II. pag. 98. notauit circa a. Ch. 800. Atque *Humfr. Hodius* in proleg. de Io. Malela et *Oudinus* comment. de SS. eccl. tom. II. p. 408. commonſtrarunt, eum ad faeculum nonum eſſe referendum. Fabularum et vocabulorum barbarorum venator, ſcriptor exigui pretii.

2. Concinnauit *hiſtoriam chronicam*, quam vero mancam habemus, ab orbe condito vsque ad imperatorem Iuſtinianum.

3. Edita eſt ex MS. cod. bibliothecae Bodleianae, cum interpretat. et notis *Edm. Chilmeadi*, et triplici indice rerum, autorum et vocum barbararum. Praemittitur diſſ. de autore *per Humfredum Hodium*. — Accedit epiſtola *Richardi Bentleii* ad Io. Millium: cum indice ſcriptorum, qui ibi emendantur, Oxonii 1691. 8. Recuſa eſt haec editio, tamquam adpendix, in Corpore Byzantino, Venet. 1733. fol.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 138. ſqq. et frequenter alibi. *Hamberger* Z.N. Vol. III. pag. 664. Henr. *Dodwellus* diſſ. XI. in Cypriani etc. ſect. 23. *Saxii* Onom. II. pag. 98. et pag. 544.

5. Diſtinguendus eſt *Ioannes*, Monachus, *Antiochenus*, itidem auctor hiſtoriae chronicae, cuius fragmenta ex cod. Peiresciano edidit *Henr. Valeſius*, Paris. 1634. 4.

Nec confundendus eſt *Ioannes Cameniata*, Theſſalonicenſis, circ. a. Ch. 904. qui *narrationem de excidio vrbis Theſſalonicae* (per Saracenos) ſcripſit, quae graece et cum verſione latina *Leon. Allatii*, in Allatii Συμμίκτοις, prodiit, Colon. Agr. 1653. pag. 178. — graece et cum noua verſione lat. *Franc. Combefiſii*, inter ſcriptores hiſt. Byz. poſt Theophanem, Paris 1685. fol. vide *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 351. *Hanckium* de Byzant. rer. S. S. Libr. I. cap. 22. *Hamberg.* III. p. 665. *Saxii* On. II. pag. 134.

§. 96.

LEO VI. Imperator Conſtantinopol.

1. Filius imperatoris Baſilii Macedonis, qui Photio moderante tam felices in litteris fecit progreſſus, vt poſtea *Sophus* ſiue ſapiens cognominaretur. Regnauit ab a. C. 889. vsque ad an. 911. quo vitam finiuit: alii aliter annos imperii deſignant v. *Zepernick* l. infra laudato p. 232. ſqq.

2. Opus, quod pater inceperat, abſoluit, nempe *Collectionem* τῶν βασιλικῶν διατάξεων, ſ. *conſtitutionum imperialium*, quas filius Conſtantinus

Por-

Porphyrogennetas denuo emendare iuſſit et in LX. libros redegit. Illae vero ex graecis, quae tunc exiſterunt, interpretationibus Inſtitutionum, Pandectarum, Codicis, et Nouellarum, ex commentariis graecorum Ictorum, ex edictis imperatorum, conciliis etc. ſunt congeſtae. (v. Zepernick ſect. III. §. 12. pag. 286. ſqq. et p 294. ſqq. de aetate Nouellarum Leonis.) Necdum omnes illi LX. libri graece typis exſcripti ſunt. *Fabrottus* XXXXI. libros integros, reliquos vero ex ſynopſi Baſilicῶn etc. dein *Meermann* libr. 49, 50, 51, 52. ediderunt graece. In MSStis adhuc latent 19, 31 vsque ad 37, 43, 44, et 55. vsque ad 60. cuius vltimi libri interpretationem Cuiacius fecit. Leonis quoque et filii, Conſtantini Porphyrogennetae iuſſu ἐκλογαι νόμων, ſiue *Eclogae legum* ex Inſtitutionibus, Digeſtis, codice et nouellis Iuſtiniani excerptae ſunt accurantibus Rufo, Pinalio et Rhodione, quas ex cod. Lipſienſi editurus erat *Gottfrid. Maſcou* atque plagula prima huius operis typis expreſſa fuit, quam, re haud perfecta, et Maſcouio mortuo, *Püttmannus* recudendam curauit, in Memoria Gottfr. Maſcouii, Lipſiae 1771. 8. pag. 121. ſqq. graece et lat. cum notis. Conf. ibid. pag. 87. ſq. et ſupra §. 51. n. 3. Porro ſcripſit *Tactica*, *carmina* aliaque theologici argumenti.

3. *Baſilicων* Libr. LX. in ſeptem domos diuiſi. *Carolus Annibal Fabrotus* latine vertit, et graece edidit, Paris. 1647. fol — De editione *Reitzii* v. ſupra in §. de Baſilio, et Relationes de libris nouis, vol. I. Gottingae 1752. faſcic. II. pag. 312. ſqq.

LX. librorum βασιλικῶν — Ecloga ſiue Synopſis — edita per *Io. Leunclauium* etc. cum eiusdem adnotationibus, Baſileae 1575. fol.

Hiſtoriam atque codices editionesque Nouellarum Leonis diligenter lateque perſequitur *Zepernick* ad Beckii librum pag. 313. ſqq. 324. ſqq. 330. ſqq. Editt. ſunt Ἀυτοκρατόρων, Ἰȣςινιανȣ̃, Ἰȣςίνȣ, ΛΕΟΝΤΟΣ, νεαραὶ διατάξεις. Ἰȣςινιανȣ̃ ἔκδοτα — ſtudio et diligentia *Henr. Scrimgeri*, Scoti — gr. (Geneuae) 1558. Exc. Henr. Stephanus fol. — *Imp. Leonis Auguſti conſtitutiones nouellae*, aut correctoriae legum repurgationes, *latinae* nunc primum ab *Henr. Agylaeo* factae. Imp. Iuſtiniani edicta etc. — Huius editionis margini adpoſitae numerorum notae, paginas graeci exemplaris indicant, ab Henr. Stephano excuſi. 1560. — — *Iuſtiniani principis nouellae conſtitutiones*, latine ex Gregori Haloandri et Henrici Agylaei interpretatione, ad graecum *Scrimgeri* exemplar, nunc primum editae — — Item eiusdem Iuſtiniani edicta, Iuſtini, Tiberii, LEONIS philoſophi conſtitutiones: et vna Zenonis, quae ad titulum codicis de priuatis aedificiis pertinet: *Henr. Agylaeo* interprete. Poſtremo canones ſanctorum apoſtolorum per Clementem in vnum congeſti, Greg. *Holoandro* interprete. Baſil. per Io. Heruagium 1561. mai. 8. — Tum docet Zepernick, quando, et quibus editionibus iuris Iuſtinianei adiectae ſint nouellae Leonis. et a pag. 361. qui Icti tum veteres, tum recentiores de nouellis illis bene meruerint: pag. 372. ſqq. agit V. D. de reliquis conſtitutionibus Leonis; in primis de ἐκλογῇ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ Leonis et Conſtantini Porphyr.

phyr. a. 910. aut 911. ante obitum Leonis compoſita. Plerumque autem illa ecloga cum *Prochiro* Baſilii Macedonis confunditur, atque codd. mssti, eclogam continentes, ad illud referuntur: quare in ſecernendis bis duobus legum compendiis et reliqua de eius argumento, capp. ſ. titulis codicibus etc. notitia diligenter verſatur Zepernick V. Cl.

Tactica — *Io. Meurſius* primus vulgauit et notas adiecit, cum verſione latina *Io. Checi*, Lugd. 1612. 4. et ſequenti anno, noua tantummodo addita inſcriptione, Aeliam Tacticis ed. Arcerio adiecta; denique ex cod. Laurentiano ſuppleta a *Io. Lamio* atque reſtituta in *Meurſii* Operibus, Tom. VI. pag. 529. Florent. 1745. fol. et *Fabricius* in B. Gr. Vol. VI. pag. 372. ſqq. e cod. Gudiano, a cod. tamen medic. interdum discrepante, ſupplementa capitis XIX. tacticorum, Meurſianae editionis, antea exhibuerat. Idem *Lamius* in Meurſii Operibus Tom. V. praefat. pag. 4. e cod Laurentiano graece et lat. publicauit *Leonis caput*, quomodo aduerſus Saracenos pugnare oporteat. Conf. *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. medic. tom. II. pag. 234. — *Gabr. Naudaeus* in bibliogr. milit. pag. 499. ſqq. ibique Crenius in vol. de comparanda eruditione etc. praecipue de quaeſtione, num Leo plagii reus ſit. — Partem de Vngaris ex libro Tacticorum Leonis ſapientis, non ex vitioſa Meurſii editione pag. 886 — 911. ſed ex antiquo cod. bibliothecae Vindobon. graece cum ſua verſione latina et animaduerſionibus dedit *Adam Franc. Kollarius*, eques Vngarus de Kereſztény, in Hiſtoriae iurisque publici regni Vngariae amoe-

 nitatibus,

nitatibus, vol. I. ſect. I. de moribus deque arte ac diſciplina militari veterum Vngarorum, Vindobonae 1783. 8. et ſect. II. de moribus, arte ac disciplina militari veterum Slauorum, alium locum ex eodem Leonis libro. In animaduerſionibus Kollar. euincere ſtudet, Slauos fuiſſe antiquiſſimos magnae Illyriae incolas. — Verſio germanica hanc habet inſcriptionem: *Keiſers Leo des Philoſophen Strategie vnd Tactik, aus dem in der K. K. Bibliothek befindlichen Original überſetzt durch I. W. von Bourſcheid.* IV. partes. Vindobon. 1778. 8. cum tabulis XXXVIII. aeneis, nec non cum obſeruatt. et commentationibus interpretis. Verſio laudatur in ephem. litter. Gottingens. ſupplem. nr. VI. 1779. et dicitur verſioni gallicae de *Maizeroy* ſaepius reſpondere quam textui graeco; ſed tamen ab ea quoque diſcedere.

Orationes X. graece, cum verſione latina et notis *Franc. Combefiſii*, in eiusdem Bibliotheca P. P. graeco-lat Auctar. nouo Tom. I. p. 1605. etc.

Diſpoſitio, quem ordinem habeant Throni eccleſiarum, Patriarchae Conſtant. ſubiectarum, graece, cum verſione lat. *Io. Leunclauii*, in *Leunclauii* iure Graeco rom. Francof. 1596. fol. pag. 88. et ad calcem *Codini*, ed. *I. Goaro*, Paris. 1648. et Venet. 1729.

Epigrammata gr. cum annotatt. *Brodaei* et *Obſopoei*, in Epigr. Libr. VII. Francof. 1600. pag. 3. et in *Brunckii* Analectis vet. poet. graecor. Vol. III. pag. 128, conf. not. pag. 255. et ad *Fabr.* B. Gr. vol. IIII. pag. 479. ed. nou.

Oracula, quae dubia fide noſtro tribuuntur, XVI. graece primum edita cum verſione lat. *Georg. Douſae*,

Douſae, in Rutgerſii var. lect. Libr. V. cap. 8. p. 467. — Oracula XVII. graece et lat. cum figuris, antiqua graeca paraphraſi et notis *Petri Lambecii*, cum Codini Excerptis de antiqq. Conſtantin. Paris. 1655. fol. Reliqua vide apud *Fabricium* B. Gr. Vol. VI. pag. 363. ſqq. *Hambergerum* in Z. N. Vol. III. pag. 666. *Saxium* in On. II. pag. 131. ac pag. 549. ſq. et quos illi excitant. — *Bachii* hiſtor. iurisprud. rom. lib. IV. cap. 2. ſectio 2. de conſtitutionibus imperatorum, ſiue de Baſilicis atque Nouellis impp. §. IV. ſqq. *Io. Theoph. Seger* diſſ. de Leonis philoſophi conſtitutionum nouellarum auctoritate, Lipſiae 1767. 4. Se oppoſuit Beckii ſententiae, quaſi haec leges hodie obtinerent auctoritatem. Beck enim, anteceſſor quondam Ienenſis, diſſertationem de Nouellis Leonis philoſophi imperatoris earumque vſu et auctoritate ſcripſerat Ienae 1726. et aliquot nouellas Leonis cum Iuſtiniani placitis contulerat, earumque vſum et auctoritatem in foris Germaniae monſtrare; idemque ſequentibus annis alias conſtitutiones explicare earumque valorem VIII. programmatibus confirmare tentauerat. Eius diſſertatio vna cum programmatibus poſtea prodiit iunctim edita, inſcriptaque *Casp. Achatii Beckii* de nouellis Leonis earumque vſu et auctoritate, commentatio proluſoria. Praemiſſa eſt diſſ. de prouida dei cura in diſpenſandis iurisprudentiae fatis itemque laudati imperatoris vita. Ienae 1731. 4. Nouam illius libri editionem eamque egregiis notis et acceſſionibus locupletatam debemus cel. Zepernickio: Inſcriptio fere eadem eſt: *D. Casp. Ach. Beckii* — de nouellis Leonis — —

liber ſingularis: praemiſſa eſt diſſ. de prouida dei cura —— —— Adiectis animaduerſionibus et mantiſſa commentationum ad argumentum ſpectantium edidit D. *Car Frid. Zepernick*, Scabinatus regii Halenſis Aſſeſſor. Halae 1779. mai. 8. Beck cum Bynkershoekio putarat, Nouellas Leonis nonſolum in Oriente olim valuiſſe; ſed hodie quoque partim in cauſſis dicundis adhiberi, Zepernick et ea, quae deſiderarentur, largiter docteque ſuppleuit, et, quae in ſententia Beckii viderentur falſa, acute correxit, praeſertim a p. 403-532 in ſubiunctis coniecturis cauſſas explicuit, cur nouellae Leonis Sapientis in Germania receptae dici non poſſent. Vitam quoque Leonis illiusque ſtudium in legibus condendis, et hiſtoriam illius aeui vberius et diligentius expoſuit. Praeter ea contendit, nouellas illas non ante primam Baſilicorum editionem, ſed poſtea fuiſſe publicatas; Leonem autem philoſophia eſſe abuſum et ius Romanum praeter neceſſitam ſaepius culpaſſe. Idem pag. 392. ſqq. inſeruit *I. Frid. Olearii*, anteceſſor. Lips. programma de valore nouellarum Leonis, quatenus cum ſtatu reipublicae noſtrae conueniant, Lipſiae 1708. editum. —

§. 97
SIMEON METAPHRASTES.

1. Secundum Pagium, cui adſentit *Saxius* in Onom. II. pag. 135 ſq. natus eſt circa a. 881. denatus vero a. 976. vel 977. anno vero 913. vitas Sanctorum ſub auſpiciis Conſtantini Porphyrogenetae ſcribere coepit. Idem Saxius reiicit ſenten-

tentiam Hambergeri, qui *Oudini* rationes ac ſententiam in diſſ. de Sim. Metaphr. in eiusdem comment. de ſcript. eccl. tom. II. pag. 1300. ſequutus, noſtrum collocauit in a. Ch. 1140.

2. Magiſter dicitur et *Logotheta.* Multos variosque excluſit ingenii foetus: in primis *Sanctorum vitas*, ab antiquioribus expoſitas, μετέφρασε, (vnde cognomen, *Metaphraſtes* nactus eſt,) h. e. paullo alio habitu induit, omittendo alia in illis, addendo alia, vel mutando vel interpolando. Has *vitas*, quae partim graece, partim ex latina interpretatione exſtant in collectione Surii, in Actis ſanctorum Antwerp. et alibi praeter alios diligenter recenſuerunt *Fabricius* in B. Gr. vol. VI. pag. 509. ſqq. et *Hamberger.* in Z. N. vol. IIII. pag. 139. ſqq. — Praeter ea ſcripſit *Sermones*, praecipue XXIV. de ciuili ſapientia Chriſtianorum, in locos communes redactos, collectos et congeſtos ex ſcriptis D. Baſilii M. ſtudio Simeonis Magiſtri, (e codd. gr. et lat. ex interpretatione *Stanislai Ilouii.* Francof. 1611. 8. et in *Baſilii* Opp. Paris. 1618. tom. II. adp. et edit. Benedictin. tom. III. adp. v. *Hamberg.* pag. 150. ſq.) *Epitomen canonum*, (in *Iuſtelli* biblioth. iuris canon. vet. tom. II. p. 710.) *Epiſtolas* IX. (gr. vid. *Allatii* diatr. de Simeonum ſcriptis, vbi de noſtro Simeone is multus eſt; pag. 221. ſqq. poſuit gr. et lat. *Pſelli* encomium in metaphr. Symeonem etc. Paris. 1664. 4 p. 132. et 254. ſqq. *Carmina* politica et iambica, (ibid. gr. p. 132. ſq.) iambicos trimetros recepit *Iac. Lectius* in Poet. vett. gr. tragicis etc. tom. II. Colon. Allobrog. 1614. fol.) atque *Annales*, quorum tantum pars a Leone Armeno ad Nicephorum Phocam typis

 deſcripta

deſcripta eſt gr. ac. lat. inter hiſtoriae Byzantinae ſcriptores poſt Theophanem, Paris 1685. fol. Venet. 1729. fol.

3. Adde *Fabr.* B. Gr. VI. pag. 158. et 352. vol. X. pag. 297. vol. XI. pag. 43. ſq. et quos Saxius atque Hamberger locc. mem. laudant.

§. 98.
CONSTANTINVS CEPHALAS.

1. Epigrammatum conquiſitor, quem initio ſaeculi decimi vixiſſe cum Reiskio ſuſpicatur *Saxius* in On. II. pag. 137 ſqq. vbi quoque alios, qui vel ediderunt, vel illuſtrarunt *epigrammata graeca*, copioſe perſequitur.

2. Vide ſupra, in tomo I. prolegom. pag. 95. ſq. et quae notaui ad *Fabr.* B. Gr. vol. IV. p. 426. ſqq. — Cl. *Iacobs*, Prof. gymnas. Gothani, qui Emendationes in epigrammata Anthologiae graecae, Lipſiae 1793. 8. edidit, nouam epigrammatum graecor. a Cephala reliquisque olim collectorum, editionem, a Brunckiana et ordine et aliis mutationibus factis diuerſam, parat. atque *duo priores tomi*, gr. verſione notisque deſtituti, lucem adſpexerunt. Sunt vero inſcripti: *Anthologia graeca*, ſiue poetarum graecorum luſus, ex recenſione Brunckii; indices et commentarium adiecit *Frider. Iacobs*, Lipſiae 1794. 8. Reliqui tomi ſubſequentur.

§. 99.

BASILII, Patricii Conſtantinopolitani, et cubiculi praefecti ap. Conſt. Porphyrogenetam an. C. 930. *Naumachica*, *Fabricius* vulgauit in B. Gr. Vol.

Vol. VIII. pag. 136. adde *Saxii* On. II. pag. 146. ſq.

§. 100.

L E O.

Grammaticus et ſcriptor Byzantinus, circ. a. C. 949. ſcripſit Chronographiam recentiorum imperatorum, ab a. C. 813 — 949: quae graece, cum verſione latina *Iac. Goar.* et cum notis *Franciſci Combefiſii* acc. Theophanis Chronographiae, Paris. 1655. et Venet. 1729. Conf. *Fabric.* B. Gr. VI. pag. 380. *Hamberg.* III. p. 684. *Saxii* On. II. pag. 151.

§. 101.

THEOPHANES NONNVS.

Medicus graecus, ante a. C. 959. aut circ. a. 940. iuſſu Conſtant. Porphyrog. confecit breuiarium ſ. epitomen praeceptorum medicae artis curationisque morborum: quam graece et lat. edidit *Hieremias Martius*, Argentor. 1568. 8. — Vulgo quidem nominatur *Nonus:* at ex codd. Vindob. *Bernardus*, medicus olim et philologus Arnhemienſis, qui in noua libri editione paranda multos conſumſit annos, ſed antequam praelum illa plane relinqueret, vita deceſſit, verum nomen *Theophanis Nonni*, (quod poſterius nomen erat honoris,) reſtituit. Editionis autem haec eſt inſcriptio: *Theophanis* Nonni epitome de curatione morborum, gr. et lat. ope codd. msst. recenſuit notasque adiecit *Io. Stephan. Bernard.* Gothae et Amſtel. 1794. mai. 8.

8. In notis copioſis atque eruditis multa quoque veterum auctorum loca emendantur aut explicantur. In praefat. Bernard de auctore, opere, titulo libri, codicibus ac ſubſidiis, quae adhibuit, et ratione, quam ſectatus eſt in hac editione, vberius diſſerit. Epitome autem illa praebet excerpta ex antiquioribus medicis, in primis ex Alexandri Tralliani, Aetii et Paulli Aeginetae libris. Quae vero integra ex Alexandro capita inſeruntur, ea, ducibus codd. ſunt ab aliena manu. conf. ephem. litter. Gotting. a. 1794. nr. 121. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. XII. pag. 685. *Hamberger.* Z. N. Vol. III. pag. 685. *Saxii* On. II. p. 150.

§. 102.

GEORGIVS MONACHVS.

Enarrauit res a Leone Armenio vsque ad Romanum Lacapenum, a. 944 ſolio deturbatum, geſtas, ſ. *βίοις τῶν νέων βασιλέων*, et cenſetur in ſcriptoribus poſt Theophanem a *Combefiſio* recenſis et cum lat. verſione editis Paris. 1685. fol. v. *Fabr.* B. Gr. vol. VI. pag. 353. *Saxii* Onom. II. pag. 150 ſq.

§. 103.

IOSEPHVS GENESIVS.

Scriptor Byzantinus, ante a. C. 959. iuſſu imperatoris Conſtantini Porphyrogen. concinnauit de rebus Conſtantinopolitanis a Leone Armenio ad Baſilium Macedonem Libr. IIII. qui e codice Lipſienſi, cum verſione et notis *Steph. Bergleri* primum pro-

prodierunt, Venetiis 1733. fol. Conf. *Hamberger*. Z. N. Vol. III. pag. 686. et quos ille laudat; et *Burmann*. II. praef. ad Ariſtophanem pag. 8. *Saxium* in On. II p. 149. qui multus eſt de cod. Lips. eius apographo, et de editione illa Veneta, multis mendis contaminata, indeque ortis querelis.

§. 104.

CONSTANTINVS PORPHYROGENNETVS. *)

1. Natus a. C. 905, veneni potu a filio parato periit a. C. 959.

2. Filius Leonis Sapientis, imperator Conſtantinopol. Litterarum amorem a patre quaſi hereditate traditum accepit: qui non ſolum exemplo egregio praeiuit, ſed alios quoque homines doctos et artifices excitauit ad calamitatem atque interitum, qui litteris imminuit, depellendum. Quod vero per alios ex diuerſis libris excerpta facienda curauit; eo ipſo effecit, vt illi integri neglecti iacerent atque magnam partem interirent. Quae vel ab ipſo, vel illius iuſſu atque auſpiciis ſcripta ſunt, in recenſendis editionibus memorabimus.

3. De *adminiſtrando imperio* ad filium Romanum, editio princeps eſt *Io. Meurſii* 1610. 8. — graece et lat. cum notis *Anſ. Bandurii*, in eiusdem Imper.

*) De cauſſa huius cognominis, vniuerſim de hoc imperatore, eius matre etc. v. *Zepernick* ad Beckii libr. de Leonis nouellis ſupra laudatum pag. 225. 227. ſqq. et de *ecloga legum Leonis atque Conſtantini* pag. 373 ſqq. et Beck. ipſum pag. 17. ſqq. ibique Zepernicki notas.

Imper. orient. Tom. I. (de quo Bandurii libro vide Fabricii Biblioth. Gr. VI. pag. 569. ſqq.) — *de thematibus*, ſiue de agminibus militaribus, per imperium orientale diſtributis, liber, graece et lat. ex bibl. et cum verſione ac notis *Bonauent. Vulcanii*, Lugd. B. offic. Plantin. 1588. 8. — *de thematibus* occiduae partis orientalis imperii, libri II. graece, cum verſione notisque *Fed. Morelli* primum editi, Lutet. Paris. 1609. 8. — *De thematibus*, (h. e. praefecturis in vtroque imperio, vbi imperator de origine atque populis illarum praefecturarum agit,) imperii orientalis et occidentalis, libri II. graece cum verſione et notis *Anſelmi Bandurii*, in eiusdem Imperii Orient. Tom. I. — *Nouellae Conſtitutiones XIII.* cum verſione latina et caſtigationibus *Io. Leunclauii*, in huius iure graecorom. Tom. I. Libr. II. p. 103. T. II. p. 139. — *Nouellae* Conſtitutiones, (quas Meurſius ante publicarat,) IV. *Carolus Labbaeus* multis in locis reſtituit et auctiores edidit, notisque illuſtrauit, inter *Labbaei* Impp. Nouellas Conſtitut. gr. et lat. Paris. 1606. 8. — Haec Conſtantini opera, et Tactica *) *Io. Meurſius* coniunctim edidit, Lugd. Bat, 1617. 8. (reliqua enim, quae poſtea indicaturi ſumus, poſt Meurſii obitum lucem viderunt) *Io. vero Lamius*, quibusdam mutatis, typis repeti fecit, in Meurſii Operibus, T. VI. p. 921 ſq. et ex cod. Florentino addidit *Strategicon* de variarum gentium moribus, et quomodo vnaquaeque earum pugnat, et quomodo pugnando ei reſiſtere debeat. — *Libri*

*) conf. *Lamii* praef. ad Delicias eruditorum, Florent. 1740. 8. pag. XXV.

bri duo de ceremoniis aulae Byzantinae, gr. et lat. cum commentariis, opera *I. Henr. Leichii* et *I. Iac. Reiskii*, fol Lipſiae Vol. I. 1751. Vol. II. 1754. **) — *Baſilius Macedo*, ſ. hiſtoria de vita et rebus geſtis Baſilii imperatoris, gr. et lat. in *Leon. Allatii* *συμμίκτοις*, libr. 2. p. 1. Col. Agr. 1653. 8. et gr. cum vers. lat. *Franc. Combefiſii*, inter ſcriptores poſt Theophanem, Paris. 1685. — Idem *Combefiſius* in faſciculo Origg et antiqq. Conſtantinop. p. 75. publicauit gr. et lat. *Conſtantini narrationem* de imagine Chriſti ab ipſo ad Augarum Edeſſae regem miſſa et Edeſſa Conſtantinopolin translata, graece, cum verſione ſua: et pag. 102. ſqq. non ſolum illam orat. vindicat noſtro imperatori contra Lipomanum, qui Conſtantinum, Romani filium, auctorem fuiſſe condenderat; ſed etiam notis illam illuſtrat.

Iuſſu et auſpiciis illius Collectanea et Excerpta hiſtorico-politica et moralia facta, (quorum cap. 27. et 50. neque illa integra tantummodo ſuperſunt,) aliique libri ſunt compoſiti, nempe

Ex libris Polybii Megapolitani, *Selecta de legationibus* et alia (ſcil. fragmenta ex hiſtoriis, quae non exſtant, Dionyſii Halic. Diodori Siculi Appiani, Dion. Caſſii de legationibus etc.) primum edita ex Bibliotheca *Fuluii Vrſini*, Antwerp. ex offic. Cph. Plantini 1582. 4. — *Excerpta de legationibus* ex Dexippo Athenienſi, Eunapio Sardiano etc. gr. et lat. cum notis *Car. Cantoclari* et *Henr Valeſii*, Paris. 1648. fol. — Polybii, Diodori Siculi, Nico-

*) Conf. Relationes (Gotting.) de libris nouis, faſc. IV. pag. 390. ſqq. faſc. IX. pag. 249 ſqq.

Nicolai Damaſceni, Dionyſii Halicarn. Appiani Alexandr. Dionis et Ioannis Antiocheni *Excerpta* ex Collectaneis Conſtantini Auguſti Porphyrogennetae, *Henr. Valeſius* primum graece edidit, latine vertit, notisque illuſtrauit, Paris. 1634. 4.

Curauit praeterea *Veterinariae medicinae* libros II. qui graece cum verſ. latina *Io. Ruellii* primum in lucem editi ſunt, Baſileae 1537. 4. atque Γεωπόνικα ſiue *de re ruſtica ſelectorum libri XX.* collectore *Caſſiano Baſſo*, ſcholaſtico, antea Conſtantino Porphyrog. a quibusdam adſcripti, primum opera *Io. Alex. Braſſicani* graece editos Baſileae 1539. 8. — deinde emendatius, cum prolegomenis, notis et indicibus *Petr. Needham.* Cantabrig. 1704. 8. — et poſt Petri Needhami curas ad MSS. fidem denuo recenſi et illuſtrati ab *Io. Nicolao Niclas*, Lipſiae 1781. 8. II. tom. conf. cl. Niclas praef. et Needhami proleg. tom. I. vbi pag. XXXIV. ſq. vterque ſententias eorum, qui Geoponica a *Caſſiano Baſſo* collecta fuiſſe contendant, refert et probat: pag. XXXVII ſqq. de aetate et patria *Caſſiani* agitur. Niclas vero in notis monet docetque, eum patria fuiſſe Bythynum, et ſub Conſtantino Porphyrogenito ſ. VII. vixiſſe: adde pag. 6. tom. I. ibique Niclaſi notam. Alii *Caſſium Dionyſium*, Vticenſem, Geoponicôn auctorem eſſe cenſuerunt, v. *Saxium* in On. II. pag. 142 ſqq. vbi multus eſt de Conſtant. Porphyrog. de libris geopon. et de libris de caerimoniis aulae Byzant. adde eumdem in anal. pag. 551.

4. Plura vid. apud *Fabricium* in B. Gr. Vol. VI. pag. 486. ſqq. et pag. 501. ſq. de collectore geoponicôn. *I. H. Leighium* de vita et rebus geſtis

ſtis Conſtantini Porphyrogeniti, Lipſiae 1746 et praef. Ceremonial. Byzant. *Hambergerum* in Z. N. Vol. III. pag. 686. ſqq. *Saxium* On. II. pag. 142. ſqq.

5. Addam hic farraginem hiſtorico-chronologicam, hiſtorico, praeſertim in intelligendis atque explicandis rebus eccleſiaſticis verſanti, perquam vtilem, quam Matthaeus Raderus *Chronicon Alexandrinum* inſcripſit, arbitrans, auctorem fuiſſe Alexandrinum, atque graece et latine cum notis vulgauit Monachi 1624. 4. Opus illud etiam nomine *faſtorum Siculorum* laudatur, quoniam Hieronymus Surita codicem MS. in Sicilia reperit, vnde ab Antonio Auguſtino perlatus eſt Romam. Inde faſtos Conſulares excerpſit ediditque Sigonius et Panuinius, atque graece et latine *Sylburgius* in tomo tertio hiſt. Auguſtae. Scaliger, ad quem Caſaubonus ex ſuo codice plura excerpta miſerat, illa paſſim memorat nomine *Chronici Caſauboniani*, et graece edidit, praefixa epigraphe ἐπιτομῆς χρόνων, ad Chronici Euſebiani calcem. Vſſerius adpellat *Chronicon Conſtantinopolitanum*: *Antiochenum* vocare malit *H. Valeſius* ad Euſebium pag. 39. Sub vero autem titulo *Chronici Paſchalis* edidit, latine vertit notisque doctis illuſtrauit *Carolus du Fresne*. Integra autem inſcriptio operis vaſti et, quamuis nugis fabellisque haud careat, vtilis, haec eſt:

Πασχάλιον ſeu *Chronicum Paſchale* a mundo condito ad Heraclii imperatoris annum viceſimum. Opus hactenus Faſtorum Siculorum nomine laudatum, deinde Chronicae temporum epitomes, ac denique Chronici Alexandrini lemmate vulgatum: nunc tandem auctius et emendatius prodit, cum

noua latina verſione et notis chronicis ac hiſtoricis, cura et ſtudio *Caroli du Fresne*, *Dom. du Cange*, regi a Conſiliis et Franciae apud Ambianos quaeſtoris, Pariſiis e typographia regia 1688. fol.

Opus hoc ex variis ſcriptoribus, et ex variis ciuitatum vel prouinciarum *paſchalibus* ſiue canonibus de celebrando paſchate centonis inſtar concinnatum eſt; hinc diuerſitas orta eſt rationis, temporis ordinis ſeu Epocharum. Illius autem operis duo fuerunt auctores: quorum alter quidem res ab orbe condito ad a. C. 354. expoſuit; alter vero ad annum Heraclii viceſimum continuauit. Index denique imperatorum, qui ad Conſtantinum Monomachum a. C. 1042. pertingit, ab alio eſt profectus. Haec omnia, et quae Paſchaliων veterum fuerit forma, quot illorum claſſes, aliaque docte et copioſe explicat du Fresne in praefatione, idemque operi ſubiunxit ſelecta quaedam, (29.) monumenta, quorum ſyllabum quoque dedit *I. Alb. Fabricius* in B. Gr. Vol. VI. pag. 142. ſqq. *Saxii* On. II. pag. 43. adde *Fabr.* B. Gr. vol. IIII. pag. 257. *Hamberger* Z. N. III. pag. 489 ſq. — Actis SS. Auguſti ex latinis et graecis aliarumque gentis monumentis — collectis, digeſtis, — illuſtratis a *Io. Bapt. Sollerio*, *Io. Pinio*, *Guil. Cupero*, *Petro Boſchio*, e. S. I. presbyteris theologis, tom. 1. Antwerp. 1733. fol. praemittitur *Guil. Cuperi* ad tom. I. Auguſti tractatus praeliminaris de patriarchis CPolitanis, quorum ſeries ab initio iſtius cathedrae vsque ad aetatem noſtram deducitur. In diſſ. praeuia de exordio cathedrae CPolit. ſiue potius Byzantinae negat, illam cathedram a Petro et Andrea eſſe conditam, et examinat ac refutat ſeriem

riem epiſcoporum Byzantinorum vsque ad Metrophanem, init. ſaeculi IIII. ab auctore chronici Paſchalis traditam et firmatam.

§. 105.

Leo, Diaconus, a. Chr. 976. vir Aſiaticus, vt ipſe ſcribit, rerum, (vt verbis *Saxii* in Onom. II. pag. 156 ſq. vtar,) ab obitu Conſtantini Porphyrogenetae vsque ad mortem Io. Tzimiſcae imperatorum memorabilis; ſed vulgo neglectus, necdum editus auctor. E *Franciſci* tamen *Combeſiſii*, qui eum graece et latine promulgare in animum induxerat, ſuperſtitibus ſchedis praecipua quaedam capita deſcripſit *Anton. Pagius*, ſuoque *Critices Baronianae* peplo ab a. 960. IX. — a. 975 XIV. intexuit. Idem adnotat, nobiliſſima illa fragmenta, latine edita, I. A. Fabricium alioſque latuiſſe.

§. 106.

Etymologici, vt vulgo dicitur, *Magni* incertum auctorem, Suida recentiorem, circa an. 990 vocabulorum ſermonis graeci cauſſas indagaſſe atque collegiſſe, ſunt, qui exiſtiment. *Thomae Wartono* in praef. ad Theocritum pag. XV. not. I. anno Ch. cIↃ forte antiquior viſus eſt. v. ſupra, tom. I. proleg. pag. 80 ſq. in hoc tom. II. et in hac ſectione, paragr. de *Photio*, in primis *Saxium*, in Onom. II. pag. 159 – 163. vbi quoque de *etymologico* inedito *bibl. Vltraiect.* docte diſſerit, et in Analect. ibid. pag. 552 ſq. —

§. 107.

RHAZAE, ſiue Abubecher Muhammed ben Secharia Al-Raſi, qui multa Graecis ſcriptoribus debuit, et a. C. 1010. obiit, eruditionem, merita, ſcriptaque medica atque editt. perſequuntur *Hallerus* in Bibliothecis ſuis medicis, *Fabricius* in B. Gr. Vol. XIII. pag. 46. 266. ſq. 383. XII. p. 692. *Hamberger* in Z. N. Part. III. pag. 714. ſqq. *Saxius* in On. II. p. 147. qui eum collocat in a. 930. et de *Ioanne Serapione* medico, Arabe, circa. a. 1070. *Fabric.* l. c. p. 299. et *Hamberger* l. mem. p. 768.

§. 108.

Ioannes Mauropus, Euchaitenſium metropolita, verſificator graecus Chriſtianus, circa a. Ch. 1050. — Eius *epigrammata iambica carminaque* in praecipuorum faſtorum Patrumque pictas in tabulis imagines atque hiſtorias, et de aliis varii generis argumentis, graece edidit paucasque notas ad calcem libelli adiecit *Matthaeus Buſtus*, Etonae 1610. 4. v. *Fabricii* B. Gr. lib. V. cap. 16. §. XIX. vol. VII. pag. 717 ſqq. — De *Mauropi* oratione quadam inedita, in qua dictum I. Ioan. V. 7. οἱ αὐτοὶ τρεῖς καὶ ἕν, agit *Franc. Anton. Knittel* in: neue Kriticken veber den Spruch: Drey ſind, die da zeugen im Himmel etc. Brunſuic. 1785. 8. ſect. II.

§. 109.

§. 109.

NICETAS, cognomine *Stethatus* ſiue *Pectoratus*, Monachus Conſtantinop. vixit circ. A. C. 1054. ſcripſit libellum contra Latinos, qui latine exſtat in *H. Caniſii* lectt. antiq. tom. III. p. 308. edit. Basnagii: et carmen iambicum in Simeonem iuniorem, quod gr. et lat. *L. Allatius* inſeruit diatr. de Simeonibus pag. 168. conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 433. *Hamberger* III. p. 759. *Sax.* II. p. 181. — Diuerſus eſt a *Niceta*, medico Conſtantin. qui ſaeculo XI. Chirurgorum fragmenta collegit: atque edidit Anton. Cocchius *Graecorum chirurgic. libros e collectione Nicetae*, Florent. 1754. fol. conf. *Haller.* B. Chirurg. tom. I. pag. 113. *Saxii* Onom. II. pag. 191.

§. 110.

GEORGIVS CEDRENVS.

1. Monachus graecus, hiſtoricus parum doctus, neque eruditus: circ. A. C. 1057. Conſcripſit, vel potius deſcripſit Io. Scylitzae (v. paullo poſt,) compendium hiſtoricum, et miſere compilauit Annales ſiue Chronicon ab O. C. vsque ad A. 1057.

2. Prodiit illud compendium hiſtoriarum gr. et lat. cum notis *Guil. Xylandri*, Baſil. apud Oporin. 1566. fol. recus. at emendatius, tres lacunis ingentibus aliisque expletis, additisque *P. Iac. Goar notis*, et *Caroli Annibalis Fabroti* Gloſſario. Accedit primum *Ioan. Scylitzes*, Curopalates, excipiens, vbi Cedrenus deſinit, Paris. 1647. fol.

3. v. *Fabricii* B. Gr. VI. p. 155. et eos, quos *Hamberger* laudat Z. N. Vol. III. p. 761 atque *Saxius* in Onom. II. pag. 181.

§. 111.

1. ABV GASAR ACHMET, Arabs, medicus, qui mortuus eſt a. C. 1080.

2. Scripſit *viaticum peregrinantium* Libr. VII. in latinum olim conuerſos a *Conſtantino* *) *Africano*, (edit. cum aliis operibus *Conſtantini*, Baſil. 1536. fol.) in graecum autem a quodam, qui *Syneſius* fuiſſe dicitur, cuius tamen interpretationis liber tantum VII. typis deſcriptus eſt.

3. *Syneſius* de febribus, quem nunc primum ex cod. MS. edidit, vertit, notis illuſtrauit *Io. Stephanus Bernard.* Accedit Viatici, *Conſtantino Africano* interprete, Liber VII. Amſtel. et Lugd. Bat. 1749. 8. mai.

4. Conf. *Fabricii* B. Gr. Vol. XIII. p. 31. *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 782. *Bernardi* epiſtolas ad Reiskium, in huius vita germanice ſcripta et edita ab eius coniuge, Lipſiae 1783. 8. pag. 242 ſqq. 247. ſq. 252 ſqq. 257 vbi ex litteris Reiskii repetit, tractatum de febribus conſtituere partem Viatici Conſt. Afr. in libro quo vſus ſit Reiskius, tum in cod. msto arabico, et ita quoque rem ſe habere in cod. MS. Daumii; pag. 266. vbi quoque obſeruat Bernard, capiti de tertiana multa, ex Hippocrate ac Galeno petita, quae a Conſtantino Afro et Reiskii cod. ignorentur, a *Syneſio* addita eſſe; pag. 271. ſq. pag. 275 ſq. etc. in quibus omnibus litteris de multis *Syneſii* locis vel ſuam exponit ſententiam, vel Reiskium conſulit,

§. 112

*) De quo v. paullo poſt.

§. 112.
IOANNES SCYLITZES.

1. Patria Thraceſius, ſiue ex Aſia minore. Primum fuit Protoueſtarius, deinde Magnus Drungarius Vigiliae ſiue praefectus excubiarum, denique *Curopulates*, A. C. 1081. adhuc in viuis fuit.

2. Quum adhuc Protoueſtarius eſſet, ſcripſit *hiſtoriarum compendium*, a morte imp. Nicephori, h. e. a. 811 vsque ad initium imperii Is. Comneni, a. 1057. quod hodie exſtat ex latina verſione *Io. Baptiſtae Gabii*, Venet. 1570. fol. Illud legit Cedrenus, et maximam partem in ſuum retulit compendium. v. paullo ante. — Poſthaec *Scylitzes* iterum recenſuit ſuum compendium, et vsque ad a. C. 1081. continuauit. Alterius huius recenſionis altera pars ſupereſt, gr. et lat. cum notis. *Iac. Goari*, et cum *Cedreno* Paris. 1670. fol. edita. — *Montfaucon* in Bibliotheca Coislin. p. 207. vulgauit *Ioannis Prologum in hiſtoriam Byzant.* gr. et lat. atque *Leunclauius* in Iure graeco rom. Libr. II. pag. 132. illius *Notoriam* et *Conſultationem* de ſponſalibus diſcidendis ad Imp. Alexium Comnenum.

3. Vide *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 386. et *Hambergeri* Z. N. Vol. III. pag. 783. *Saxii* On. II. p. 194.

§. 113.

CONSTANTINVS, Carthaginienſis, monachus Caſinenſis, medicus, auctor ſcholae Salernitanae; vixit poſt a. C. 1086. — *Conſtantini Africani* Pantechni X. libri theorices et X practices. — Viaticum *Iſaac*, etc. ex recenſione *Andreae Tarini*. cum

Iſaac, Salomonis Arab. R. fil. Opp. Lugd. 1515. fol. — de morborum cognitione et curatione libri VII. de remediorum et aegritudinum cognitione et curatione liber I. de vrinis lib. I. etc. Baſil. ap. Henricum Petrum, 1536. fol. — locorum communium theoreticorum libri X. item *Antonii Gaizonis* de ſomno eiusque neceſſitate. Baſileae ap. Henr. Petrum, 1539 fol. — de humana natura, liber I. de elephantia lib. I. de remediorum ex animalibus materia liber I. cum *Albucaſis* methodo medendi. Baſil. 1541. fol.

Comment. de cod. msto bibl. acad. Altorfinae, Conſtantini de febribus, rec. in *Waldau* theſauro Bio-et bibliographico, Chemnit. 1792. 8. p. 215. ſqq. — De Conſtantino plura vide apud *Fabricium* Vol. XIII. B. G. p. 123. *Hamberger* Z. N. Vol. III. p. 793. *Saxium* On. II. pag. 197. et quae paullo ante de Abu-Achmet notata ſunt.

De *Xiphilino*, ſaec. XI. vide ſupra ad Caſſium Dionem, et *Saxii* Onom. II. p. 188. ſq.

§. 114.

MICHAEL CONSTANTINVS PSELLVS MINOR.

1. Conſtantinopolitanus; natus a. 1020; quando autem viuere deſierit, eſt incertum; tamen circ. a. 1071. et diu adhuc poſtea floruit fama viri doctiſſimi.

2. Atque pro conditione temporis illius inficetique et vero barbari homo erat multarum variarumque litterarum, qui et ore et ſcriptis litterarum artiumque fugam quaſi ſiſtere ſtuderet. Fuit enim theologus, Ictus, phyſicus, mathematicus, philo-

philoſophus et hiſtoricus. Athenis primum operam dedit artibus: poſtea Conſtantinopoli, cum ſummo plauſu in ſummaque dignitate atque auctoritate philoſophiam docuit, rhetoricen atque dialecticen. *Michaelis* VII *Ducae* ſiue *Parapinacei* praeceptor, eiusque, quum imperator eſſet, amicus: denique, quum aduentu Ioannis Itali, hominis facundia potius quam doctrina atque eruditione valentis, ſuam apud proceres auctoritatem imminui videret, ſeceſſit in coenobium Permulta ſcripſit, potiſſimum philoſophici, medici et theologici argumenti. Librorum catalogum atque editiones v. apud *Hambergerum* in kurze Nachrichten von den vornehmſten Schrifftſtellern etc. Vol. II. pag. 1360. ſqq. et Z. N. Vol. IV. et, quos hic laudat, pag. 9. ſq. et apud *Leon. Allatium* de Pſellis, in notisque ad eum *Fabricii* in B. Gr. vol. V. vbi a pag. 14 — 186. copioſe agitur de hoc Mich. Pſello. — Pauca hic tantum delibabimus ἑρμηνεία τȣ͂ — ψέλλȣ εἰς τὸ ἄσμα τῶν ἀσμάτων διὰ ςοίχων πολιτικῶν etc. *Io. Meurſius*, primus nunc e tenebris eruit et publicauit cum notis: cum Euſebii, Polychronii — expoſitionibus in Canticum Canticorum. Lugd. Bat. 1617. 4. pag. 113. — idem cum interpretationibus *Andr. Schotti* et *Franc. Zini*, in *Meurſii* Opp. Florent. 1746. fol. tom. VIII. pag. 289. — idem, (ex cod. Vaticano, ab edit. Meurſiana discrepante,) vna cum expoſitione Cantici Canticorum per paraphraſin collecta ex S. Gregorii Nyſſae pontificis et S. Nili et S. Maximi commentariis, gr. et lat. *Franc. Zino* interprete, in Magna bibl. vett. patrum. Paris. 1634. tom. XIII. pag. 681. — Synopſis legum, verſibus iambis et

politicis: carmina politica de dogmate et nomocanone. Nunc primum graece edita, latina interpretatione et notis illuſtrata, per *Franc. Bosquetum*, Paris. 1632. 8. — *Cornel. Sieben*, vir doctus Amſtel. qui editurus ſynopſin illam, morte abſumtus conſilium exſequi non potuit, ſpecimen dedit obſeruationum critic. in Pſelli ſynopſin legum, quod legitur in Miſc. obſſ. crit. Belgicis, vol. VI. tom. I. pag. 199. ſqq. — Rec. Synopſis LL. verſibus iambis et politicis, gr. edita, latina interpretatione, (ab Archibaldo Maclaine locupletata atque emendata,) et notis illuſtrata. Opera et ſtudio *Franc. Bosqueti.* Adiectae ſunt hac iterata editione obſeruatt. *Corn. Siebenii*, in *Ger. Meerman.* nouo thes. iuris ciuilis et canon. tom. I. pag. 37. Carmina tamen de dogmate et nomocanone carent verſione lat. — Synopſis LL. — cum lat. interpretatione et notis *Franc.* Bo*squeti*, Narbonenſis Icti, ſelectisque obſeruatt. *Corn. Siebenii.* — emendatius edidit *Ludou. Teucherus*, iur. candidatus. Lipſiae 1789. mai. 8. Meliores lectt. ex editionibus Siebenique notis hinc inde reſcripſit, aut ipſe interdum excogitauit Teucherus. — Haec Pſelli ſynopſis, in vſum imperatoris Ducae confecta, opuſculum eſſe dicitur tenue, obſcurum, nec plenum, nec ordine ſcriptum: multis erroribus refertum eſſe, iudicat *Bachius* in hiſtoria iurisprud. rom. lib. IV. cap. 2. ſect. II. §. 8. pag. 684. ed. IV. Lipſiae 1782. 8. adde *Ant. Auguſtini* Emend. IV. 3. et *Zepernick* ad Casp. Ach. Beckii de Nouellis Leonis etc. librum pag. 49. ſq. qui quoque adnotat, varia ex hac ſynopſi ſub *ſcholiorum* nomine vulgata eſſe in *Attaliatae* ſynopſi, v.

c.

c. tit. 16. 25. 28. 32. excuſa tamen indiſtincte, tamquam orationem ſolutam.

Pſelli opus in quatuor mathematicas diſciplinas, arithmeticam, muſicam, geometriam et aſtronomiam, gr. Venet. apud Stephanum Sabium et fratres: (editore *Arſenio.*) 1532. 8. — rec. Paris. ap. Iac. Bogard. 1545. 12. — Perſpicuus liber de quatuor mathematicis ſcientiis, arithmetica etc. gr. et lat. nunc primum editus. *Guil. Xylandro* interprete. cum nonnullis eiusdem adnotationibus etc. Baſil. 1550. 8. ap. Io. Oporin. (1554. in Pinelli Catal. I. p. 329.)

— *Muſica*, gr. et lat. Paris. ap. Io. Lodoic. Tiletanum. 1545. 8. — gr. et lat. per *Lampert. Alardum*, cum eiusd. libro de muſica vett. Schleuſingae 1636. 12. conf. *Forkel* allgemeine Litteratur der Muſik pag. 68. ſq. vbi quoque *Mitzleri* verſio germanica memoratur.

— Introductio in ſex philoſphiae modos et compendium quinque vocum et decem praedicamentorum philoſophiae. graece. cum lat. verſione *Iac. Foſcareni.* Venet. ap. Steph. Sabium et fratres. 1532. 8. curante *Arſenio.* — gr. et lat. Paris. 1541. 12. —

— Synopſis organi Ariſtotelici, graeco - latina, primum edita ab *Elia Elinghero.* Wittebergae, ex typogr. Zach. Lehmanni 1597. 8.

— Commentarii in octo libros de phyſica auſcultatione Ariſtotelis, ex interpretatione *Io. Bapt. Camotii*, Venet. apud Fed. Turriſan. 1554. fol.

— de operatione daemonum dialogus *Gilbertus Gaulminus* primus gr. edidit et notis illuſtrauit.

uit. Lutet. Paris. Hieron. Drouart. 1615. 8. *) Verſio lat. eſt *Petri Morelli*, Paris. 1577. 8. quae etiam exſtat in bibl. PP. max. Lugd. tom. XVIII. pag. 589. gr. et lat. ex ed. Paris. rec. e muſeo *Dan. Haſenmülleri*. Kilon. 1688. 12. — *Bernard* in epiſt. ad Reiskium in huius vita pag. 276. pro ἐνεϱγέια in libri inſcriptione corrigere malit ἐναϱγέια, quia Pſellus hoc in libro non tam probatum iuiſſe daemonas operari, quam potius voluiſſe, formam, qua adparerent. deſcribere videatur.

— Iambi in vitia et virtutes, Anagoga in Tantalum, Allegoria de Sphinge, Anagoga in Circem, gr. ſtudio *Arſenii* archiep. Monembaſiae: inter Praeclara dicta philoſophorum etc. Romae ſ. a. 8. — Iambi in vitia et virtutes, et allegoriae, graece. rec. cum *Heraclidis Pontici* allegoriis. Baſil. apud Io. Oporin. 1544. — cum Ariſtot. libello de virtut. gr. Argentor. 1560. 8.

Oracula magica Zoroaſtris, cum ſcholiis Plethonis et *Pſelli* nunc primum editi, e bibl. regia ſtudio *Io. Opſopoei*. Paris. 1599. 8. conf. *Freytag* adpar. litt. III. pag. 95. ſqq.

— Libellus de lapidum virtutibus. *Phil. Iac. Mauſſacus*, primus vulgauit, lat. vertit, et emendauit. Toloſae 1615. 8. — gr. et lat. (ex vers. Mauſſaci,) cum notis *Ph. Iac. Mauſſaci* et *Io. Steph. Bernardi*, (qui ex coniectura textus verba emendare ſuſtinuit.) Acc. fragm. de colore ſanguinis ex doctrina

*) Conf. *Freytag*. adpar. litt. tom. III. pag. 100. ſqq. vbi quoque de prima verſione Marſilii Ficini, qui excerpta dedit, cum Iamblicho aliisque Ven. ap. Aldum 1497. ſqq. de Morelli vers. de hoc Pſelii libro, Pſelloque multus eſt.

doctrina medica Perſerum, nunc primum ex cod. bibl. Lugd. Bat. editum. Lugduni Bat. Ph. Bonick. 1745. 8. *) conf. *Bernardi* epiſt. ad Reiskium, in huius vita etc. pag. 274. ſq. vbi *Medicinale Pſelli*, quod Pſelli eſſe iam negauit Allatius, *Nonni* librum eſſe iudicat: et pag. 276. emendat locum Pſelli de lap. p. 34. ab eo in edit. praetermiſſum, atque pro Ἰνδία corrigit ἡ Ἰνδῶν cod. enim habebat Ἰνδῶν.

— de victu humano, latine *Georgio Valla* interprete, cum Nicephori Blemmidae logica, et aliis. Venet. per Anton. de Strata, 1488. — ibid. per Simeon. Papienſem, dictum Beuilaquam, 1498. fol. v. *Fabr.* B. med. et inf. aetat. vol. VI. p. 281. edit. Manſi.

— Iudicium de Heliodori et Achillis Tatii fabulis amatoriis, graece, (e cod. Voſſiano,) in Miſc. obſſ. crit. in auctor. vet. et rec. vol. VII. tom. III. pag. 367.

— (ſ. anonymi) patria, ſeu Origines vrbis CPolitanae, i. e. de antiquitatibus CPolitanis lib. IV. gr. et lat. e codd. msst. edidit, varietate lectionis inſtruxit et commentariis illuſtrauit *Anſelm. Bandurius;* in eiusd. Imperio orientali, Paris. 1711. fol. *Caſimir. Oudin.* in Triade diſſertatt. criticar. Lugd. Bat. 1717. 8. diſſ. tertia oſtendit auctorem illorum quatuor librorum eſſe Michael. Pſellum. v. Acta erudit. a. 1718. mens. Mart. pag. 110.

3. Huic *Pſello* a nonnullis tribuebatur liber de podagra, arthritide et id genus morbis. At hodie conſtat,

*) *Pſellum maiorem* huius libri auctorem haberi ab Allatio, ſupra in paragr. de Photio ſub finem eſt adnotatum.

conſtat, eum ſcriptum eſſe a *Demetrio Pepagomeno* ad Mich. Palaeologum, cuius erat archiater, 1271. Primum liber verſus et editus eſt a *Marco Muſuro* Romae 1517. et ſub incerti auctoris nomine, inter *Henr. Stephani*, Med. art. Principes, tom. II. 1567. fol. deinde a *Guil. Morelio* gr. cum verſione latina, (cuius auctorem fuiſſe Turnebum, ait Bernard; negat vero eius cenſor,) Lutet. 1558. Eſt vero inter Turnebi Opp. Argent. 1600. fol. tom. II. pag. 138. ſq. conf. *Freytag* adpar. litter. II. pag. 692. gallice verſus a *Federico Iamotio*, et e gallico latinae linguae redditus eſt a *Io. Borgeſio*, Belga, Audomari. 1619. Eum Hippocratis ac Galeni Opp. adiunxit *Ren. Charterius.* — Critica doctaque eſt editio: *Demetrii Pepagomeni liber de podagra*, gr. et lat. quem ope MSti bibl. Lugd. Bat. recenſuit, et notis illuſtrauit *Io. Steph. Bernard.* Lugduni Bat. ap. Phil. Bonk. 1743. 8. Cod. mſt. deſinit cap. 17. Vbi is defecit, Bernard ex ingenio refinxit corrupta, item vt loca aliorum ſcriptorum, qui obiter citandi erant. conf. noua acta erudit. a. 1745. mens. Iun. pag. 502. ſqq. vbi cenſor et plura notauit, et quaedam loca correxit. adde *Bandini* cat. mſst. gr. bibl. Laurent. tom. II. pag. 364. ſqq. Num huic Demetrio Pepagom. a Rigaltio iure adſcripta fuerint 1) opus de re accipitraria, 2) aliud Orneoſophion et 3) lib. de canum curatione, disputatum eſt a me ad Fabr. B. Gr. vol. I. pag. 211. not. et negauit id Bandinius loco citato. Adde *Fabr.* B. Gr. vol. X. p. 398. et XII. p. 647. ſq. *Saxii* On. II. pag. 317. ſq. — Memorabo per hanc occaſionem, *Demetrii Pepani*, Domeſtici Chii, (qui a. 1282. aut

autſerius vixiſſe fertur,) opera, que reperiuntur, e graeco in lat. vertit et adnotationes adiecit *Bern. Stephanopolus*, Romae 1781. II. voll. mai. 4. cum praef. I. Chſtph. Amadutii.

§. 115.

PHILIPPUS SOLITARIUS.

Monachus circa a. 1105. ſcripſit verſibus politicis librum *de dioptra*, ſ. disputat. inter animum et corpus, ad Callinicum Monachum, ad quem libr. Mich. Pſellus confecit praefationem et notas. v. *Hamberg.* Z. N. IIII. pag. 11. not. et *Saxii* On. II. pag. 211. ſq.

§. 116.

SIMEON SETHUS ſ. SETHI FILIUS.

Protoueſtarius Conſtantinopoli in palatio Antiochi: ex quo munere ortum fuiſſe errorem, illum Antiochiam habuiſſe patriam, cenſet *Hamberg* Z. N. IIII. pag. 13. not. *Saxius* tamen cum aliis in On. II. pag. 190. ſcribit, eum fuiſſe patria Antiochenum, medicum CPolitanum, a. C. 1075. ſcripſiſſe aut potius ex aliis auctoribus, maxime Pſello, (cui ideo in cod. quodam adtribuitur,) congeſſiſſe dicitur ſyntagma per litterarum ordinem de cibariorum facultate, vtilitate et noxa; edit. gr. et lat. *Lilio Gregorio Gyraldo* interprete, Baſil. ap. Mich. Iſingrin. 1538. 8. — graece, ex duobus bibl. Mentelianae MSS. emendatum, auctum, et lat. verſione donatum, cum difficilium locorum explicatione, a *Mart. Boydano.* Lutet. Paris.

Paris. 1658. 8. — lat. Gyraldo interprete, per *Dominicum Montheſaurum* Veronenſem correctum et paene reformatum. Baſil. ap. Petr. Pernam, a. 1561. 8. Monthes. in praefatione ſ. epiſt. dedicatoria adfirmat, ſe Simeonis librum adauxiſſe partim, partim correxiſſe. Plura leges in libro *Leonis Allatii* de Symeonum ſcriptis, Par. 1664. 4. p. 181. ſqq. vbi vocatur *Symeon Veſtus*, *Sethus*, *Magiſter Antiochenus*. eumdem Allatium de Pſellis §. LI. in Fabr. B. Gr. vol. V. pag. 33. ſq. et ipſum *Fabr.* B. Gr. X. pag. 319. ſqq.

§. 117.

MICHAEL ATTALIATA.

Ictus graecus circa a. Chr. 1073. quo quidem anno ſcripſit *ποίημα νόμικον ἤτοι πραγματικὴν* *opus de iure ſiue pragmaticam, factam iuſſu Imper. Mich. Ducae.* Id opus, maxime et Baſilicis excerptum, titulis XCV. conſtat, de quo curatius diſſerit, aut Attal. defendit *Zepernick* ad Beckii libr. de Leonis Nou. pag. 21. 73. adde ibid. p. 58. 362. et 473. *Fabr.* B. Gr. vol. XII. pag. 469. ſq. et 489. *Saxii* Onom. II. pag. 190. et pag. 555.

§. 118.

ALEXIUS COMMENUS.

Imperator a. Chr. 1081. Eius *nouella de electione epiſcoporum* graece, cum *Cotelerii* verſione in eius tomo II. monumentorum eccleſiae graecae p. 178. ſqq. Paris 1681. 4. — *nouum rationarium imperii*, in tom. IIII. eorumdem monumentor. ſ. in Ana-

Analectis gr. poſt Cotelerii obitum per Monachos Benedict editis, ibid. 1692. 4. pag. 367. ſqq. — *aurea bulla de donandis et rebus ſacris* non temere contrectandis, nec in alios vſus vertendos, latine legitur in Bibliothecis Patrum, Paris. 1575. tom. V. et 1589 et 1654 tom III. atque ed. Colon. 1622. tom XV. ac Lugd. tom. XIX. pag. 957. — gr. et lat. in *Leunclauii* iure graeco-rom. lib. II. pag. 124. vbi etiam occurrunt aliae *conſtitutiones Alexii Comneni*, *Iſaaci Comneni*, *Ioannis Comneni Manuelis Comneni*, *Alexii Comneni* II. v. *Saxii* On. II pag. 194. in primis *Bachii* hiſtor. iurispr. rom. lib. IV. cap. 2. ſect. I. §. 15. ſqq. de illis Comnenis pag. 650. ſqq. et ſect. II. §. 21. pag. 671. ſqq. de illorum *nouellis etc. Fabric.* B. Gr. vol. VI. pag. 392. ſqq. vbi quoque pluribus agit de *Manuelis Comneni* legatione a. Chr 1170. miſſa ad Norſeſin Catholicum ſiue generalem epiſcopum Armeniorum, et legati *Theoriani* *) colloquio, quod cum illo Catholico de religione habuit, et e cod. Io. Sambuci gr. atque latina verſione ſua primus cum aliis opuſculis edidit *Io. Leunclauius*, Baſil. 1578. 8. — rec gr. et lat in Auctario bibl. patrum, curante *Frontone Ducaeo*, Paris. 1624. tom. I. pag. 439. — De *Manuelis Comn.* legatione ad Alexandrum III. pontif. rom. a. 1168. v. *Saxii* On. II. pag. 257. et quos ille citat. — Idem Fabr. l. c. differit de *Andronici Comneni*, imperat. CPolit. a. m. Nou. 1183. ad m. Sept. 1185. *dialogo contra Iudaeos*, eiusque codd. et edd. adde *Saxii* On. II. p. 269.

Impe-

*) De *Theoriano* v. *Saxii* On. II. pag. 258. et quos ille memorat.

Imperatorum *Io. Comneni*, Alexii F. (in Cilicia 1143. mortui,) epiſt. II. ad pontificem rom. Honorium II. et illius filii, *Emmanuelis Comneni*, (defuncti 1180.) I. epiſt. ad pontificem rom. Alexandrum III. graece et lat. notis doctis illuſtratas, immo obrutas edidit *Amadutius* in tomo II. *Operum Demetrii Pepani* — quae e gr. in lat. vertit et adnott. adiecit *Bern. Stephanopulus.* Acc. praefat. *Io. Chr. Amadutii etc.* Romae 1781. mai. 4. Epiſtolae illae ſunt perbreues, et imperatores tantum promittunt more illius aeui et aulae, ſe paratos eſſe ad ſuam eccleſiam cum romana coniungendam.

§. 119.

Ioſephi, ſcriptoris Chriſtiani, aetatem in a. Ch. 1090 fere ponendam ſuſpicatur *Saxius* in On. II. pag. 198. Ex Ioſephi illius *Hypomneſtico* particulas primus gr. et lat. edidit *I. A. Fabric.* in cod. pſeudepigr. V. T. pag. 901. et 911. librorum autem V. capita gr. et lat. e cod. Cantabrig. indicauit ac quaedam de eo adnotauit idem in B. Gr. lib. V. cap. 41. vol. X. pag. 109. ſqq. — Particula quaedam eſt in cod. Matrit. teſte *Iriarto* in cat. codd. gr. pag. 478.

§. 120.

EUSTRATIUS.

Metropolita Nicaenus, philoſophus peripateticus, qui Ariſtotelis ethica, et libr. II. poſteriorum analyticorum illuſtrauit; idem theologus. Atque a. 1117. palinodiam ſuam ſynodo CPolitanae, iuſ-

ſu

ſu et auctoritate Alexii Comneni imp. habitae, obtuliſſe dicitur. v. *Fabr.* B. Gr. vol. III. pag. 264. ſq. ibique notas, vbi et alii *Euſtratii* enumerantur, et pag. 493. ed. nou. *Saxii* On. II. p. 215. ſq.

§. 121.

IOANNES ZONARAS.

1. Poſt a. C. 1118. mortuus eſt.

2. Conſtantinopolitanus, atque ſub Alexio Comneno magnus Drungarius et princeps amicorum imperatoris. Ob mortem coniugis et liberorum, vitae aulicae ſatietate captus, in monaſterium ſeceſſit.

3. Multa ſcripſit, quae recenſuerunt *Fabricius* in B. Gr. Vol. X. pag. 241. Vol. XI. pag. 46. et *Hamberger* in Z. N. Vol IV. pag. 84. ſqq. atque in kurzen Nachrichten etc. Vol. II. p. 1409. ſqq. Equidem memorabo eius *Chronicon* ſiue *Annales*, quos gr. et lat. cum notis, *Hier. Wolfius* edidit, Baſil. 1557. fol. — quam Wolfianam editionem cum ſcriptis codicibus contulit, latinam verſionem recenſuit, Annales notis illuſtrauit, *Carolus du Freſne, dom du Cange*, Paris. Vol. I. II. 1686. fol. rec. Venetiis in corpore hiſtoriae Byzantinae. — *italice* verſa eſt hiſtoria a *Marco Aemilio*, Florentino, Venet. 1560. 4. — a *Ludou. Dolce*, ibid. 1564. 4. et 1570. 4. conf. *Paitoni* bibliotheca degli Autori — volgarizz. tom. IV. pag. 244. ſqq. Adde ſupra, Caſſium Dionem, et *Reimarum* in praef. ad Dion Caſſium, tom. I. pag. XXI. ſq. it. *Saxii* On. II. pag. 216. ſq.

§. 122.

NICEPHORVS BRYENNIVS, MACEDO, rebus geſtis clarus et gener imperatoris Alexii Comneni, atque Annae Comnenae maritus, defunctus eſt circ. a. C. 1137. Scripſit ὕλην ἱϛορίας, cuius quatuor libri ſuperſunt, quos *Petrus Poſſinus* primus edidit et inſcripſit, *Nicephori Caeſaris Bryennii* commentar. de rebus Byzantinis, Paris. 1661. fol. ad calcem Procopii, in edit. Paris. Corp. Byzant. — rec. Venet. 1729. cum *Caroli du Fresne* notis hiſtoricis et philologicis, quae antea ſubiectae ed. Io. Cinnami Paris. 1670. deſcriptae fuerant formulis typographicis. v. *Fabricii* B. Gr. vol. VI. pag. 343. et *Hamberg.* Z. N. vol. IV. pag. 137. et vol. III. p. 411. ſq. *Saxii* On. II. p. 217.

§. 123.

CYRVS THEODORVS PRODROMVS, ſ. PTOCHOPRODROMVS.

1. Conſtantinopolitanus, verſificator et ſcriptor eroticus. Scripſit circ. a. C. 1140. carmina minus feſtiua et venuſta, dialogos eroticos, inuectiuas atque epiſtolas.

2. Memorabimus: Epigrammata (tetraſticha Vet. et N. T.) gr. parum emendate, Baſileae 1536. 8. graece et lat. cum argumentis et notis *Hierem. Erardi*, Lipſiae 1598. 8. — gr. et lat. cura *Guidonis de Souvigny.* Iuliomagi, 1632. 4. — Rhodantes et Doſiclis amorum Libr. IX. verſu iambico, graece et lat. — et dialogum, Amarantus, ſiue ſenilis amor etc. interprete *Gilb. Gaulmino*, Paris 1625. 8. — Male tribuitur Theodoro

doro Prodromo fabula *Nicetae Eugeniani* de Droſillae et Chariclis amoribus. Contra *Prodromus* ille auctor eſſe adfirmatur dramatis, in quo murium et felis pugna deſcribitur, ſ. *Galeomyomachiae*, ad Batrachomyomachiae imitationem verſibus graecis iambicis compoſitae, et cum Batrachom. atque Aeſopi fabb. aliquoties editae. vide cl. *Villoiſon* in anecdotis gr. tom. II. pag. 242. et 243. et *Fabr.* B. Gr. vol. pag. 337. et quae ibi adnotaui. — Epiſtolas, graece, ital. et lat. leges in Miſcellan. ex MSS. libris biblioth. coll. rom. Soc. Ieſ. Romae 1754.

2. Plura vide apud *Fabricium* in B. Gr. vol. VI. pag. 199. ſqq. et *Hambergerum* in Z. N. vol. IV. pag. 176.

§. 124.

ANNA COMNENA.

1. Filia imperatoris Conſtantinopolitani Alexii Comneni et Irenes; nata eſt a. C. 1083. Omnibus artibus liberalioribus erudita et aequales et omnem poſteritatem in ingenii ſui, eruditionis atque ſuauitatis, quibus virtutibus reliquos ſcriptores Byzantinos ſuperaſſe multis videtur, admirationem rapuit. Exſtincto ante nuptias, qui ipſi deſponſatus fuerat, Conſtantino Duca, Nicephoro Bryennio nupta eſt. Huic vero, conſpiratione contra fratrem, imperatorem Ioannem Comnenum, facta; nimia ambitione inflammata, imperatoris diadema, at fruſtra, tentauit parare. Poſt mariti mortem (1137) opus *Alexiados*, ſiue de rebus Alexii Comneni, patris ſui; Cangio iudice in praef. ad Cinnamum, acri profecto ſupra ſexum

iudicio ac ſingulari elegantia conſcriptum, circa a. C. 1148. an. aetatis 65. abſoluit, quod conſtat libr. XV.

2. Libros VIII. priores, non ſine multis lacunis, ex codice Auguſtano vulgauit cum notis ſuis *Dauid Hoeſchelius*, Auguſtae Vindel. 1610. (in quorumdam exempl. fronte annus 1618. ſignatus eſt,) 4. — Omnes quindecim libros e cod. Barberino deſcripſit *Petrus Poſſinus*, S. I. et cum Gloſſario atque Hoeſchelii notis edidit, Paris. 1651. fol. recus. in Corpore Byzant. ſcriptorum, Venet. 1729. cui *Caroli du Freſne* animaduerſiones, olim ad Cinnamum Paris. 1670. additae, acceſſerunt. — *Montfaucon* Bibliothecae Coislinianae, Paris. 1715. pag. 521. — 560. varias lectiones codicis Coisliniani inſeruit. — *I. Fr. Gronouius* nouam eamque auctiorem Alexiados editionem molitus erat, teſte Fabricio. — Itidem nouae editionis ſpem fecit *Io. Conr. Fueslin* in diſſertat. de Alexiade Annae Comnenae, qua ſimul graecarum litterarum cultores et Profeſſores ad nouam huius libri editionem curandam et publicandam excitauit, Turici 1766. 4. nec non in Epiſtola de noua Alexiados editione curanda et diuulganda, in Biblioth. Bremenſis nouae claſſe VI. faſc. II. nr. VI. pag. 162. ſqq. — Opus Alex. germanice verſum eſt in *Schilleri* collectione hiſtorica, Memoires etc. inſcripta, Ienae vol. I. et II. prima ſect. 1790. 8.

3. Antiquos graecos auctores diligenter lectitauit, et artem venuſte ſcribendi ab illis diſcere ſtuduit. Neque ſine amoenitate ſcripſit; at in hac vna boni hiſtorici virtute, reliquis haud coniunctis, vnicam quaſi perfectionem ſtili poſuit. Hinc perpetuo

petuo venata eſt floſculos rhetoricos, atque eruditionem locis pluribus haud commodis adfectauit, eoque veritatis hiſtoricae leges migrauit interdum, atque amori aduerſus patrem plus iuſto indulgendo, laudauit ea, quae laudem non omnino meruiſſent. De expeditionibus cruciatus et Francis arrogantius ſcripſit, hosque tamquam barbaros incultosque non ſine ira, odioque et contemtu depinxit. v. *Auguſtin. Maſcardum* de arte hiſtorica p. 205. ſq. *Degor. Whear* relectiones hiemales, ſect. 38. pag. 183. ſq. et *Neuii* acceſſion. ad illas, p. 295. in primis virum quemdam doctum in eleganti disp. de Anna, eius indole, ingenio opereque et de ingenio ſcribendique genere Byzantinorum, in *Bieſteri* Berlin. Monathsſchrift, m. Nou. a. 1791. pag. 421 – 449.

4. Confer *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 390. ſqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. IV. pag. 182. ſq. — *Aeg. Menagii* hiſtoriam mulier. philoſopharum pag. 39. *Io. Chriſtian. Wolf* in catalogo foeminarum olim illuſtrium pag. 274. ſqq. ad Mulierum graecarum fragmenta. *Saxium* in On. II. pag. 218. ſq.

§. 125.

SVIDAS.

1. Lexicographus incertae aetatis. *Ludolphus Kuſterus*, qui diſſert. de Suida, Cantabrigiae 1701. 4. vulgarat, in praefat. ad editionem, recuſa in *Fabricii* B. Gr. Vol. IX. pag. 621. ſqq. cum huius animaduerſionibus, variorum recenſet ſententias. *Hambergerus* quidem in Z. N. Vol. IV. pag. 185. ſq. cum Oudino adligat illius aetatem medio ſae-

culo XII. — *Saxius* tamen in On. II. pag. 154. cum *Pagio* in critica Baroniana ad a. 975. n. XIX. huic anno 975. aetatem Suidae adſerendam cenſet. Fabric autem ad Küſteri praef. pag. 626. in nota cum Voſſio ſtatuit, Suidam floruiſſe circa ſaec. XI. extremum.

2. Lexicon ſuum ex diuerſis auctoribus, praecipue ex Ariſtophanis, etiam Thucydidis *) et Apollonii Rhodii ſcholiaſtis, nec ſatis caute, nec eleganter, nec ſemper optimis vſus codicibus, compilauit. In tanta tamen tempeſtate et barbarie, in quam Suidae aetas incidit; in tantaque diuerſorum, quos verſauit et excerpſit, ſcriptorum inprimis Lexicographorum diuerſitate, nec ſuauitas ſtili, nec elegantia aequabilitas quaerenda eſt et poſtulanda. „Gloſſas vero, vti cel. *Schultze* in libello mox laudando, docte et acute oſtendit, ordine non vbique ſatis concinno diſponit, in interpretationibus nominum graecorum parum cautus eſt; in producendis ſcriptorum locis ſaepius modum excedit, eaque nimium contrahit, haud raro etiam corrumpit; ſibi non ſatis conſtat; in iis, quae ad hiſtoriam pertinent, nimius eſt, et res ſua natura diuerſas, temere commiſcet.“ Neque tamen caret virtutibus, et a librariis ſaepe deprauatus, interpolatus atque corruptus eſt. Atque, quum in colligendis antiquae hiſtoriae monumentis eſſet indefeſſus, vel ob ſeruatas multorum veterum memorias locaque laude iuſta veraque haud priuandus eſt, omnibus contra commendandus. — De cata-

cata-

*) v. *Dncker* in praef. ad Thucydidem. pag. 92. ſq. vol. I. edit. Bipontinae.

catalogo ſcriptorum Lexico Suidae praefixo, cuius vero auctor ipſe Suidas fuiſſe negatur, et de iis libris atque ſcriptoribus, ex quibus id lexicon conflatum eſt, docte copioſeque diſputat *Valcken*; ad Theocriti Adoniazus. pag. 294 — 300. cuius ſententiae, indicem illum a mendace mangone confectum eſſe, ſubſcribit *Ruhnken* in diſſ. de Longino §. XIV. pag. 38. praemiſſa ed. II. Longini Toupianae.

3. Princeps editio eſt, Mediolani 1499. graece; impenſa et dexteritate *Demetrii Chalcondylae*, Io. Biſſoli, Benedicti Mangii, Carpenſium, fol. cum latina praefatione *Ioan. Mariae Catanei*. Praeſtans eſt editio, quam reliqui, praeter Kuſterum, editores neglexerunt perperam, quamquam nonnulla loca deſint. *) Ab illa nimirum diſcrepat non-

Ii 5 num-

*) De hac edit. ipſoque Suida, et num reuera exſtiterit, de Demetrioque Chalcondyla v. *Saxium* in hiſtoria typograph. litteraria Mediolanenſi pag. 420 ſqq. et pag. 606. cum nota. Quaedam exempla habent monachum in auerſa pagina folii XIIII. et in aduerſa pagina folii XV. a verbis *τὸν ἐχῖνον ἰδὼν* in *ἐχῖνος* vsque ad verba *ζαπληθὲς ἀμέτρητον* in *ζαπληθές*. Demetrius autem Chalcondyles ad reſtituendum Suidae Lexicon pluribus codd. vſus illorum ope et proprio marte multa correxit: et permulta vocc. ex aliis ſcriptoribus collecta, quae in Suida deſiderabantur, et nonnullorum explicationem, quae ab hoc Lexico aberant, more Muſuri in Heſychio locupletando aut potius interpolando, addidit, vt ipſe in praefatione ſua graeca profitetur. vide *Villoiſon* anecd. gr. tom. II. pag. 261. *Brunck* tamen ad Ariſtophanis Nub. v. 1392. pag. 121. Nusquam, ait, fere ſcias, quid Suidas in auctoribus, quos citat, legerit, niſi editione illa

numquam; ex alio forſan codice deſcripta, ed. *Aldina*, graece, Venetiis 1514. fol. - rec. ita tamen, vt etiam interpolaretur ab editor. Baſileenſibus, Baſileae apud Frobenium 1544. fol. *) — Poſt haec Suidam graece et lat. edidit, Baſileenſe exemplar ſequutus, *Aemilius Portus*, Colon. Allobr. 1619. fol. II. Voll. Illum multa vane gloriatum eſſe et ampliſſimis verbis promiſiſſe; at parum aut nihil fere noui praeſtitiſſe, docet *Ludolphus Küſter*, *) qui editionem, quam quidem hucusque accepimus, praeſtantiſſimam, ſplendidam et noniſſimam graece et lat. curauit, Cantabrigiae 1705. III. Vol. Textum enim graecum cum MSS. codd. collatum a multis mendis purgauit, notisque perpetuis illuſtrauit, verſionem Porti latinam innumeris in locis correxit atque indices adiecit. Verum enim vero etiamſi multum eruditionis, ingenii, induſtriae atque acuminis Küſterus in hac ceteroquin vtiliſſima editione oſtendiſſet: tamen non defuerunt, qui, modo verecundius, modo ruſtice atque immodice, culparent eius negligentiam atque operam in Suida poſitam perſtringerent. *) Atque ipſe Küſte-

illa Mediolanenſi vtaris. Küſterianae nulla fides habenda.

*) ſine gr. textu, lex. latine a ſe verſum edidit *Hier. Wolfius*, Baſil. 1564. fol. — rec. et a Wolfio recognita illa verſio prodiit iterum Baſil. 1581 fol.

*) In diſſ. et praef. memor. ſed tamen Küſterus arguitur compilaſſe Portum, cuius edit. cum Küſteriana ſimul adhibenda eſt.

*) *Olearium* exemplo ſuo multas Obſſ. doctas adſcripſiſſe notat *Erneſti* in comm. de Procopii Caes. commentariis etc. pag. 4.

Küſterus poſtea errores ſuos animaduertit, et candide agnouit: iam quoque coepit ſupplere quaedam atque curas ſecundas promiſit. At illius obitus, (d. 19. Oct. 1616) et controuerſiis et promiſſis omnibusque tragoediis, quas illa editio excitauerat, finem fecit. Acerrimus vero aduerſarius fuit *Iacob Gronouius*, ter adgreſſus Küſterum, (v. Fabricium B. Gr. Vol. IX. pag. 646. et cat. Bünau. tom. I. pag. 224.) qui vero oppoſuit Diatriben Anti Gronouianam, ed II. emend. et auctior. Amſterd. 1712. mai. 8. — Modeſte culpauit haud pauca, et multa loca Suidae emendauit atque explicuit *Lamb. Bos* in Animaduerſionibus ad ſcriptores quosdam Graecos, Franequer. 1715. pag. 139 – 199.

4. Adde Obſſ. miſcell. Belg. vol. I. tom. III. pag. 314 ſqq. vol. II. tom. I. p. 8 ſqq. et vol. V. tom. II. 177. in primis tom. IX. pag. 143—156. item Tom. X. pag. 306. 395. 396. — *I. Toupii* Emendationes in Suidam, ſupra in Prolegom. pag. 78. tom. I. memoratas. — *Hemſterhus.* ad Ariſtophanis Plutum et in notis ad Lucianum paſſim, quod etiam ab aliis factum eſt, (v. indicem critic. Lucianeum tom. IV. pag. XI.) emendauit aut culpauit Suidam eiusque interpretem. — *Theodori Haſaei* ad locum quemdam Suidae (Βηρένιον, ὄνομα πόλεως etc.) et Arriani ſ. auct. peripli Erythraei, (tom. I. inter geogr. vett. ſcriptor. min. pag. 9. ed. Oxon.) obſeru. in Bremenſi bibl. hiſt. philol. theol. claſſ. VI. pag. 169 ſqq. — Emendatt. et Obſſ. in Suidam dispp. I. II. praes. *Io. Schweighäuſero.* Argentor. 1789. 8. — *I. C. G. Erneſti* epiſt. ad Io. Frider. Schleusnerum de Suidae Lexicographi vſu ad criſin et interpretationem librorum ſacrorum. Lipſiae

Lipſiae 1784 med. 8. Ille autem ſentit, Heſychii lexicon non ſolum compilatum a Suida; ſed et loca veterum ſcriptorum, quae vbique fere in Heſychio deſunt, a Suida vel grammaticis recentioribus negligenter addita eſſe. Verum Suidas alios fontes, Harpocrationem, Lexicon Timaei Platonicum, Theodoretum, ſcholiaſtas etc. conſuluit. — *Neubaueri* comm. in ſectione ſuperiore ad §. de Diogene Laertio iam citaui.

§. 126.

CONSTANTINVS MANASSES.

1. Scripſit circa a. Chr. 1150 verſibus politicis annales Byzantinos ſ. chronicon ab orbe condito ad a. Chr. 1081. Id lat. vertit ex cod. Italico *Io. Leunclau.* Baſil. 1573. 8. — gr. ex cod. Palat. cum lat. Leunclauii verſione notisque tum ſuis tum Leunclauii euulgauit *Io. Meurſius*; Lugd. Bat. 1616. 4. — gr. et lat. cum Leuncl. et Meurſii notis et variis lectionibus ab *Allatio* et *Car. Hann. Fabrotto*, qui ed. curauit, et gloſſarium graecobarbarum adiecit, e III. codd. collectis, inter ſcriptor. hiſt. Byzant. Paris. 1655. fol. atque Venet. 1729. fol. — Superſtes quoque eſt fabula de Ariſtrandri et Callitheae amoribus romanenſis, verſibus politicis conſcripta, in cod. Veneto D. Marci; ſed inſulſa nec publica luce digna iudicatur a *Villoiſonio* in Anecd. gr. II. p. 75 ſqq.

2. *Fabr.* B. Gr. VI. pag. 157. *Saxii* Onom. II. pag. 241. *Io. Ludou. Schulzii* Specimen Obſeruatt. Miſcellanearum in Suidam, cum proluſione critica de Gloſ-

Gloſſarii a Suida denominati indole et pretio, Halae Magdeb. 1761. 4. *Saxii* On. II. p. 154 ſqq.

§. 127.

IOANNES CINNAMVS.

1. Natus poſt a. C. 1143. in viuis adhuc fuit 1183. Atque *Saxius* in On. II. pag. 265 eius nominis claritatem refert ad a. C. 1177.

2. Grammaticus βασιλικὸς, h. e. notarius in aula Conſtantinopol. et interfuit imperatoris Manuelis Comneni expeditionibus, quas enarrauit. A dicendi genere laudatur, et Xenophontem imitaturus videtur.

3. Cinnami de rebus geſtis imperatorum Conſtantinop. Ioannis et Manuelis, Comnenorum, libri IV. *Cornelius Tollius* primus edidit, vertit, caſtigauit, Traiecti ad Rhen. 1652. 4. — Cinnami — hiſtoriarum libr. VI. cum notis hiſtoricis et philologicis *Caroli du Fresne* in illum, tum in Nicephorum Bryennium et Annam Comnenam, etc. Paris. 1670. fol. Tollii tantum verſio latina emendata, et opus ſecundum cod. Vatican. in ſex libros diuiſum eſt. — rec. in edit. *Veneta* corporis Byzant. 1729. fol.

4. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 396. *Hambergeri* Z. N. Vol. IV. pag. 273. ſq.

§. 128.

IOANNES TZETZES.

1. Grammaticus, Conſtantinopoli probabiliter ortus, vixit adhuc a. C. 1185. *) Homo doctiſſimus ſui temporis et litteratiſſimus: eiusque ſcripta etiam hodie multum proſunt ad intelligentiam mythologiae atque hiſtoriae antiquae: at etiam vanus, intemperans atque ridiculus aliorum contemtor eſt, ſuaeque memoriae atque eruditionis oſtentator.

2. *Commentarii* eius *in Lycophronem*, (qui ſub fratris, Iſaaci Tzetzae, nomine vulgantur,) et *in Heſiodum* ſupra iam commemorati ſunt. — *Allegoriae* mythologicae, phyſicae, morales, graecum poema, ex bibliotheca *Iani Rutgerſii* I. C. et a *Fed. Morello* lat. iambicis ſenariis expreſſum, et notis illuſtratum, Lutet. Frid. Morell. 1618. 8. adde eumdem *Morell.* in nota 9. ad Arabon. pag. 109. ed. Almel. — *variarum hiſtoriarum liber*, verſibus politicis, gr. et latine verſus a *Paulo Laciſio*, cum Lycophrone Baſil. 1546. fol. et in Corpore poetarum graec. Geneu. 1614. Tom. II. p. 274. Hoc

*) Quum tamen Io. Tzetzes ad Bertham ſ. Irenen, Manuelis Comneni imperatoris, vxorem Auguſtam, quae ipſi a. 1143. nupta, a 1158. e viuis exceſſiſſe dicitur, *Allegorias homericas* ſuas miſerit, eius nominis claritatem non multo ſerius, quam a. 1150 ponendam eſſe cenſet *Saxius* in On. II. pag. 242. (vbi de *Ioanne Tzetze* eiusque fratre *Isaaco Tzetze* plura tradit.) *Chiliades* autem circa 1170 ſcripſiſſe, et vitam eum vltra a. 1180 vel 1185 produxiſſe, idem notat, poſſe veriſimiliter ſumi.

Hoc opus Tzetzae celeberrimum vulgo vocatur *Chiliades*, quamquam non Tzetzes, ſed Nicolaus Gerbilius, primus editor, in Chiliades verſuum diuiſit. — Tzetzae *carmina iliaca* e cod. Auguſt. primum edita a *Gottlob Benedict. Schirach.* Halae 1770. 8. qui in praefat. de hoc Tzetzae carm. de rebus Troicis, multus eſt. Lacunoſam tamen eſſe et mancam hanc Schirachii editionem, docet clar. *Tyckſen* in Bibl. der alten Litteratur und Kunſt, part. IV. inedit. pag. 10 ſqq. vbi a pag. 1. erudite disputat de Tzetzae operibus editis atque ineditis de eiusdem Prohomericis, Homericis ac Posthomericis, et animaduertit, Fabricium tria Tzetzae opera, nomine, argumento ſcribendique genere diuerſiſſima, n. *Allegorias homericas*, verſibus ſcriptas politicis, *metaphraſin Homeri*, et *carmina iliaca*, verſibus hexametris conſcripta, non ſatis diſtinxiſſe. (Ex Tychſenii praecognitis plura excerpſi atque inſerui Fabr. B. Gr. vol. I. pag. 404 ſqq.) Ibidem pag. 14 ſqq. vulgauit particulam, ſ. Antehomerica aut Iliacorum initium cum breuibus adnotatt. criticis. Illa particula a cl. Heeren e cod. Vindobonenſi deſcripta, explet lacunam in ed. Schirachiana a verſu 29 vsque ad v. 202. relictam. — In primis laudanda eſt opera cl. *Friderici Iacobs*, Prof. Gothani, qui *Io. Tzetzae Antehomerica, Homerica et Poſthomerica e codd. edidit et commentario* amplo atque erudito *inſtruxit*, Lipſiae 1793. mai. 8. et cum in epiſt. nuncupatoria, tum in primis in docta commentatione praemiſſa de Tzetza eiusque carmine, de Tzetzae ingenio, doctrina, fontibus riuulisue, ex quibus ille hauſit, et codd. ſchirachiique editione dextre acuteque iudicat

dicat. Quaedam tamen in textu gr. emendantur in erudita cenſura, quae legitur in ephem. litt. Gotting. a. 1793. plag. 104. pag. 1041 ſqq.

3. *Fabricii* B. Gr. Vol. X. pag. 245. *Dodwel.* de veteribus — Cyclis. p. 799. ſqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. IV. pag. 278. ſqq. *Klotz* praef. ad Stratonis Epigr. pag. 19. ſq.

§. 129.

Iſaacus (Comnenus) Porphyrogeneta, Alexii. I. Comneni, imperatoris filius, pater Andronici I. Comneni imperatoris, circa a. 1150. ſcripſit proſa graeca *characteres Graecorum et Troianorum, qui ad Troiam fuere*, edit. gr. cum notis quibusdam atque emendatt. a *Rutgerſio*, in huius variis lectt. lib. V. c. XX. pag. 509. Lugd. Bat. 1618. 4. nec non libellum *de praetermiſſis ab Homero*, edit. cum ſuperiore libello gr. cum verſione latina, in *Leon. Allatii* excerptis graecorum ſophiſt. et rhetorum, Romae 1644. 8. pag. 259 ſqq. De eius conſtitutionibus, v. ſupra in §. de Alexio Comneno. conf. *Fabr.* B. Gr. vol. I. pag. 558. ed. nou. vol. IV. pag. 413. ed. vet. et vol. VI. pag. 393. *Saxii* On. II. p. 243. atque *Villoiſon* proleg. ad Homeri Iliada pag. XIV. not.

§. 130.

GREGORIVS SIVE GEORGIVS CORINTHVS.

1. Corinthi epiſcopus vel metropolita, (vnde plerumque *Corinthus* adpellatus eſt,) *Pardus*: quem

quem circa a. Ch. 1150 vixiſſe, ſuſpicatur *Saxius* in On. II. pag. 243 ſq.

2. Ex eius ſcriptis, quae recenſet Leo Allatius in *Fabricii* B. Gr. vol. X. pag. 798. typis deſcripta ſunt opuſc. ſane vtile et ex ſcholiaſt. vett. aliisque grammaticis congeſtum de *dialectis* et *in Hermogenis librum de methodo* δεινότητος.

3. Libell. de dialectis reperitur cum Moſchopulo et Chalcondyla ſine l. et an. in fol. ſub ipſa typogr. initia, probabiliter Mediolani, in fine: *περὶ διάλεκτων τῶν παρὰ κορίνθȣ παρεκβληθεισῶν.* cuius principis editionis nec Fabricius nec Koenius fecit mentionem: tum in *Hortis Adonidis*, gr. ab Aldo Man. Venetiis 1496. in fol. editis; — in Conſtantini Laſcaris opuſculis nonnullis cum Cebetis tabula, Pythag. et Phocylidis carminibus, Venet. ap. Aldum 1512. 4. et Lexicis pluribus eſt ſubiunctus. Optima tamen illius editio, et a notis, luculentis exquiſitae gr. eruditionis, ſagacitatis ingeniique teſtibus, maxime commendabilis eſt:

Γρηγορίȣ — *Gregorius, Corinthi Metropolita, de dialectis*, e codd. MSS. emendauit et notis illuſtrauit *Gisbertus Koen*, Ictus Acced Grammatici Leidenſis et Meermanniani de dialectis opuſcula, ab iis, quae ſub *Ioannis Grammatici* nomine vulgo circumferuntur, longe diuerſa. Lugd. Bat. 1766. 8. In praef. de auctore, eius nomine aetateque, et de editionibus etc. agitur.

Libell. ſ. commentar. in Hermogenis librum, e cod. Bauar. euulgauit *Io. Iac. Reiske* in fine vol. VIII. Oratorum graecorum, pag. 883. ſqq. et in praef. p. 877. ſqq. de Gregorio et hoc libello diſſerit.

§. 131.

ALEXIVS ARISTENVS.

Ictus graecus, nomophylax et oeconomus Baſilicae CPolitanae, ſcripſit circa a. 1160. *ſcholia in ſynopſin canonum*, edita gr. et lat. a. *Guil. Beuerigio* in Pandectis canonum, Oxon. 1672. fol. tom. II. Synopſis tamen ipſa, Ariſteno antiquior, ſub illius nomine prodierat in *Guil. Voëlli* et *Chriſt. Iuſtelli* bibl. canonica, tom. II. Paris. 1661. fol. p. 673 — 709. v. *Fabr.* B. Gr. vol. X. pag. 287. ſq. et XI. pag. 43. *Hamberger* Z. N. IV. pag. 112. ſq. *Saxii* On. II. pag. 253.

§. 132.

THEODORVS BALSAMON.

1. Conſtantinopolitanus, Diaconus, Nomophylax et Chartophylax, deſignatus epiſcopus Antiochenus, omnis iuris, in primis eccleſiaſtici peritiſſimus, floruit circa a. 1179 et vixit adhuc poſt an. Ch. 1192. Varia ſcripſit.

2. 1) *Scholia* nimirum in Canones conciliorum patrumque et Photii Nomocanonem. v. *Photium.* — 2) *Conſtitutionum imperatoriarum* de rebus eccleſiaſticis libr. III. (a Leunclauio ſub *paratitlorum* nomine latine edit. 1593.) graece et lat. et cum notis *Car. Annib. Fabroti*, in *G. Voelli* et *H. Iuſtelli* Biblioth. iur. canon. Tom. II. pag. 1217. ſqq. — 3) *Reſponſa varia* et *imperatoria edicta*, cauſas eccleſiaſticas ſpectantia, et 4) *Reſponſa ad quaeſtiones LXIV. canonicas*, gr. et lat. in *Boneſidii* iure Orientali Libr. I. et III. Paris. apud H. Stephan. 1573.

1573. 8. atque in *Leunclauii* iure graeco rom. Libr. II. et V. — 5) *Meditata* ſiue *reſponſa* in *Leunclauii* libr. mem. Libr. VII. — 6) *Epiſtolas II.* gr. et lat. in *Cotelerii* eccleſ. graec. monument. Tom. II. et III.

3. *Fabricii* B. G. Vol. IX. pag. 184 ſqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. IV. pag. 290. *Saxii* On. II. pag. 266. ſq. — De *Theodoro* Hermopolite, Anteceſſore CPol. v. *Fabr.* B. Gr. vol. XII. pag. 366. et *Bachii* hiſtor. iurispr. rom. lib. IV. cap. 1 §. II. p. III. 630.

§. 133.
IOANNES PHOCAS.

1. Cretenſis, primum ſtipendia meruit ſub imperatore Emanuele Comneno, dein Monachorum vota ſuſcepit, atque 1185. iter fecit ad viſitanda coenobia: cuius itineris fructus fuit litterarius: *Ioannis Phocae compendiaria deſcriptio caſtrorum et vrbium, ab vrbe Antiochia vsque Hieroſolymam; nec non Syriae ac Phoeniciae et in Palaeſtina locorum ſacrorum*, quae graece et cum Leonis Allatii latina interpretatione edita eſt, in L. *Allatii* Symmictis, Colon. Agr. 1563. pag. 1.

2. *Hambergeri* kurze Nachrichten von den vornehmſten Schriftſtellern etc. Vol. II. pag. 1547. ſq.

§. 134.
EVSTATHIVS.

1. Adhuc in viuis fuit a. C. 1194.

2. Conſtantinopolitanus. Primum Monachus, deinceps Magiſter ſupplicum libellorum, Magiſter

 rhe-

rhetorum, Diaconus et denique Archiepiſcopus Theſſalonicenſis: homo prudentia non magis, quam eloquentia, eruditione, atque interpretatione tum Homeri tum Dionyſii Perieget. clariſſimus. De eius commentariis in Homerum vide in tom. I. p. 156. et in Dionyſium ſupra in paragrapho de hoc poeta: atque commentarii grammatici noſtri praeſtantiſſimi in Dionyſium Periegetam *Alexandro Polito* interprete, Colon. Allobr. 1741. 8. prodierunt.

Noſtro quoque a quibusdam tributi ſunt de Ismeniae et Ismenes amoribus libri XI. frigidi ineptique, quos *Gilbertus Gaulminus* primus graece edidit et latine vertit, Lutet. Paris. 1618. 8. at auctor verus fuit Aegyptius, incertae aetatis, et magnus chartophylax, qui in MSStis etiam dicitur *Eumathius.* Quasdam in hunc ſcriptorem eroticum animaduerſiones leges in Miſc. obſſ. vol. III. tom. I. pag. 100—103. — Nouiſſima edit. eſt gr. et lat. ſine notis, curante *Ludou. Henr. Teuchero,* Lipſiae 1792. 8. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 798.

Diuerſus quoque *Euſtathius, anteceſſor* CPolitanus, qui ſcripſit περὶ τῶν χρονικῶν διαστημάτων, *de temporum interuallis*, ſeu, vt vulgo inſcribitur, *de diuerſis temporalibus praeſcriptionibus:* in quo libro omnia diuerſorum tempora interualla a momento vsque ad centum annorum praeſcriptionem ex iure Iuſtinianeo pariter ac ex Baſilicis perſequitur. Editus eſt libellus a *Simone Schardio* vna cum Legibus nauticis et ruſticis, Baſil. 1561. 8. in *Leunclauii* iure graeco-romano; gr. et lat. cum notis, Francof. 1596. fol. — in *Chriſt. Woldenbergii* de numeris vtriusque iuris libro, Francof. 1670. 4.

4. Roſtoch. 1671. 4. – in *Iac. Cuiacii* Opp. tom. I. ed. Fabroti. – Nouiſſime: *Euſtathii* anteceſſoris olim CPolitani de interuallis et praeſcriptionibus ſiue de varia temporum in iure ciuili obſeruatione libellus, gr. et lat. cum ſcholiis et notis emendatius edidit. *L. H. Teucherus*, Lipſiae. 1791. 8.

3. *Fabricii* B. Gr. X. pag. 289. *Hambergeri* Z. N. Vol. IV. pag. 296. et kurze Nachrichten Vol. II. pag. 1562. ſq. *Saxii* On. II. pag. 251.

§. 135.

De EBNBEITHAR, ſiue EBENBITAR, EMBITAR, IBVN EL BAITAR, Hispano, medico et botanico, a. C. 1197. mortuo. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. XIII. pag. 281. *Hambergeri* Z. N. Vol. IV. pag. 298. *Saxii*. Onom. II. p. 276.

§. 136.

IOEL.

1. Graecus hiſtoriographus, ſcripſit *chronographiam hiſtoricam* ab A. M. vsque ad a. C. 1204. quo Conſtantinopolis a Latinis occupata eſt. Edita eſt illa graece cum interpretatione latina *Leonis Allatii*, cum *Georgio Acropolita*, Paris. 1651. fol. v. *Fabricii* B. Gr. Vol. VI. pag. 456. de *Acropolita* Hamberg. Z. N. Vol. IV. pag. 835. ſq.

2. *Georgius* vero *Acropolita*, nat. 1220. denatus 1282. magnus Logotheta, et legatus ad concilium Lugdunenſe 1274. miſſus, propter ſcientiam dialectices et phyſices cum Ariſtotele, et pro-

pter orationis ſuauitatem cum Platone comparatus, ſcripſit *Chronicon Conſtantinopolitanum*, ſiue hiſtoriam Conſtantinopolis a Latinis captae vsque ad Balduinum nepotem, circ. LX. ann. Epitomen illius, gr. et lat. edit. ex bibl. *Theodori Douſae* Lugd. B. 1614. 8. Integra vero hiſtoria cum verſione Allatii, eiusque et Douſae notis etc. Paris. 1651. fol. v. *Fabric.* B. Gr. VI. 448. *Saxii* Onom. II. pag. 316.

§. 137.
NICETAS ACOMINATVS CHONIATES.

1. Scriptor Byzantinus, Coloſſenſis ſiue Choniates, (Coloſſae enim Phrygiae vrbs temporibus ſequioribus Chonae dictae ſunt.) In aula Conſtantinopolitana variis, iisque ampliſſimis muneribus functus, et ab imperatore Iſaacio Angelo a C. 1189. Philippopoli praefectus eſt, Conſtantinopoli a. C. 1204. a Latinis capta, Nicaeam cum vxore liberisque profugus, poſt a. C. 1216. diem obiit ſupremum.

2. Compoſuit 1) hiſtoriam graecorum imperatorum ab Ioanne Comneno vsque ad Henricum Balduinum, XXI. libris deſcriptam. Wolfius libr. 18. 19. et 20. in vnum contraxit. Poſteriores libri in MSStis pleniores ſunt, quam in editis, vnde *Ans. Banduri* in Imp. orient. Tom. I. part. 3. pag. 107. et *I. A. Fabricius* in B. Gr. Vol. VI. pag. 405. inſigne fragmentum de ſtatuis aeneis a Latinis igni traditis, graece cum verſione latina publici

ci iuris fecerunt. *) Ipſa vero *imperii graeci hiſtoria* ab A. C. circiter 1117. in quo Zonaras deſinit, vsque ad a. 1203. edita eſt primum graece et lat. cum indicibus et variis lectionibus ab *Hieronymo Wolſio*, Baſil. 1557. fol. — recuſa cura *Simonis Goulartii*, Geneuae 1593. 4. Cui acceſſerunt gnomologia et chronologia operi praemiſſa, breuiaria ſingulis libris praefixa, notaeque ad marginem morales et politicae: quae editio repetita eſt Paris. 1647. fol. gloſſario graeco barbaro, tum paucis e codice regio variis lectionibus et indice locuplete auctior, cura Caroli Hannibalis Fabroti; et in corpore SS. rerum Byzantinarum, Venetiis 1729. — 2) *theſaurum orthodoxae fidei* libr. 27. quorum tamen libri V. priores, iique ex latina interpretatione *P. Morelli*, Lutet. 1589. 8. typis deſcripti ſunt: fragmentum vero ex Libr. XX. graece et lat. reperitur in Saracenis *Frid. Sylburgii*, Heidelbergae 1595. 8. pag. 74.

3. *Fabricii* B. Gr. Libr. VI. p. 401. ſqq. *Hambergeri* Z. N. Vol. IV. pag. 331. *Saxii* On. II. pag. 271. ſq.

4. Diſtinguendus eſt *Michael Choniates*, frater Nicetae, Archiepiſcopus Athenienſis, auctor *orationis in funere fratris Nicetae Choniatae*, latine in Bibl. P. P. maxima Lugd. tom. 25. pag. 180. et *Homiliae in ramos palmarum*, graece et lat. in Combe-

 fiſii

*) Supplementum editurus erat Magnus Cruſius; (v. diſſertat.) eius epiſtolicam ad Wormium et acta erudit. Lips. a. 1729. pag. 59. ſed eum lapſum eſſe, quum Bandur. et Fabricius id iam publicaſſent, ſcribit. *Io. Chſtph. Wolf.* in epiſt. ad Croſium, in Theſauro epiſtolico La-Croziano, tom. II. pag. 229.

ſiſii Bibl. concionatoria Tom. III. v. *Fabricium* I. mem. pag. 402. *Saxii* On. II. pag. 289.

§. 138.

NICEPHORVS BLEMMYDA.

Vixit Conſtantinopoli circa a. C. 1255. Monachus. Scripſit *orationes II. de proceſſione Spiritus S.* (in qua doctrina a partibus Latinorum ſtetit,) graece et lat. in *Leon. Allatii* Graecia orthodoxa Tom. I. pag. 1. tum *Epiſtolam encyclicam* apud *Allatium* de conſenſu vtriusque eccleſiae Libr. II. cap. 14. §. 4. p. 717. denique *Epitomen logicam* atque *Epitomen phyſicam* graece edit. a *Io. Wegelino*, Auguſt. Vindel. 1605. 8. qui Epitomen logicam, variis acceſſionibus factis, a. 1607. 8. quoque fecit latine. *Fabric.* B. Gr. Vol. VI. p. 341. *Hambergeri* Z. N. Vol. IV. pag. 398. *Halleri* B. Anatom. I. pag. 121. *Bunau.* bibl. catal. vol. I. tom. I. p. 230. ſq. *Saxii* On. II. p. 312. ſq.

§. 139.

IOANNES, ACTVARIVS, h. e. Archiater.

1. Medicus Conſtantinopoli celebris, cuius libri hodie ab artis peritis magni aeſtimantur, vixit ante a. C. 1300.

2. Scripſit 1) Libr. VII. *de vrinis*, qui tantum ex latina interpretatione exſtant. Traiecti ad Rhen. 1670. 8. 2) Libr. *de methodo medendi*, etiam tantummodo latine ſunt editi, Venet. 1554. 4. 3) *de actionibus et affectibus ſpiritus animalis eiusque victu*, Libr. II. graece, *Iac. Goupyli* beneficio, Paris.

ris 1557. 8. apud Martin. Iuuenem; recus. Lipſiae cura *I. Frid. Fiſcheri*, qui alterum ex cod. Monacenſi expoliuit, et in praefatione egit de Actuarii nomine, Lipſiae 1774. 8.

3. *Fabricii* B. Gr. Libr. VI. 7. Vol. XIII. pag. 635. *Hambergeri* Z. N. Vol. IV. pag. 475. *Halleri* Biblioth. Anatom. pag. 121. ſq. Bibl. Chirurgica p. 113. Bibl. Botan. p. 166. *Saxii* On. II. pag. 335. ſq.

§. 140.

MANVEL PHILES.

1. De illius quidem aetate critici valde diſſentiunt: ſed *Wernsdorfius*, editor nouiſſimus, qui diuerſas variorum ſententias ſub examen vocauit, in praefat. §. 7. exiſtimauit, et argumentis euicit valde probabilibus, eum ineunte ſaeculo XIIII floruiſſe ſub Andronicis Palaeologis, natum circ. a. 1275. et circ. a. 1340. fato functum. *Hamberger* in Z. N. vol. IIII. in Addendis pag. 842. etiam contendit, illum ante a. Chr. 1321. fuiſſe in viuis. Quando autem Doruillius, qui in *ἐξετάσει* in iambicum Philae *de nautilo* multus eſt de Philae aetate, rationes ſubduxiſſe ſibi videtur, (v Obſſ. miſcell. vol. II. tom. III. pag. 425 ſqq.) eum floruiſſe intra annum 1315 et 1385. errorem ſcripturae *εἰς τὸν Βασιλέα κύρον Μανουὴλ παλαιόλογον τὸν νέον* pro *εἰς τὸν Βασιλέα κύρον Μιχαὴλ παλαιόλογον τὸν νέον* non neceſſarias calculorum turbas procreaſſe, nec ex epiſtola Planudae ad Philen data, quam illo in loco itidem Doruillius edidit, graduum aetatis inter Planudem et Philen aeſtimationem admodum

perſpicue intelligi poſſe, monet *Saxius* in Onom. I. pag. 347 ſqq. qui Philen circ. a. 1315 floruiſſe docet.

2. Epheſius, verſificator graecus; qui neque ſacerdos, neque monachus fuiſſe videtur Wernsdorfio; ſed aut priuatus homo Conſtantinopoli, qui ex carminibus ſuis victum quaereret, aut aulicus homo, in officio minore ac parum honorato conſtitutus.

3. De editis ineditisque ac ſpuriis poematibus quia poſt Fabricium, qui quaedam primus in lucem protulit, vberius egit Wernsdorfius cum in praefatione, tum in introduction. ad ſingula, quae edidit, carmina: editiones quasdam pleniores indicatus. Poema grande iambicum *de natura animalium*, ex Aeliano, Oppiano, Galeno aliisque decerptum et Michaeli iuniori anno forſan 1310 dedicatum, primum graece editum eſt cura *Arſenii, archiepiſcopi*, Venetiis apud Stephanum (Sabium,) 1533. 8. — Id poema, multis, praecipue quod ad metrum adtinet, proprio auſu mutatis, iterum edendum curauit *Ioach. Camerarius* et in lucem emiſit cum verſione latina metrica, *Gregorius Bersmannus.* Inſcriptio vero libri rarioris haec eſt: τȣ̃ σοφωτάτȣ Φιλῆ. — *Phile ſapientiſſimi* verſus iambici, de animalium proprietate: cum auctario *Ioach. Camerarii.* Expoſita nunc primum eodem metro verſuum latinorum a *Gregorio Bersmanno*, Annaebergenſi Lipſiae (1574.) mai 8. — rec. cum noua Bersmanni praefatione apud Commelinum 1596. De illa edit. item de Phile et Bersmanno copioſus eſt *Freytag* in adpar. litter. tom. II. pag. 901 —— 906. — idem gr. ac lat. in corpore

re poet. graec. Geneuae 1614. tom. II. pag. 210. Plura tamen deeſſe, et quaedam eſſe confuſa, oſtendit Fabric. qui e cod. Bodleiano 364. quaedam ſuppleuit. Hanc Fabricii operam ignorauit aut ſpreuit *Paw*, qui ex eodem codice Oxonienſi haud pauca inedita ſuppleuit in ſua editione: *Phile* — de animalium proprietate, ex prima editione Arſenii et libro Oxonienſi reſtitutus a *Io. Cornelio de Paw*, cum eiusdem animaduerſionibus et verſione latina *Gregorii Bersmanni*. Acced. ex eodem libro Oxon. non pauca hactenus inedita. Traiecti ad Rhenum ap. G. Stouw. 1730. 4. conf. Act. erudit. Lips. 1730. pag. 277. ſqq. Idem Paw ibid. euulgarat *Philae de Nautilo* iambos: quos, interdum e cod. aliter exhibitos aut felicius emendatos, editione Corn. de Paw ignorata, Anglus quidam edidit et Doruillius illuſtrauit, caſtigauit aliasque praemiſit obſſ. et libere quidem, at paullo durius paſſim iudicauit de Pauio, in Miſc. obſſ. l. c. pag. 385—388. praecipue in ἐξετάσει pag. 450 ſqq. vnde acerba grauisque inter Pauium et Doruillium lis orta eſt. v. Doruillii vannum criticam, cap. 1. pag. 6 ſqq. Idem forſan Doruill. ſub nomine *Philetae* in iisdem obſeruatt. miſcell. vol. VI. tom. 1. pag. 157—167. et tom. II. pag. 452—464. ſcripſit Obſeruation. ad Philen de animalium proprietate. — Hoc excepto carmine, reliqua quae ſuperſunt, partim a Fabricio et Allatio iam vulgata, at emendatiora, partim e codd. primus edidit notisque eruditis inſtruxit *Wernsdorfius*, cuius praeſtantis editio haec eſt epigraphe: *Philae carmina graeca* maximam partem e codd. Auguſtanis et Oxonienſibus nunc primum in lucem producta, aliqua etiam

iam iterum publicata, omnia nunc in vnum, excepto poemate de animalibus, collecta, emendata, latine interpretata et annotationibus illuſtrata: accedit ignoti poetae antiquioris carmen in S. Theodorum ex Auguſtano codice nunc primum editum: praemittitur diſſ. de Philae vita, aetate et ſcriptis cura *Gottlieb Wernsdorfii*, (Profeſſoris Gedanens.) Lipſiae 1768. 8.

4. *Fabricii* B. Gr. vol. VII. pag. 695. ſqq.

§. 141.

GEORGIVS PACHYMERES

1. Natus eſt Nicaeae a. 1242. Latinis Conſtantinopolin tenentibus; Michaele autem Comneno Palaeologo illam recuperante, rediit Georgius, atque famam eruditionis mox conſequutus ad ampliſſima munera cum ciuilia tum imprimis eccleſiaſtica muniuit ſibi viam, et a. Chr. 1308. adhuc fuit in viuis. Quando autem ſit mortuus, non eſt omnino certum exploratumque.

2. Varii generis eius ſcripta. a) In omnem Ariſtotelis philoſophiam commentatus eſt, ſiue potius conſcripſit paraphraſin; cuius quidem pars tantum typis deſcripta eſt: *Epitome logicae Ariſtotelis*, graece edita, Paris. apud Vaſcoſan. 1548. 8. — gr. et lat. Oxoniae 1668. 8. curante *Eduardo Bernardo* — de ſex philoſophiae definitionibus, et de quinque vocibus ac decem praedicamentis, cum *Pſelli* introductione in ſex philoſophiae modos, Venet. 1532. 8. — de ſex definitionibus philoſophiae, gr. ed. *Ioach. Camerario*, cum *Archytae* decem praedicamentis, Lipſiae typis Ern. Voegelin,

lin. 1564. 8. —— de lineis inſecabilibus, gr. et lat. edidit *Iac. Shegkius.* Paris. 1629. 8. item in variis edition. Opp. Ariſtotelis v. ad Fabr. B. Gr. vol. III. cap. 5. de ſcriptis Ariſtotelis et *Buhl* in Ariſtot. Opp. tom. 1. pag. 166.

b) *Paraphraſin operum Dionyſii Areopagitae* concinnauit, quae editur cum illo Dionyſio.

c) Scripſit librum *de proceſſione Spiritus S.* graece ac lat. in Leon. Allatii Graecia orthodoxa, tom. 1. pag. 390 ſqq. — Illum quoque habent auctorem.

d) *Hiſtoriae Byzantinae libri XIII.* ab a. Chr. 1258—1308 in duas partes diuiſi. Prior pars comprehendit Hiſtoriam rerum a Michaele Palaeologo ante imperium et in imperio geſtarum, edita primum ex cod. Barberino, interprete *Petro Poſſino.* Acceſſerunt eiusdem obſeruationum libri III. et adpendix: Specimen ſapientiae Indorum veterum, Romae 1666. fol. — Poſterior pars continet hiſtoriam rerum ab Andronico ſeniore in imperio geſtarum vsque ad annum eius aetatis vnde quinquageſimum. E bibl. Barberina, interprete *Petro Poſſino.* Acceſſerunt eiusdem obſeruatt. libri III. Romae 1669. fol. — Antea fragmenta quaedam dederat Leo Allatius paſſim in ſuis operibus, et Petauius gr. in edit. ſua Nicephori, 1616. pag. 315 ſq. vide *Niceron.* memor. eruditor. ex verſione Baumgartenii german. tom. 1. pag. 238.

e) *Auguſtalis in templo Sophiae Conſtantinopolitano deſcriptio*, graece, in *Io. Boiuinii* notis ad Nicephori Gregorae hiſtor. Byzantin. Paris. 1702. tom. II. pag. 764. — gr. ac lat. in *Anſelmi Banduri* imperio orientali. tom. 1. pag. 114 ſqq. ed. Paris. ſ. pag. 98 ſqq. ed. Venetae.

3. *Fabricii*

3. *Fabricii* B. Gr. vol. VI. pag. 458 ſqq. et 574 ſq. ibique Allatium, vol. X. pag. 704 ſqq. *Lambecii* comm. bibl. caes. Vindob. VII. 153 ſq. *Hambergeri* Z. N. vol. IV. pag. 839. ſqq. in adpendice, *Saxii* onom. II. pag. 327.

§. 142.

Nicolai Myrepſi, medici Alexandrini et hominis ſuperſtitioſi, circ. a. Chr. 1280. liber de compoſitione medicamentorum ſecundum loca, exſtat ex latina tantum interpretatione *Nicolai Rhegini*, cum adnotatt. *Io. Agricolae Ammonii*, Ingolſtad. 1541. 4. rec. Venet. 1543. et 1560. In hac tamen interpretatione opus viſum eſt Fuchſio non eſſe *Nicolai*, ſed alterius cuiusdam, qui nonnulla ex Nicolao et diuerſis aliis auctoribus in vnum congeſſiſſet librum. *Fuchſius* autem ex ſua lat. interpretatione edidit *Nic. Myrepſi* medicamentorum opus in ſectiones XLVIII. digeſtum cum ſuis adnotatt. Baſil. ap. Io. Oporin. 1549. fol. rec. Lugduni 1550. 8. Francof. 1626. 8. — inter medicos principes H. Stephani, 1567. fol. et ſub titulo Theatri medico practici, cum praefat. *Io. Hartmanni Beyeri*, Noribergae. 1658. 8. Plura vide in *Fabricii* B. Gr. vol. XIII. pag. 4. ſqq. in *Alb. Halleri* bibl. botan. lib. I. cap. 105. pag. 166. ſqq. tom. I. qui hunc *Nicolaum* ab alio *Nicolao Alexandrino*, Myrepſiani operis epitomatore, diſtinxit ib. cap. 106. pag. 168. ſq. et in Add. pag. 635. tom. II. adnotante *Saxio* in Onom. II. pag. 321. adde *Hamberg.* Z. N. IV. pag. 480. ſq.

§. 143.

§. 143.

Theodorus Melitoniata, magnus Sacellarius magnae eccleſiae Conſtantinopolitanae, et aſtronomus. circa a. 1300. ſcripſit tribiblon aſtronomicam ſyntaxin, adhuc ineditam, cuius prooemium et caput primum ex bibl. Is. Voſſii edidit ac latine vertit *Iſaac. Bullialdus* ad calcem Ptolemaei de iudicandi facultate et animi principatu. Paris. 1663. 4. rec. a *Fabricio* in B. Gr. lib. V. a 33. vol. IX. pag. 198. ſqq.

§. 144.

THOMAS MAGISTER ſiue *THEODVLVS*

1. Vixit circa a. Chr. 1310. graecus grammaticus et rhetor. Imperante Andronico Palaeologo, ſeniore, fuit Conſtantinopoli Magiſter officiorum et Chartophylax. Poſtea in coenobium ſeceſſiſſe et nomen *Theoduli* adſumſiſſe videtur.

2. Scripſit Laudationem Gregorii Theologi; orationes IV. gratulatorias et epiſtolas VIII. quae opuſcula iunctim edidit atque interpretatus eſt *Laurentius Normannus*, Vpſale 1693. 4. — tum vitas Pindari, Euripidis atque Ariſtophanis, quae quibusdum illorum poetarum editionibus adhaerent. — In maiore autem pretio habentur *Eclogae vocum atticarum*: quae quamquam non omni numero ſunt abſolutae; litterarum tamen cupientibus magnam praeſtant vtilitatem.

3. Princeps editio eclogarum eſt gr. Romae apud Zachar. Calliergum. 1517. 8. — tum adhaerent illae Dictionario graeco - latino, Venet. in aedibus Aldi et Andr. Aſulani ſoceri, 1524. fol.

fol. — poſtea graece editae ſunt *Phrynichi* collectione atticorum verborum et nominum; et acceſſerunt *Manuelis Moſchopoli* vocc. atticarum collectio, *Aelianique* libellus de antiqua ratione inſtruendarum acierum et ductorum militarium adpellationibus, atque *Orbicius* de ordinibus exercitus. Paris apud Mich. Vaſcoſanum 1532. 8. *Blancardus* in ſua editione Franeckerae 1690. repet. 1698. multa mire mutauit, et vero perturbauit tam in ordine et ſerie vocc. quam in lectionibus et totis periodis. Hoc incommodum et alia, quae reſtant emendanda, ſenſit *I. Chſtph. Wolfius*, qui nouae editionis conſilio capto, ſub nomine *Lexiphili* in Miſcell. Obſſ. belgicis, a. 1735. vol. V. tom. III. pag. 28. ſqq. notitiam dedit editionum eclogarum vocum attic. *Th. Magiſtri*, quae adhuc exſtant, et conſilium, quo modo accuratior aliqua parari poſſit, idemque diſſeruit de iis, qui nouas moliti erant editiones, et de praeſidiis, quibus inſtructus erat, denique ſpecimen adiecit futurae ſuae editionis. Sed alii conatus et labores fecerunt, vt eius deſtinata interuerterentur. — Pluribus denique annis poſt pleniſſima multorum V. D. obſeruationibus ornata, et huc vsque optima editio prodiit, ſerie tamen vocabulorum Blancardiana haud bene, atque inuito Oudendorpio, ſeruata: Θωμᾶ τȣ̃ Μαγίϛρȣ — ἐκλογαὶ ex diſpoſitione Nicolai Blancardi, cum vetuſtis Lamberti Bos et nouis defunctorum virorum D. Heinſii, Fr. Iunii, Laur. Normanni, Erici Benzelii, I. Chriſtophori Wolfii, Arn. Drakenborchii, Abr. Torrenii, et cum maxime virorum Cl. Saltierii, Io. Iac. Witteri, Dan. Wilhelmi Trilleri, El. Stoeberi, Tib. Hemſterhuſii, Franc. Oudendorpii,

pii, Fried. Lud. Abreſchii animaduerſionibus. Collegit partim digeſſitque *Io. Steph. Bernard*, M. D. qui et ſuas notas adiecit graece Lugd. Bat. 1757. 8. Franciſc. Oudendorp. in prooemio de editionibus et ſubſidiis tam ſcriptis quam editis late egit. Stoeberus autem qui Thom. Magiſtrum, Phrynichum et Moerin in II. voll. iunctim editurus, (v. Lips. ephem. litt. 1749. p. 481.) multa collegerat, omnem ſuum adparatum commiſit Oudendorpio et Bernardo. — Thomas Magiſter quia non raro voces ex attica iniuſte proſcripſit ciuitate; eas iure optimo idoneorum ſcriptorum atticorum ſuffragiis atque auctoritate editores vindicarunt ſuaeque patriae reddiderunt. Id iam antea exemplis luculentis clarisque partim fecerunt I. G. Graeuius ad Luciani ſoloeciſtam, Io. Ienſius in lectionibus Lucianeis et Georg. Frid. Heupelius in Miſcellaneis philologicis, Argentorati 1701. 4. editis.

4. *Fabricii* B. Gr. vol. IV. pag. 526 *Hambergeri* Z. N. vol. IIII. pag. 517. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 345. ſq.

§. 145.

NICEPHORVS CALLISTI F. XANTHOPVLVS.

1. Hiſtoricus et poeta, floruit circa a. 1320. et imperante Ioanne Cantacuzeno poſt a. Ch. 1341. adhuc vixit.

2. Praecipuum illius opus eſt *Hiſtoria eccleſiaſtica* libr. XVIII. graece primum edita, a *Frontone Ducaeo* cum interpretatione lat. Io Langi. I. II. tom. Paris. 1630. *Langi* tamen verſio antea Baſileae 1553. fol. lucem adſpexerat. — Praeter ea

Catalogum breuem hymnographorum eccleſiae graecae, (edit. Baſil. 1536. et a Io. Alb. Fabricio cum Gaulmini vita Moſis, Hamburgi 1714. 8. p. 554.) et varia carmina iambica ſcripſit, nempe, catalogum imperatorum et patriarcharum CPolitanorum, S. S. patrum eccleſiae graecae, epitomen ſacrae ſcripturae etc. edit. cum Cyri Theodori Prodromi epigrammat. Baſil. 1536. 8. et in *Labbei* protreptico hiſt. Byzant. pag. 34. ſq.

3. *Fabricii* B. Gr. vol. VI. pag. 130. *Hamberger* Z. N. vol. IIII. pag. 543. ſq. *Saxii* Onom. II. pag. 350.

§. 146.

Manuel Bryennius, harmonicorum ſcriptor muſicus. Floruit circ. a. Chr. 1320. et ſcripſit tres libros Ἁρμονικῶν, edit. gr. ac lat. a *Io. Walliſio*, in tomo III. operum Walliſii, Oxon. 1699. fol. v. *Fabricii* B. Gr. lib. III. cap. 12. tom. III. pag. 648. nou. edit.

§. 147.

MAXIMVS PLANVDES

1. Monachus CPolitanus, doctiſſimus ſuae aetatis grammaticus, theologus et rhetor, a. Chr. 1327. ab Andronico II. Auguſto ad Venetos orator eſt miſſus. Eum a. Chr. 1352. adhuc inter viuos fuiſſe, ſunt, qui exiſtiment. Sed quando *Doruillius* in Obſſ. miſcell. belg. vol. II. tom. III. pag. 429. Planudes, ait, ab omnibus obiiſſe traditur anno MCCCLIII. *Saxius* in Onom. II. pag. 354.

354. ſqq. (vbi de eo plures citat V. D.) locupletem eius famae auctorem requirit.

2. Ex multis, quae ſcripſit, ad praeſens lucem adſpexerunt a) de proceſſione Spiritus S. contra Latinos, cum *Demetrii Cydonii* et *Beſſarionis* reſponſione, gr. et lat. item *S. Auguſtini* nonnulla capita ex decimo quinto, quae probant, Spiritum S. etiam ex filio procedere, interprete *Maximo Planude*, in *Pet. Arcudii* opuſc. aur. theolog. pag. 614. Romae 1630. 4.

b) Oratio in apoſtolorum principes Petrum et Paullum, quam *Iac. Gretſerus* ſub nomine *Gregorii Nyſſeni*, cum Alexandri Monachi encomio de inuentione S. crucis, et cum *Theodori Prodromi* epigrammatibus in S. crucem, graece ac lat. edidit Ingolſtadii, 1620. 8.

c) Oratio in corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti monumentum, ac in ſanctiſſimae deiparae ac Dominae noſtrae lamentationem, graece, Paris. ap. Andr. Wechel. 1555. 4. — latine, ex *Ioach. Axonii Grauiani* verſione, in biblioth. P. P. maxima, Lugd. tom. XXVII.

d) Vita Aeſopi, fabulaeque aeſopicae. vide ſupra, in tom. I. pag. 206. ſqq. et *Fabricii* B. Gr. lib. II. cap. 9. vol. I. pag. 631. ſqq. 643. ſqq.

e) *Catonis* diſticha moralia graecis verſibus expreſſa.

f) Anthologia epigrammatum graecorum libr. VII. de quibus vide ſupra in prolegom. tom. I. pag. 93. ſqq. *Hambergeri* Z. N. vol. IV. p. 568. ſqq. et quae adnotaui in *Fabricii* B. Gr. vol. III. lib. III. cap. 32. pag. 492. ſqq.

Planudem e Graecis primum fuiſſe, qui Zifris indicis ſ. arabicis in numerando vteretur, ex Athanaſii Kircheri arithmologia, Romae 1665. part. I. cap. vlt. notant Papebrochius Stephanus le Moyne et Fabricius, atque ex hoc *Villoiſon* in anecdot. graec. tom. II. pag. 153. not. I. qui ex cod. Veneto, in quo *Arithmetica Planudis* adhuc inedita ſeruatur, prima verba adpoſuit, quibus horumce numerorum ratio atque vſus traduntur. Idem *Villoiſon* ibid. pag. 79. memorat cod. Venet. D. Marci, in quo exſtat Maximi Planudis de quaeſtionibus grammaticis dialogus *Neophron et Palaetimus* inſcriptus, qui quidem lucem minus mereatur.

3. De Planude eiusque ſcriptis ineditis non magis quam editis v. *Fabricii* B. Gr. vol. X. pag. 533. ſqq.

§. 148.

Matthaeus Blaſtares ſiue *Blaſtarius*, Hieromonachus, Ictus graecus, circa a. 1330. aut paullo ſerius compoſuit opus, quod eſſe dicitur, eximium, σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον, *ſyntagma alphabeticum rerum, quae in ſacris conciliorum patrumque canonibus et imperatorum legibus exſtant, digeſtarum ſub certis titulis, litterarum ordine diſpoſitis.* Id primus graece cum ſua verſione latina edidit *Guil. Beuerigius*, tomo II. magni Synodici, ſiue Pandectis canonum part. 2. pag. 1 — 272. ſed propter plura, quae emendanda et corrigenda ſuperſint, operae pretium eſſe, vt cum codd. Vindobonens. et Gallicis conferatur opus, indicarunt Cotelerius et *Fabric.* qui in Bibl. gr. vol. X. pag. 493. ſq. de reliquis editis ineditisque Matthaei

thaei Blaſtaris ſcriptis fuſius disputat. Adde *Saxii* Onom. II. pag. 358.

§. 149.

Georgius Lecapenus grammaticus graecus, circa a. Chr. 1350. *Leo Allatius*, qui in diatribe de Georgiis et eorum ſcriptis in *Fabricii* B. Gr. vol X. pag. 700 — 704. eius ſcripta recenſet, dubitat, librum *de conſtructione verborum*, qui ſub nomine eius editus eſt Venetiis apud Aldum 1526. 8. et ad calcem Theodori Gazae librorum quatuor grammaticae librique de menſibus, Florent. apud heredes Philippi Iuntae 1526. 8. eſſe Lecapeni. Adde *Fabric.* B. Gr. lib. IV. cap. 34. ſect. 13. vol. IV. pag. 535. et *Saxii* Onom. II. pag. 369. — *Villoiſon* in anecd. graecis, tom. II. pag. 79. ex *Georgii Lecapeni* inedita Γραμματικῇ, ſ. *grammatica alphabetica*, (in cod. Veneto D. Marci 486.) in lucem emiſit eius initium.

§. 150.

NICEPHORVS GREGORAS.

1. Heracleae in Ponto in lucem editus 1295. vitam cum morte commutauit a. Chr. 1359. Theologus, hiſtoricus et aſtronomus, Palamitarum aduerſarius. Primum laetam; deinceps vero commutatam, nec raro duram fortunam ſenſit, et a. 1351. a *Calliſto* patriarcha in ſynodo CPolitana damnatus fuit.

2. Inter opera, quae confecit, multa, quorum vero maxima pars adhuc latet in ſcriniis, eminet *hiſtoria Byzantina.* Conſtat illa libris XXXVIII.

qui quidem ſupereſſe dicuntur, quamquam hucusque libri tantum XXIIII. formulis typographicis deſcripti ſunt, ab a. Chr. 1204. quo Veneti Conſtantinopolin occuparunt, vsque ad an. 1351. Ea, quae vsque ad a. 1359. pertineant, ſeruantur adhuc in pluteis msstor. — *Nicephori Gregorae* romanae, hoc eſt byzantinae hiſtoriae libri XI. quibus res a graecis imperatoribus per annos CXLV. a Theodoro Laſcari priore, vsque ad Andronici Palaeologi poſterioris obitum geſtae, deſcribuntur, et *Nicetae Choniatae* παραλειπόμενα ſupplentur: nunc demum — *Hieron. Wolfii* labore, graece latineque editi cum indice copioſo. His adiunximus *Laonici Chalcondylae* turcicam hiſtoriam, *Conrado Clauſero*, Tigurino, interprete; ſed recognitam ab eodem — graece ac lat. Baſileae per Io. Oporinum 1562. fol. — Lacunas, quas Wolfii codices habuerunt, ſuppleuit *Dionyſius Petauius*, qui in edito Nicephori patriarchae Breuiario hiſtorico, Paris 1616. 8. pag, 240. fragmenta noſtri Nicephori, et ibid. in fine Obſeruatt. ſuarum fragmentum de vita et exitu Conſtantini Copronymi dedit gr. ac lat. — Iidem libri XI. *Nicephori*, tum *Laonici Chalcondylae* hiſtoria Turcorum et *Georgii Acropolitae* chronicon CPolitanum, gr. ac. lat. Coloniae Allobrog. 1615. fol. — Plenior et correctior eſt editio, inſcripta:

Greg. Byzantina hiſtoria, tom. primus. Libri XI. ab *Hier. Wolfio* iam pridem latini facti, et in lucem editi: iidem nunc auctiores, et caſtigatiores quam antea. tomus ſecundus. Libri XIII. nunc primum e codd. msstis eruti et typis mandati. Ex his libros fere XI. latine vertit *Io. Boivin.* Idem codi-

codices contulit, notas addidit et al. adpendices. Paris. e typographia regia. 1702. fol. Hanc editionem et quae adiecta ſunt, vberius recenſet *Fabricius* in B. Gr. lib. V. cap. 5. vol. VI. pag. 319. ſqq. et a pag. 300 ex hac editione repetiit longum ſcriptorum Gregorae editorum ineditorumque catalogum a Bernardo de Montfaucon Roma ad Boiuinum transmiſſum. Boiuinus addere ſecum conſtituerat tom. III. qui reliquos Gregorae libros XIV. et tom. IIII. qui varia ad illuſtrandum illum ſcripta contineret: ſed res ad exitum non eſt perducta. — Boiuini editio recuſa eſt Venetiis 1729. fol. in corpore ſcriptor. rerum Byzantinarum: ſed malo conſilio reliqui Gregorae libri omiſſi ſunt.

Praeter ea Gregoram noſtrum auctorem habent 1) oratio in obitum Theodori Metochitae, cum huius (vel potius, Mich. Glycae,) hiſt. rom. libro a *Io. Meurſio*, Lugd. Bat. 1618. 8. edito — 2) Commentaria ſ. ſcholia in *Syneſium* de inſomniis, gr. cum Syneſio. — 3) Paſchalion correctum, in *Petauii* Vranolog. pag. 383. et rec. in Opere de doctrina temporum, tom. III. pag. 206. — 4.) Vita S. Codrati et ſociorum martyrum, ex msto Bauarico, interprete *Reinoldo Dehnio*, in Act. SS. Antwerp. Mart. tom. II. pag. 8. — 12. — 5) Epiſtola ad Theodulum monachum, inter *Theoduli* opuſc. a Normanno edita. Vpſaliae 1693. 4. — 6.) moralis interpretatio errorum Vlyſſis, cum Porphyrio de nympharum antro etc. a *Conr. Gesnero*, Tiguri 1542. 8. — ſeparatim ab *Obſopoeo* Hagen. 1531. et *Io. Columbo* Aboae 1678. rec.

Lugd. Bat. 1745. 8. edita. v. Fabr. B. G. vol. I. pag. 406.

3. Praeter Fabricium l. c. vide *Hamberger* Z. N. vol. IIII. pag. 577. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 371. ſq. et quos illi viros doctos laudant; *Villoiſon* in anecd. graecis tom. II. pag. 8. circa fin.

§. 151.
DEMETRIVS CYDONE

1. Hieromonachus et ſophiſta CPolitanus, a. 1355. Ioannem Cantacuzenum in monaſterium comitatus, et a. 1384. ſuperfuiſſe dicitur.

2. Multa graece ſcripſit, aut e lingua latina tranſtulit in graecam. Plurima vero lucem nondum viderunt.

3. Eius reſponſionis ad Max. Planudem edit. paullo ante in paragr. de Max. Planude memorata eſt. — Aliquoties tamen edita eſt eius oratio, *de morte contemnenda*, quam cum Hermiae irriſione primum graece publicauit et latine vertit *Raphaël Scilerus*, Auguſtanus, Baſil. 1553. 8. — tum cum eiusdem verſione, inter Theologorum graecorum veterum orthodoxorum ſcripta, curante *Conrado Gesnero*, Tiguri, 1559. fol. — *Hieronym. Wolfius* notas addidit in editione ſiue faſciculo plurium opuſculorum, cuius eſt inſcriptio, *Doctrina recte viuendi ac moriendi*, Baſil. 1577. 8. — rec. ibidem 1586. 8. — Multo poſt prodiit noua editio: *Demetrii Cydonii opuſculum de comtemnenda morte*, gr. et lat. recenſuit, emendauit, explicauit *Chriſtian Theoph. Kuinoel.* Lipſiae 1787. 8. Doctiſſ. editor quatuor contulit edi-

editiones, varias lectiones et indicauit et examinauit, et textum tam criticis quam grammaticis, iisque vberioribus illuſtrauit adnotationibus. — De *Demetrii Cyd.* epiſtolis et aliis ſcriptis v. *Lambecii* comm. de bibl. Vindob. V. pag. 384. ſqq. ibique Kollarii notam — Binae epiſtolae, nunc primum editae, altera *Nili Cabaſitae*, altera Demetrii Cydonii progr. auctore *Chr. Frid. Matthaei*, Dresdae 1789. 4.

4. Demetrius Cydone Platonem quidem in ſcribendi genere imitatus, nec male graeca dicendi ratione vſus eſt: nec vero acutum philoſophum ſe geſſit; ſed more homeleticorum potius ſcripſit. Magna tamen libelli pars mutua eſt ſumta ex antiquiore libello Nemeſii Emeſani, teſte Hier. Wolfio, qui libellum Nemeſii, Νεμεσίȣ λόγος ὡς ἄλογός ἐςιν ὁ θανάτȣ φόβος, in codice bibl. Fuggerianae vidit.

5. *Fabricii* B. Gr. vol. X. pag. 385. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 373. *Lambecius* l. cit. pag. 387. ſqq.

§. 152.

IOANNES CANTACVZENVS.

1. Eum a. Chr. 1375. adhuc ſuperſtitem fuiſſe, obſeruat Cangius. Atque *Lambecius* ad Codinum pag. 210. arbitratur, nec tamen tamquam certum pronuntiat, illum ad a. Chr. 1411. aetatem produxiſſe.

2. Litteris tam diuinis quam humanis egregie excultus, prudens, et toga ſagoque clarus poſt varia munera ab Andronico iuniore, imperatore,

moribundo, a C. 1341. tutor filiorum ſuorum impuberum, Ioannis, nouem annos nati, Theodori, et Manuelis delectus eſt. Poſt ea, diſſenſione belloque inter illum Annamque Andronici viduam orto, a. 1342. imperator adpellatus, et cum coniuge Irene a Lazaro patriarcha Hieroſolymitano coronatus, atque, Conſtantinopoli a. 1347. per proditionem capta, in hac vrbe imperator proclamatus eſt. Quo facto Helenam, filiam ſuam, deſponſauit *Ioanni*, filio Andronici, illumque imperii conſortem adſciuit. At non ita multo poſt, recrudeſcentibus diſſidiis, quum ad bellum res iterum deueniſſet, et Ioannes, Conſtantinopoli capta, a. 1355. viciſſet: Ioannes Cantacuzenus ceſſit imperio; nec diu poſt in Manganorum monaſterio monachi habitum et *Ioaſaphi* nomen induit. In hoc receſſu et diuturna quiete opera quaedam exarauit tam hiſtorici, quam theologici argumenti.

3. *Io. Cantacuz.* Hiſtoriarum (ab a. 1320 — 1357.) libri IV. de rebus ab Andronico Palaeologo iuniore, imperatore CPolitano, nec non a ſe geſtis. Per *Iac. Pontanum* nunc primum de graeco in latinum conuerſi. — adiectae ſunt ad finem notae — et indices. Ingolſtadii 1603, fol. — Hiſtor. libri IV. *Iac. Pontanus* S. I. latine vertit, et notas ſuas cum *Iac. Gretſeri* adnotatt. addidit. Graece nunc primum prodeunt ex cod. msto biblioth. Seguier. Paris 1645. III. tom. fol. — rec. in Corpore ſcript. rerum Byzantin. Venet. 1729. — contra mahometicam fidem chriſtiana et orthodoxa aſſertio: et IV. λόγοι ſiue libri aduerſus Mahometis errores: graecae cum latina *Rudolphi Gualtheri*

Gualtheri verſione. Baſil. ap. Io. Oporin. 1543. fol.

4. Eius filius, *Matthaeus Cantacuzenus*, Caeſar pronuntiatus et coronatus, cum patre munus et honorem depoſuit, atque in montem Atho ſeceſſit diſciplinam Monachorum ſectatus, vbi patre ſuperſtite vita deceſſit. In quosdam quidem libros diuinos commentatus eſſe dicitur: ſed lucem tandem vidit eius Commentarius in canticum canticorum, gr. et cum lat. verſione *Vincentii Riccardi*, cum notis eiusdem, in quibus complures difficiliores cantici canticorum ſententiae, e veterum ſcriptorum monumentis, explicantur, priſci ritus notantur, et inedita eduntur, praeſertim *Euſebii Caeſariens.* in canticum canticorum expoſitio. Romae. Steph. Paulini. 1624. fol.

5. *Hanckius* de Byzantin. rerum ſcriptor. part. I. cap. 36. *Fabric.* B. Gr. vol. VI. pag. 469. ſqq. vbi pag. 472. ſqq. de fide Cantacuzeni hiſtorica et reliquis ſcriptis agitur; *Hambergeri* Z. N. vol. IV. pag. 609. ſqq. *Saxius* in Onom. II. pag. 375. qui praeter ea adnotat, praefationem ad *Io. Cantacuzeni magnum opus contra Palamam, Barlaamum, et Acyndynum* vna cum ſynodis aduerſus has haereſes celebratis, exſtare in *Angeli Mariae Bandini graecae eccleſiae monumentis*, Florentiae, 1762. 8. vol. II.

§. 153.

CONSTANTINVS HARMENOPVLVS.

1. Natus circa a. Chr. 1320. deceſſit Conſtantinopoli, A. C. 1380. vel 1381. Ante Lambecium,

um, qui vol. VI. comment. de bibl. Vindob. pag. 87. ſqq. edit. Kollarii, (cuius notam pag. 89. conferes,) ex inſigni *Philothei*, patriarchae CPolitani, teſtimonio de aetate *Conſt. Harmenopuli* teſtimonio vberius docuit, illum eſſe ſaeculi XIIII. ſcriptorem, plerique eius aetatem ad ſaeculum XII. retulerant. v. *Car. Frid. Zepernick* ad Casp. Achatii Beckii libr. de nouellis Leonis Auguſti et philoſophi etc. Halae 1779. 8. pag. 22. ſqq. vbi quaedam de Harmenopulo adnotantur.

2. Ictus et Anteceſſor Conſtantinopolitanus celeberrimus, artibusque liberalibus probe inſtitutus: iuris ſcientiam didicit ab Simeone Attaliata, linguam autem latinam ab Aſpaſio: triceſimo aetatis anno iudex *Dromi*, quod ſupremum ciuilium dicaſtarum fuit tribunal, creatus eſt et princeps imperatoris Ioannis Cantacuzeni conſiliariorum ſumma fide atque induſtria effecit, vt, remoto Cantacuzeno, etiam Ioanni V. Palaeologo carus eſſet. Anno denique aetatis quadrageſimo Theſſalonicae ſummo cum Nomophylacis imperio praefectus eſt: in quo munere per otium ius eccleſiaſticum ea fide et diligentia tractauit, vt in vtroque iure maximam auctoritatem et principem locum obtineret. Nec vmquam ſenſit fortunae vices ac malignitatem.

3, Monumenta ingenii, eruditionis atque doctrinae, quae ſunt edita, cum theologici, tum in primis iuridici argumenti, ea ſunt: 1) ἑξάβιβλος, ſiue πρόχειρον νόμων, *promtuarium iuris ciuilis*, in ſex libros, titulos LXXXII. diuiſum, cuius occaſionem in προθεωρία, a Fabr. in B. Gr. vol. XII. pag. 429. ſq. excerpta, ita aperuit, vt *Baſilii* πρό-

πρόχειρον anſam ſibi praebuiſſe fateretur. — 2) Epitome diuinorum et ſacrorum canonum — 3) de opinionibus haereticorum, qui ſingulis temporibus exſtiterunt. — 4) de fide orthodoxa — 5) tomus contra Gregorium Palamam. — 6) Donatio Conſtantini M. Silueſtro Papae, vt aiunt, facta, ab Harmenopulo graece verſa, quam ex cod. gr. regio Pariſienſi graece et lat. vulgauit *Iul. Caeſar Bulenger.* de imperio lib. II. cap. 2. et ex eo recudi fecit *Fabric.* in B. Gr. vol. VI. pag. 5. ſq. qui praeter ea de illa et lite inde orta pag. 4. ſq. multus eſt. Adde. *Iriarti* catal. codd. gr. Matrit. p. 349. ſqq. et *Kollar.* ad Lambecii comm. de bibl. Vindob. tom. VI. pag. 77.

4. In codd. Vindob. plura occurrunt Conſt. Harmenopuli ſcripta, et Lambecius, in comm. de bibl. Caeſarea vol. V. et VI. paſſim atque interdum Kollarius in notis, multi ſunt de Harmenopulo eiusque operibus — Editiones autem ſunt hae fere. — Epitome iuris ciuilis etc. cura et ſtudio *Theodorici Adamaei Suallembergi.* Paris apud Chriſtian. Wechel 1540. 4. — tum gr. et lat. cum *Merceri* *) verſione et ſcholiis atque paratitlis Dionyſii Gothofredi ad ſingulos Conſt. Harmenop. titulos, cum libello variarum lectionum ex cod. msto Iac. Lectii, et nomenclatore graecarum dictionum iuris, ad eumdem Harmenopulum. (Geneuae) ap. Guil. Laemarium 1587. 4. editio rara. — Epitome etc. cum ſcholiis *Citrenſis* τȣ̃ Κίτρους, et

*) *Merceri* verſio prodiit primum Lugd. 1656. 4. deinde Lauſannae 1580. 8. de aliis verſionibus lat. et germ. v. Fabric. B. Gr. X. pag. 275.

et *Philothei,* (qui patriarcha fuit CPolitan. a. 1354. et ab a. 1362. ad 1376.) graece ex cod. Sambuci, et cum lat. Io. Leunclauii verſione, in *Marg. Freheri* Iure graeco-romano, lib. I. pag. 1 — 71. Francof. 1596. fol. Sed epitome digna cenſetur, quae cum codd. Vindobon. comparata correctius edatur. v. *Lambecii* comment. laud. vol. V. pag. 337. et VI. pag. 83. ibique Kollar. et pag. 87. ſqq. cum nota Kollarii — De opinionibus etc. et de fide orthodoxa, gr. cum latina Leunclauii verſione, ad calcem legationis Man. Comneni ad Armenios, Baſil. 1578. 8. pag. 557. — 576. item in *Freheri* iure graeco-rom. pag. 547. ſqq. tom. 1. — in auctario bibl. patrum Ducaeano, Paris. 1624. tom. I. et in bibl. patrum, ed. Morellianae, Paris. 1644. 1654. tom. XI. — latine ad calcem *Honorii* Auguſtodun. de haereſibus, Helmſtadii, 1676. 4. — *Tomus* etc. gr. et lat. ſine nomine auctoris, in *Allatii* Graecia orthodoxa, tom. I. pag. 780. ſqq. Romae 1652. 4.

4. *Fabricii* B. Gr. lib. V. cap. 42. vol. X. pag. 274. ſqq. vbi quoque ille de ſcriptis Harmenopuli ineditis agit: quae vero de cod. Vindob. qui Lexicon Harm. continet, ex Neſſelio profert, ea emendanda ſunt ex *Lambecii* comm. notaque Kollarii vol. V. comment. de bibl. Caeſarea pag. 349. — *Hamberg.* Z. N. IV. pag. 613. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 365. ſq. qui plures laudat V. D. *I. Aug. Bachii* hiſtoria iurisprudent. romanae, ed. 4ta. Lipſiae 1782. 8. lib. IV. cap. 2. §. XV. pag. 688. ſqq. qui notat, in bibl. Senatus Lipſiens. ſeruari exemplum Promtuarii Paris. 1540. 8. manu Iac. Cuiacii pluribus locis valde auctum et e libro

msto

mſto emendatum, atque futuro editori mirifice vtile atque commendandum.

§. 154.
ISAACVS ARGYRVS.

1. *Monachus*, anno aetatis LX. et a. Chr. 1372. abſoluiſſe dicitur *canonem Paſchalem*, ſiue methodum Paſchatos inueniendi. Edidit illius canonis caput poſtremum latine *Ioſ. Scaliger* atque illuſtrauit ad calcem canonis paſchalis Hippolytei Lugd. Bat. 1595. 4. pag. 95. ſq. et in opere de emendatione temporum libro IV. pag. 327. Lugd. Bat. 1598. et Geneu. 1629. fol. — integrum canonem. gr. cum verſione lat. et ſcholiis M. *Iacob. Chriſtmannus*, Profeſſor Heidelbergenſis, typis Voegelini, 1611. 4. — cum noua verſione *Dionyſius Petauius*, in Vranologio, Paris. 1630. fol. rec. Amſtelod. (licet titulus praeferat Antwerpiam,) 1703. fol. Idem *Petauius* cum priore alteram methodum paſchatos inueniendi gr. ac lat. vulgauit arbitratus, eam eſſe Iſaaci Argyri, quamuis mſtum in bibl. Paris. nullam auctoris nomen habeat praefixum.

2. *Fabric.* B. Gr. lib. V. cap. 41. vol. X. pag. 176. ſqq. vbi quoque inedita memorantur: adde vol. IV. pag. 155. nou. edit. in capite de Aſtrologis. — *Saxii* Onom. II. pag. 382. — et pag. 386. de *Ioanne Pediaſimo* Bulgariae chartophylace, mathematico, ſophiſta et grammatico circ. a. 1390.

§. 155.

§. 155.

EMMANVEL MOSCHOPVLVS

Cretenſis circ. a. Chr. 1392. ſcripſit grammaticae artis methodum, edit. cum Gazae libris duobus prioribus graece apud Io. Walderum. 1540. 4. — Diuerſus eſt ab *Emmanuele* ſiue *Manuele Moſchopulo*, ſuperioris ἀνεψίῳ ſ. — fratris filio, Byzantino, grammatico et mathematico, qui a. 1453. poſt captam CPolin cum aliis graecis profugus in Italiam veniſſe videtur. Scripſit de conſtructione nominum et verborum atque περὶ προσωδίας, edit. cum Chalcondyla ſine l. et a. fol. probabiliter Mediolani ſub ipſa typographiae incunabula; (v. *Iriart.* catal. MSS. codd. Matrit. pag. 144. ſq. ſupra, in Prolegom. tom. I. pag. 43.) — ab Aldo 1525. 8. rec. Paris. 1544. 8. Baſileae 1546. 8. — περὶ σχεδῶν, h. e. de partibus orationis, qua exempla analyſeos grammaticae et ratio grammatice examinandae orationis traditur, exc. Paris. apud Robert-Stephanum 1545. 4. — Ei quoque tribuuntur ἐξήγησις grammatica in duo primores Iliad. Homer. libros; (a *Io. Scherpezelio*, Amſtel. 1702. 8. edita,) et ſcholia in Heſiodi O. et D. atque alia. v. *Fabr.* B. Gr. vol. I. pag, 407. et 576. ed. nou. — De edit. collectionis vocum atticarum Paris. 1532. 8. cum Thoma Magiſtro etc. vide ſupra in paragr. de Th Magiſtro. — De vtroque autem *Moſchopulo* vide *Fabr.* B. Gr. libr. V. cap. 7. vol. VII. pag. 37. *Saxii* Onom. II. pag. 387. et 445. ſq. adde *Iriart.* catal. codd. Matrit. pag. 272. b. etc.

§. 156.

EMMANVEL CHRYSOLORAS.

1. Hic ſecundus a *Leontio Pilato*, *) magiſtro Petrarchae et Boccatii in graecis litteris, fuit harum reſtaurator in Italia poſt a. C. 1390. et obiit Conſtantiae, (Coſtnitz) 1415.

2. Ab imperatore Io. Palaeologo ad principes in occidente miſſus, quorum fidem imploraret aduerſus Baiazetum, Turcarum tyrannum, Milani, Florentiae, Ticini ſiue Pauiae et Venetiis litteras graecas docuit. Reuertens Conſtantinopolin, ab imperatore ſuo graeco ad concilium Conſtantienſe legatus eſt orator.

3. Scripſit erotemata grammatica, Mediolani, ſ. l. et a. v. paragr. anteced. Venet. ſ. a. per Peregrin. Bonon. Paris. 1500. (al. 1507.) gr. apud Gourmont. 4. et olim ſaepius edita; tum epiſtolam ad Io. Palaeologum, imperatorem, qua veteris et nouae Romae comparatio continetur, atque epiſtolas ad Ioannem et Demetrium Chryſoloras, gr. et lat., cum Georgii Codini excerptis de antiquitatt. CPolitan. a *Lambecio* — edit. Paris. 1655. fol. pag. 107. ſqq. et 127. ſqq.

4. *Fabricii* B. Gr. vol. X. pag. 392. ſqq. *H. von der Hardt* memoria Chryſolorae. Helmſtad. 1718. 8. *Boerner* de doctis hominibus graec. etc. pag.

*) Theſſalonicenſi, et Barlaami auditore, ac Bocaccii praeceptore, circa a. Chr. 1340. Plura de hoc et Chryſolora in *Humphredi Hodii* libro de Graecis illuſtribus L. Gr. litterarumque humanior. inſtauratoribus. Londini, 1742. 8.

pag. 1. ſqq. *Hamberger*. Z. N. IV. pag. 649. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 389. ſq. vbi plures V. D. memorantur.

§. 157.

Demetrius Triclinius, circa a. Chr. 1400. ſphaeram Empedoclis emendauit, in Heſiodumque et Sophoclem ſcholia ſcripſit aut collegit. v. *Fabricii* B. Gr. vol. I. cap. de Heſiodo pag. 588. not. 55. nec non vol. II. cap. de Sophocle p. 221. ſq. 225. item vol. I. de Empedocle p. 814.

§. 158.

Manuel ſiue *Emmanuel Palaeologus*, imperator ab anno 1391. tum ſolio ſuo deturbatus; at a. 1402. in idem reſtitutus: obiit 1425. Scripſit *Praecepta educationis regiae ad Ioannem filium*, quae cum eius breuibus orationibus aliisque eiusdem paruis libellis e bibl. Sambuci edidit *Ioan. Leunclauius* cum ſua verſione latina, et adiecit, ita vt peculiarem hunc titulum praefigeret, *Beliſarii Aquiuiui Aragonii, Neretinorum ducis aliquot aureoli vere libelli* de principum liberis educandis, de venatione, de aucupio, de re militari, de ſingulari certamine etc. Baſil. ex officina Petri Pernae. 1578. 8. Plura leges in *Fabricii* B. Gr. vol. X. pag. 509. ſqq. vol. XIII. pag. 809. *Saxii* Onom. II. pag. 393. ſq.

§. 159.

Ioannes Cananus, ſcriptor Byzantinus, a. C. 1422. et auctor narrationis de bello CPolitano anni ab orbe condito 6930. Chriſti 1422. etc. ab *Allatio*

Allatio editae et ſubiectae *Acropolitae* hiſtoriae ſ. χρονικῇ συγγαφῇ pag. 187 — 199. ei tamen pag. 149 — 186. praemiſit *Ioelis* (de quo ſupra, §. 134.) cuiusdam, qui circa initium ſaeculi XIII. vixiſſe videtur, *chronographiam compendiariam.* v. *Fabr.* B. Gr. vol. VI. pag. 456. ſqq. et *Saxii* On. II. pag. 407. ſq.

§. 160.

THEODORVS GAZA

Theſſalonicenſis, Grammaticus ac Philoſophus celebris, circa a. 1430. Scripſit grammaticam graecam, et libellum de menſibus Venet. 1495. fol. et deinceps ſaepius editos. E latinis graece vertit *Ciceronis* libr. de ſenectute et de ſomnio Scipionis: e graecis vero latine vertit quosdam Ariſtotelis libros, Theophraſti hiſtoriam plantarum et alia. Ad inedita quando *Fabricius* in B. Gr. vol. IX. pag. 195. (vbi recenſet eius ſcripta,) refert latinam *Theod. Gazae* verſionem *Dionyſii Halicarn.* de compoſitione orationis et elocutione, quomodo fiant epithalamia, epitaphia et panegyrica: eam omnino editam eſſe Mediolani 1482. obſeruat *Ant. Ios. Saxius* in hiſtoria typogr. litterar. Mediolan. pag. 239. B. — adde Humphr. Hodii et Boerneri libros ſupra laudatos, *Bandini* catal. codd. graec. Medic. Laurent. vol. II. p. 270. *Saxii* Onom. II. pag. 409. ſq.

§. 161.

Ioannes Anagnoſtes Theſſalonicenſis, cuius narratio de occupata et erepta Venetis a. Chr.

1430. per Muratem II. Turcarum principem Theſſalonica, exhibetur gr. ac lat. in *Allatii συμμίκτοις* pag. 318. — 380. v. *Hank.* de hiſt. Byz. ſcriptoribus lib. I. cap. 38. *Fabr.* B. Gr. VI. pag. 486. *Saxii* Onom. II. pag. 410.

§. 162.

De *Georgio, Trapezuntio*, nat. 1396. denato 1486. theologo, rhetore, grammatico ac philoſopho, acerrimo Ariſtotelis contra Platonicos maxime *Beſſarionem*, aliosque vindice, v. ad *Fabr.* B. Gr. vol. III. cap de Ariſtotele, et bene multos, quos laudat *Saxius* in Onom. II. p. 411. ſqq quibus addes *Apoſtoli Zeni* diſſert. Voſſianae. Venet. 1752. 4. tom. II. pag. 2 — 27.

De *Beſſarione* ipſo, patria Trapezuntio, praeclaro philoſopho, oratore et grammatico, acri Platonis defenſore, qui a. Ch. 1439. viris eccleſiae rom. purpuratis accenſus, et a. 1472. exſtinctus eſt, praeter Hodium et Boernerum libris laudatis, *Fabr.* in B. Gr. X. pag. 401. ſq. XI. pag. 680. ſq. nec pauci a *Saxio* On. II. pag. 420. ſq. laudati copioſius egerunt.

§. 163.

GEORGIVS GEMISTVS PLETHO.

1. Conſtantinopolitanus, vir praeclarae eruditionis et reſtaurator philoſophiae platonicae in Italia: iam 1426. apud imperatorem Manuelem Palaeologum valuit multum: 1438. concilio interfuit

fuit *Florentino*, *) vbi acerrimus Graecorum de proceſſione Spiritus S. erat defenſor; poſtea tamen animum ad Latinorum ſententiam declinauit. Conſtantinopolin rediit, et in Peloponneſo ſenex adeptus eſt magiſtratum.

2. Quae ingenii illius et eruditionis monumenta ſuperſunt, typisque exſcripta, ea paucis commemorabimus. a) de geſtis Graecorum poſt pugnam Mantinenſem lib. II. graecae, cum Xenophontis Omiſſis, Venet. apud Aldum 1503. fol. — recus.

*) Per hanc occaſionem Gemiſtus non ſolum platonicam in Italia reſuſcitauit philoſophiam; ſed etiam auctor fuit Cosmo Mediceo academiae Platonicae condendae v. *Ficini* praefat. ad Plotinum, *Saxii* Onom. II. pag. 419. ſq. in primis *Bandinium*, qui in ſpecimine litteraturae Florentinae ſaec. XV. tom. II. Florentiae 1751. 8. §. 33. ſqq. pag. 55. — 95. ortum fataque atque omnem hiſtoriam illius academiae latius perſequitur. — Mentio quoque facienda eſt libri rari: Ἡ *ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἐν Φλορεντίᾳ σύνοδος*. *Sancta generalis Florentina Synodus* tom. I. II. 4. Excudebat Steph. Paulinus. Quae editio diuerſa eſt a Romana cum verſione *Caryophili*, 1629. 4. II. voll. de qua edit. et de illo concilio v. *Fabric.* B. Gr. vol. XI. pag. 677. ſqq. de priore autem eiusque argumento et diuerſitate copioſe egit *Baumgarten* in Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. VI. p. 425 — 452. vbi quoque Fabricius ſuppletur. — Idem *Baumgarten* aut potius alius V. D. ibid. pag. 497. — 515 copioſe deſcribit *Sylueſtri Sguropuli*, magni eccleſiarchae, atque vnius e V. crucigeris et intimis conſiliariis patriarchae CPolitani *Concilii Florentini exactiſſimam hiſtoriam*, graece ſcriptam cum verſione latina notisque *Roberti Creyhthon.* Hagae Comitum, ex typographia Adriani Vlacq. 1660. min fol.

— recus. cum Herodoto Camerarii, Baſil. 1541. fol. — Seorſum vero editi ſunt et notis illuſtrati ab *Henrico Godofr. Reichardo*, ſcholae Grimmenſis collega, Lipſiae 1770. 8. — add. *Villoiſon* anecd. graeca, tom. II. pag. 244.

b) De rebus Peloponneſiacis orationes II. *Guil. Cantero* interprete. Eiusdem Plethonis libellus graecus de virtutibus, cum Stobaei Eclog. II. Antwerp. 1575. fol. vide ſupra de Io. Stobaeo, §. 48. n. 4. p. 398. et *Caſp. Burmanni* Traiectum eruditum pag. 68.

c) *Georgii Gemiſti Plethonis* et *Mich. Apoſtolii* orationes funebres duae, in quibus de immortalitate animae exponitur. Nunc primum e msto (Vratislauienſi) edidit *G. G. Fülleborn*, Lipſiae 1792. 8. Prius habita eſt oratio Plethonis. Apoſtolius enim Gemiſthum imitatus eſſe, dici non poteſt, conf. Ien. A. L. Z. a. 1794. n. 218. menſe Iul. pag. 29. ſqq. vbi loca quaedam Plethonis emendantur.

d) Scholia in oracula Zoroaſtris, cum Sibyllinis oraculis Obſopaei, Paris. 1599. 8. conf. ſupra, pag. 492.

e) Libellus de fato eiusdemque et Beſſarionis epiſtolae amoebeae de eodem argumento, gr. et lat. cura *H. S. Reimari*, Lugd. B. 1722. 8.

f) Zoroaſtreorum et Platonicorum dogmatum compendium gr. et lat. per *Val. Herm. Tryllitſch.* Witteberg. 1719. 4. rec. in *Fabricii* B. Gr. vol. XIIII. pag. 173 — 144.

g) Menſium et annorum ordo et dierum recenſio, graece, in *Allatii* de menſura tempor. antiq. tract. cap. 12. pag. 140.

h) De

h) De differentia philoſophiae Ariſtotelis et Platonis, (qui liber plenus conuitiorum atque opprobriorum, in quo Platoni primae dantur, multas excitauit controuerſias,) graece, Venet. 1532. 8. — 1540. 4. — Paris. 1541. 12. — latine, Baſil. 1574. 4.

i) De opere eius quodam geographico vide *St. Croix* notit. edit. nouae geographor. graecorum minorum nr. 26. et quae ex ea excerpſi ad *Fabr.* B. Gr. vol. IV. pag. 669.

3. *Fabricii* B. Gr. vol. X. pag. 739. ſqq. *Brucker* hiſt. crit. philos. tom. IIII. part. I. pag. 41. ſqq. *Hamberger* Z. N. vol. IV. pag. 712. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 423. ſq. *Kollarii* ſupplem. I. ad Lambecii comment. pag. 498. ſq. 557. ſq. *Iriart.* catal. codd. gr. Matrit. pag. 28. 346. et 276.

§. 164.

MICHAEL APOSTOLIVS.

1. Byzantinus, circ. a. 1450. exſul e Graecia in Italiam venit, paroemiographus, philoſophus platonicus et orator: pater fuit *Arſenii*, Cretenſis patria, Monembaſiae epiſcopi, qui graeca ſcholia in Euripidis VII. tragoedias collegit, et Venetiis a. 1435. viuere deſiit.

2. Praeter alia, adhuc inedita, fecit collectionem paroemiarum, quarum epitomen, (explicatione fere reſciſa,) graece edidit Heruagius Baſileae 1538. 8. quae deinceps aliquoties eſt recuſa. — Pleniſſima editio eſt: Μιχαήλȣ Ἀποςολίȣ παροιμίαι. Centuriae XXI. Prouerbiorum ex optimis auctoribus graecis collectae a *Michaele Apoſtolio*,

Byzantino, cum V. L. *Petri Pantini*, Tiletani, verſione et notis ipſius ac aliorum doctorum, quibus adagia illuſtrantur et ſuis auctoribus aſſignantur. Cum indicibus locupletibus. Idem *Patriarchae Gregorii Cyprii* *) prouerbia. Lugd.-Bat. apud Io. et Dan. Elſeuir 1654. 4. — ſed vnicam tantum edit. Lugdun. Bat. 1619. 4. nouit *Fabricius* in B. Gr. libr. IV vol. IV. pag. 285. ed. veter. In bibliotheca tamen Wernsdorfiana Dantiſc. exſtitit edit. Lugd. 1634. 4. atque meum exemplar duplex inſcriptionis habet folium: in priore exhibetur vberior ille, quem modo indicaui, titulus, in poſteriore ſiue interiore ita legitur. Μιχαηλȣ — *Michaelis Apoſtolii paroemiae: nunc demum, poſt epitomen Baſilienſem, integrae cum Petri Pantini verſione, eiusque et doctorum notis in lucem editae.* Lugd. Bat. ex offic. Elzeuiriana 1619. Tum ſequitur epiſtola *Dan. Heinſii* dedicatoria, exarata 1619. XII. Febr. Tria igitur illa exempla vnius eiusdemque editionis fuiſſe videntur, ita vt librarius ſingulis tantum nouum tituli folium praefigeret. *Gregorii Cyprii* prouerbia pag. 273 — 281. iam inſerta fuiſſe primae editioni, cognoui ex Fabricio l. cit. adde *Clement* bibl. hiſtoriq. et critiq. tom. I. pag. 432. ſqq. *Freytagii* adpar. litter. tom. II. pag. 1330. —— Orationem funebrem edidit *Fülleborn*. v. in antec. paragr. de Georgio Gemiſto nr. c.

De inedito *Apoſtolii* opere Ἰωνιὰ ſiue *violarium* ex quo *Arſenius* ἀποφθέγματα φιλοσόφων etc. (Romae

*) De hoc patriarcha CPolitano, a. 1283. v. *Fabr.* B. Gr. vol. VI. p. 603. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag. 322. ſq.

(Romae) edidiſſe videtur, conf. *Bandin.* in cat. codd. graec. Medic. vol. I. pag. 549. et *Villoiſon* in anecd. gr. II. pag. 4.

Arſenius filius, praefationem praemiſit *Theodori Ptochoprodomi* ſiue *Prodromi* ludicro carmini, *Galeomyomachiae*, ſaepius cum Aeſopi Babriique fabulis editae, ſeparatim a *Io. Frid. Soergel*, gr. et lat. Rudolphipoli, 1750. 4. (qui in praefat. paucis egit de Ariſtobulo Apoſtolio,) — gr. vna cum Hom. Batrachomyomachia, et cum notis german. ab *Auguſto Chriſtiano Borheck*, Lemgou. 1789. 8. conf. ſupra in §. 123. pag. 501.

3. adde *Fabr.* B. Gr. vol. X. pag. 222. — 225. *Boerner.* de doctis Graecis pag. 152 — 163. *Saxii* On. II. 438.

§. 165.

MATTHAEVS CAMARIOTA

1. Theſſalonicenſis, circa 1450. et mox interfuit Conſtantinopoli a Turcis captae.

2. Philoſophus ac rhetor CPolitanus.

3. Exſtant lamentatio de capta a Turcis CPoli, graece et latine apud *Cruſium* in Turco-Graecia pag. 76 — 79. atque orationes II. in Plethonem de fato, primum gr. editae et latine redditae ab *Hermanno Samuele Reimaro*, cum praefatione I. A. Fabricii, in qua de Camariota agitur Lugduni Bat. 1721. 8. — Noſtro quoque tribuitur *Synopſis rhetorica*, ſed Fabricius et l. mem. et in B. Gr. vol. IV. pag. 475. vet. edit. ſecus ſentit.

4. Adde *Leon. Allatium* de Georgiis in *Fabr.* B. Gr. vol. X. pag. 738. et 768. *Saxii* Onom. II. pag. 439.

§. 166.

Ioannes Andronicus Calliſtus, ſ. *Calliſti* filius Theſſalonicenſis, circa a. Chr. 1450. philoſophus peripateticus et grammaticus, praeceptor Georgii Vallae, Angeli Politiani et aliorum. v. *Fabr.* B. Gr. lib. III. cap. 5. de Ariſtotele, vol. III. pag. 264. et cap. 8. pag. 465. item vol. X. pag. 475. *Saxii* On. II. pag. 441.

§. 167.

MICHAEL GLYCAS.

1. De eius aetate non conuenit inter viros eruditos. Allatius autem et Oudinus, quibus accedunt *Io. Lamius* in diſſ. de Michaele Glyca *) et *Hambergerus* in Z. N. IV. pag. 730. ſq. ex eius potiſſimum epiſtolis, in quibus quaedam ad Conſtantinum Palaeologum, medio fere ſaec. XV. regnantem, exaratae dicuntur, coniiciunt, Glycam eodem tempore, adeoque poſt a. C. 1445. floruiſſe. Idem Lamius occurrit obiectioni, ab aliis motae, epiſtolas eſſe miſcellas, et Glycam ſuos annales ad ſaeculum XII. tantum deduxiſſe. Nam quod Glycae annales deſinunt in a. 1118. et quia Zonaras, qui eodem anno ſuos finiuit annales ac ſaeculo XII. vixit, inter alios memoratur: ex

*) In deliciis eruditorum etc. Florentiae 1736. 8. p. 6. ſq. et in eo tomo, qui ibidem prodiit an. 1739. pag. 13. ſq.

ex eo plurimi; vt Cauius, Dupin, *Fabricius* in B. Gr. vol. X. pag. 228. et *Saxius* in Onom. II. pag. 241. conclundunt, Glycam ſaeculo XII. in viuis fuiſſe, atque poſt alios *) Saxius opinatur eum vltra a. 1150. vitam produxiſſe. Plenius tamen et curatius in aetatem, quamquam incertam, Glycae inquiſiuit *Walchius*, Theologus quondam Gottingenſis, in ſingulari de Glycae aetate commentatione, in Gottingenſi doctrinarum ſocietate d. III. Aug. 1782. recitata, (v. ephemer. Gotting. litterar. eiusdem anni plag. 104.) cuius ſumma haec fere eſt. Zanuccius primus vni Glycae, non, Zonarae, epiſtolas adſerit, poſt concilium Florentinum, ſaec. XV. ſcriptas; eumque ſequuti ſunt Oudinus et Lamius. Certum enim eſt, tres epiſtolas: nr. 35. 36. 41. vti Lambecius illas numerauit, **) inſcriptas eſſe vltimo imperatori Chriſtiano CPolitano, Conſtantino Palaeologo, a. 1453. pereunti. Neque tamen reliquae omnes epiſtolae aut XII. aut XV. ſaeculo, neque ab vno Glyca, nec ab vno Zonara ſcriptae ſunt. Quoniam vero epiſtolarum ordo in codd. msstis eſt varius: ſequitur, vt illarum collectio pedetentim orta ſit, et a librariis poſterioris aetatis epiſtolae additae prioribus. Ex epiſtolis autem illis, quae conſenſum quemdam cum Glycae annalibus prodant,

*) vide *Mongitor* biblioth. Siculam, tom. II. pag. 75. ſq. qui de Glycae aetate, patria, nomine ſcriptisque eſt copioſus, multosque alios V. D. adpellat.

**) Quas quidem *Carol. Du-Freſne* in praefat. Zonarae opp. praemiſſa, *Zonarae* eſſe foetus arbitrabatur. v. *Lamium* diſſ. laud. in vol. deliciarum a. 1736. edito pag. 7. ſq.

dant, probabiliter tantum poteſt Glycae aetas definiri; neque tamen ex illis vna eſt, quae iudicium notasque ſaeculi XV. prae ſe ferat. Ex quibus omnibus concludit Walchius, ex epiſtolis haud tuta pro Glycae aetate ſaeculi XV. poſſe argumenta ſumi, et quaeſtionem de eius aetate nondum eſſe explicitam neque ab omni liberam dubitatione: antiquam quidem et vulgatam ſententiam, quae certioribus rerum nixa ſit fulturis, videri probabilitate vincere recentiorem: e contrario tamen hanc, licet incertis quoque fultam argumentis, poſſe rationibus probari melioribus.

2. Aeque incerta, quondam quidem, viſa eſt Glycae patria. Eum enim fuiſſe Siculum natione, plures adfirmarunt: v. Mongitor. l. c. In qua haereſi erat quoque Lamius in priore de Glyca diſſertat. at in poſteriore mutauit ſententiam et Boiuini iudicio, Glycam fuiſſe *Byzantinum* ſubſcripſit, ſed ita, vt non repugnare, ſentiret, Glycam origine fuiſſe Conſtantinopolitanum, incolatu vero Siculum, praecipue, ſi Monachus erat, vt Fabricius arbitratur, et, vti in codice Riccardiano dicitur, grammaticus: qua de re copioſus eſt *Lamius* in II. diſſ. pag. XIV. ſqq. Idem Lam. in diſſ I. init. ex verſibus, qui in variis codd. Glycae annalium msstis occurrunt: ὃς ἐκγένȣς ἔσχηκε Γλυκετῶν λάχος etc. *qui ex genere habuit Glycetam ſortem* etc. oſtendit, eum cognominatum eſſe *Glycam*, quod ex *Glycetarum* familia eſſet: adeoque falli Fabricium, arbitratum, cognomen illud ab eo adſcitum fuiſſe, quum monaſticum induiſſet habitum.

3. Annales condidit a mundi exordio vsque ad obitum Alexii Comneni imperator. — graece ac

ac latine, et cum adnotatt. *Phil. Labbei*, Paris. 1660. fol. — rec. in Corpore ſcriptorum Byzantin. Venet. 1729. fol. — Partem tertii libri olim *I. Meurſius*, qui eam Theodoro Metochitae perperam adſcripſerat, ſub titulo: *Theodori Metochitae* hiſtoriae romanae a Iulio Caeſare ad Conſtantinum M. liber ſingularis gr. ac lat. edidit cum notis ſuis, Lugd. Batau. 1618. 4. ea quoque inſerta eſt *Meurſii* Operibus, tom. VII. Florentiae 1746. pag. 737. conf. *I. A. Fabricii* decas decadum ſiue plagiariorum et Pſeudonymor. centuria. Lipſiae 1689. lit. D. nr. XVIII. Mich. Glycas.

Lamius in deliciis erudit. tom. I. Florent. 1736. edidit quinque epiſtolas, argumenti theologici atque exegetici, quae aliaeque in codd. Paris. recentiori, a. 1448. ſcripto, et alio, ac Leidenſi tribuuntur Zonarae, (adſtipulante *Philippo Labbeo* tom. I. de ſcriptor. eccl. in Georgio Cedrino,) ſed in codd. Vindob. Riccardiano atque Auguſtano adſcribuntur Glycae, probante *Lamio* in diſſ. 1. pag. 18 — 24. Duas priores *Iac. Pontanus* lat. verſas cum Philippi Solitarii libris aliisque opuſculis edidit Ingolſtadii, typis Adami Sartorii, 1604. 4. Illius interpretationem addidit Lamius, reliquas tres ipſe latinas fecit. Tum idem *Lamius* in tom. V. Florent. 1739. addidit cum verſione latina epiſtolas VI — X. et epiſtolae VII. ſubiecit diſſ. longam hiſtorico-polemicam *de carnis reſurrectione*. — Dein *Franciſcus Fontanius*, bibliothecae Riccardianae praefectus, in Nouis eruditorum deliciis etc. tom. I. Florent. 1785. 8. ex cod. Riccard, in quo XVI. exſtant epiſtolae, (addidit

didit gr. et lat. cum notis doctis, quatuor epiſtolas ſeu λόγους, quarum duae priores epp. iam antea lucem viderant; altera quidem, nempe XIII. a *Lamio* edita in tomo VIII. Operum Meurſii, pag. 261. altera autem epiſt. XIV. publicata a *Dominico Becuccio*, qui eam vna cum *Orthodoxis dogmatibus, quae S. S. Apoſtoli expoſuerunt*, Florentiae 1768. vulgauit. Sed Fontanius vtramque recudendam curauit, et notis illuſtrauit copioſis: reliquas primus gr. edidit et latine vertit. At plures epiſtolae adhuc latent msstae: et *Octau. Caietanus* in animaduerſion. ad tom. II. ſcriptorum ſiculorum pag. 106. numerat XXXXII. Sed plura de illis et codd. dabunt Mongitor, Fabricius, Oudinus et Lamius in vtraque diſſ.

3. *Fabric.* B. Gr. vol. X. pag. 228. et, miſſis, quos iam laudaui, G. *Caue* H L. SS. E. tom. II. pag. 206. *G. Oudinus* diſſ. de Mich. Glyca, in comment. de SS. E. tom. III. pag. 2521.

§. 168.

Andronicus Comnenus, imperator CPolitanus a. C. 1183. ad an. 1185. ſcripſit dialogum contra Iudaeos, latine verſum a Io. Liuineio, in capp. LXIIII. diſtributum et a *Petro Stewartio* in tomo ſingulari *antiquae lectionis* vulgatum, Ingolſtadii, 1616. 4. atque inde in Bibliotheca patrum, tom. XIV. edit. Colon. 1618. ac tom. XXVI. edit. Lugd. p. 39. et a *Basnagio* in Caniſii Lectt. antiq. tom. IV. pag. 259. — Cod. graecus eſt in bibl. Vindob. atque *Lambecius* in Comm. de bibl. Caeſarea tom. V. pag. 355. ſqq. multus de libro illo

illo et auctore, quem Andron. Comn. fuiſſe probatum iuit, eique adſentitur *Fabric.* B Gr. vol. VI. pag. 393. At Basnage addubitat l. c. de vero auctore; ſed *Kollar.* in longa nota ad Lambecium pag. 357. iterum vindicat librum Andronico Comneno. adde ſupra, pag. 497.

§. 169.

Matthaeus, hieromonachus et medicus, circa a. C. 1210. cuius opuſculum de officiis palatii CPolitani verſibus politicis ſcriptum ex MSSt. *Iac. Goar* adiunxit ſuae Codini editioni Paris. 1648. fol. pag. 8. 38. v. *Fabr.* B. Gr. lib. V. cap. 5. vol. VI. pag. 478. ſq. *Saxii* Onom. II. pag. 287.

§. 170.

Nicephorus, II. Patriarcha CPolitanus, circa a. C. 1259. Oneirocriticum quoddam iambicis verſibus deſcripſiſſe dicitur. v. *Fabr.* B. Gr. vol. III. pag. 408. vet. edit. et vol. VI. pag. 299. ſq. *Sax.* l. c. pag. 314.

§. 171.

Ioannes Argyropulus, CPolitanus, philoſophus et philologus, exſul in Italia magnam nominis famam conſequutus eſt circa a. Chr. 1453. mortuus a. 1486. vide multos V. D. quos laudat *Saxius* Onom. II. pag. 446. ſq.

§. 172.

GEORGIVS CODINVS.

1. Extremis Palaeologorum temporibus fuit Curopalates, et vixit adhuc poſt captam CPolin, circa a. Ch. 1460.

2. Superſunt a) *de officiis et officialibus aulae et magnae eccleſiae CPolitanae* libellus; primum editus ex biblioth. *Iulii Pacii* 1588. 8. gr. ac lat. a *Nadabi Agmonio*, h. e. Franciſco Iunio. (v. *Freytag.* adpar. litter. I. pag. 554.) — a. 1596. nouus, qui dicitur, titulus, vbi nomen et editoris Franciſci Iuni, et typographi, Hieron. Commelini, indicabatur, praefixus eſt, et plagulae quaedam ſunt adiunctae: — Tum a *Iac. Gretſero* emendatius e tribus codd. adiunctis tribus commentariorum, obſeruationum et emendationum libris, quibus non tantum *Codinus*; ſed et varia alia tam Graecorum, quam Latinorum monumenta explicantur. Acc. diſſ. de imaginibus non manufactis, Paris. 1625. fol. et in *Gretſeri* Opp. tom. XV. pag. 1. Ratisbonae 1734. — Vt Iunium Gretſerus; ita hunc *Iac. Goar* valde culpauit, qui Gretſeri editionem cum codd. msstis regiis comparatam et commentarios recudi fecit, atque catalogos officialium ineditos, notasque, item recentiores orientalium epiſcopatuum notitias, voces honorarias, adpellationes dignitatum, indices, quibus poſtremis ſaeculis eccleſiaſtici vel aulici proceres ſalutabantur, adiecit. Paris. 1648. fol. — rec. in Corpore Byzant. Venet. 1729.

b) *Excerpta ex libro chronico de originibus Conſtantinopolitanis*, cura *Petri Lambecii*, cum lat. ver-

verſione et animaduerſionibus. Accedunt *Manuelis Chryſolorae* epiſtolae tres de comparatione veteris et nouae Romae, et imperat. *Leonis Sapientis* oracula, cum figuris atque antiqua graeca paraphraſi. Addita eſt explicatio ſanctae et magnae eccleſiae iuxta eorum ordinem, interprete *Bernardo Medonio.* Paris. 1655. fol. — rec. Venet. 1729.

3. *Fabricii* B. Gr. VI. pag. 476. ſqq. et vol. X. pag. 696. ſqq. *Hambergeri* Z. N. vol. IIII. pag. 733. ſqq. *Saxii* Onom. II. pag, 450. ſq.

§. 173.

Poſt Conſtantinopolin a Turcis expugnatam adhuc floruerunt.

1. *Conſtantinus Laſcaris*, grammaticus Byzantinus, circa a. Chr. 1460. de quo *Fabric.* in B. Gr. vol. VII. pag. 39. ſq. X. pag. 280. ſq. XIIII. pag. 22. ſqq. *Hodius* de Graecis illuſtr. p. 240. ſqq. *Boerner.* de doctis Graecis, pag. 170. ſqq. *Iriart.* paſſim in catal. codd. gr. Matrit.

2. *Ioannes Ducas* circiter a. C. 1465. vrbe capta, Lesbum ſe contulit, et expoſuit hiſtoriam Byzantinam, in qua res ab Adamo vsque ad Cantacuzenum paucis perſequitur; vberius autem enarrat a morte Andronici iunioris Palaeologi, ſ. a. C. 1341. vsque ad Lesbum a. C. 1462. a. Turcis occupatam. — Edita eſt: *Ducae*, Michaelis Ducae, (medici,) nepotis hiſtoria Byzantina, res in imperio Graecorum geſtas complectens: a Ioanne Palaeologo I. ad Mehemetem II. Acceſſit *Chronicon breue*, quo Graecorum, Venetorum et Turcorum aliquot geſta continentur. gr. et lat.

cum notis *Iſmaelis Bullialdi*, Paris. 1649. fol. rec. Venet. 1729. fol. v. *Fabricii* B. Gr. vol. VI. pag. 543. ſq. *Hamberg*. Z. N. IV. pag. 763. ſq, *Saxii* Onom. II. pag. 463,

3. *Laonicus* (Nicolaus) *Chalcocondyles* ſiue per contractionem *Chalcondyles* circa a. 1470. Athenienſis, hiſtoricus: originem imperatorum Turcicorum et interitum graeci imperii expoſuit; eiusque hiſtoria edita eſt gr. ac lat. inter hiſtoriae Byzantinae deſcriptores tres. Colon. Allobrog. 1615. fol. — tum hiſtoriarum libri decem; interprete *Conrado Clauſero*, Tigurino: cum Annalibus Sultanorum, ex interpretat. *Io. Leunclauii* Acc. index gloſſarum Laonici Chalcocondylae, ſtudio et opera *Car. Annibalis Fabroti*, I. C. Paris. 1650. fol. — rec. Venet. 1729. fol. v. *Fabr*. B. Gr. VI. pag. 474. ſq. et *Hamberg*. loco cit. *Saxii* On. II. pag. 467.

4. *Georgius Phranzes*, illuſtri genere ortus, et natus Conſtantinopoli a 1401. primum ampliſſimis in aula imperatoria muneribus, dein poſt vrbem a Turcis a. 1453. captam variis fatis defunctus, denique Corcyrae monachi habitum induit. In hoc monaſterio a Corcyraeis quibusdam nobilibus rogatus conſcripſit *Chronicon rerum Byzantinarum* libris quatuor ab a. 1401. ad a. 1477. quo ipſo anno, die 29. Martii inopia, morbo et ſenectute fractum, illud abſoluiſſe ſe, ipſe in calce libri poſtremi fatetur. Id opus *graece* nondum editum eſt. Verum *Iacobus Pontanus*, S. I. cod. graecum in bibl. Bauarica Monachienſi nactus, quae ipſi abundare aut aliena eſſe videbantur, omiſit, cetera *latine* vertit, tribus diſtin-

xit

xit libris, et capitulis ſubdiuiſit, notis etiam et dignitatum explicatione illuſtrauit, atque ita contractum latine edidit ad calcem Hiſtoriarum Theophylacti Simocattae, gr. et lat. vulgatarum, Ingolſtad. 1604. 4. de qua editione et Georgio Phranza plura adnotauit *Fabric.* in B. Gr. vol. VI. pag. 591. ſqq. adde vol. X. pag. 814. ſqq. — Verſio illa Pontani recuſa eſt cum *Geneſii* hiſtor. Byzant. Venetiis 1733. fol. adde *Hamberger.* Z. N. IV. pag. 812. ſq. et *Saxii* Onom. II. pag. 477. — Id opus, periodum imperatorum graecorum ad familiam Palaeologi pertinentium, et multa, quae ab aliis praetermiſſa ſunt, memoriae prodita continens, adeoque hiſtorico tam vtile quam neceſſarium, et quo abſoluitur corpus ſcriptorum Byzantinorum, graece integrum cum verſione lat. notis et gloſſario ſuo e cod. Bauar. editurus eſt cel. *Alter*, Prof. graecar. litterar. in academia Vindobon. atque iam prelo parauit: quod vt aequum reperiat redemtor et ſuo quaſi carcere mox emittatur, omnino eſt optandum.

5. *Demetrius Chalcondylas*, Athenienſis, grammaticus et de graecis litteris praeclare meritus, floruit circa a. 1479. ac Mediolani a. 1510. obiit octogenario maior. vide ſupra in tom. I. pag. 42. ſq. prolegom. et pag. 145. *Fabr.* B. Gr. vol. I. pag. 414. ſq. et vol. VII. pag. 40. *Bandini* ſpecimen litterat. Florent. part. II. pag. 43. ſq.

6. *Ianus* ſiue *Iohannes Laſcaris*, Rhyndacenus, grammaticus graecus editor Anthologiae graecae Florent. 1494. 4. litteris graecis

capi-

capitalibus, de qua principe editione v. ad *Fabr.* B. Gr. vol. IV. pag. 438. ſq. adde Hodium et Boernerum locis citat. et *Saxium* in Onom. II. pag. 513. ſq. —

Sed hactenus. Recentiorum enim graecorum ſcriptorum commemoratio abeſt a noſtro inſtituto.

Z 7021 H3 1792 t.2 pars 1

Harless, Gottlieb Christoph
Theophili Christophori
Harles Introdvctio in
historiam lingvae graecae
Ed. altera emendatior et
avctior

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY